


**JOANNIS  
CORASIIITO**


A  
40-87

ONIS  
TO









40 | 175

R 13423

del hu doctor ferrer

108



13

14  
8

A
40
87



1784

*Nil addit Cap. anni 1784.*

del colley de la comp<sup>a</sup> de S<sup>ra</sup> de gr ano de

IOANNIS

CORASII TO

Be.

LOSATIS IVRISCON-

SVLTU, MISCELLANEO-

RVM IVRIS CI-

VILIS,

LIBRI SEX.

AD SAPIENTISSIMOS VI-  
ros Petrum Fabrum prasidem Tolosanum, Iacobum  
Fabrum Abbatem Ecclesia Casa Dei, Prasidem  
Parisiensem, ac Michaelem Fabrum suppraefectum  
Tolosanum, fratres illustrissimos.

Corrigio e pur  
d'avey confor  
me ill' apun  
dir de los  
purgaro  
ano de 1614.

I  
N  
V  
I  
R  
T  
V  
E



E  
T  
F  
O  
R  
T  
V  
N  
I

De nombre 4.  
no anada nada del  
a purgar de los  
de 1632.  
no tiene y g...  
en 1664

LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium,

Sub scuto Veneto.

1549

Cum Privilegio Regis.

Por comision de los  
S. Inquidores cor.  
regi de este libro sequi  
la cenzura de la G.<sup>a</sup>  
general Inquisicio  
en G.<sup>a</sup> a 13. de  
Junio 1613.  
Augustin de Quirret





- 1 Ty  
2 E  
3 Pa  
4 M  
5 R  
6 S  
7 Ra  
8 Pa  
9 Ta  
10 C  
ti  
11 Pa  
12 L  
13 E  
14 M  
d  
15 C  
pa  
16 E  
17 C  
d  
18 N  
19 Pa  
20 C  
21 Fa  
re

# EX SALEBROSO

## SVBSTITVTIONVM

### TRACTATV.

\*

- 1 *Transmissionem substitutus vincit.* Cont. cōmu.
- 2 *Expositus nouè §. cum autem. l. vnic. C. de cad toll.*
- 3 *Patrem substitutus vulgaris excludit.*
- 4 *Intelligitur nouè §. similiq. modo.* Cōtra com-  
munem.
- 5 *Restitutus vt repudiet, non facit locum vulg.* Cont. com.
- 6 *Sed nec Ciuili, nec Pratorio, iure substitutus admittitur.* Cont. cōmu.
- 7 *Ratio differentiæ inter subst. et agnatos, noua assignabitur.*
- 8 *Pupillaris emancipatione corrui.* Pro, cōmu.
- 9 *Tacita tamen vulgaris remanet.* Cont. com.
- 10 *Cur ex heredato, non emancipato pupillaris fiat: redde-  
tur noua ratio.*
- 11 *Pater qui emancipato non testatur, eidem stipulatur.*
- 12 *Differentiæ ratio noua dabitur.*
- 13 *Expressa pupill. iure ciuili matrem legitima non priuat.* Con. omnes.
- 14 *Perperam intellect. §. sed nec impuberis, à Doctōribus,  
à nobis Verum lumen recipiet.*
- 15 *Compendiosam pupillo verbis merè directis factam, post  
pubertatem obliquari credimus.* Cont. cōmu.
- 16 *Explosa Doct. distinctione, an iure directo valuerit.* Cont. eosdē.
- 17 *Communic ad l. verbis ciuilibus. sensus nunquam fuit  
de mente legislatoris.* Cont. cōmu.
- 18 *Nos nouum & Verum dabimus.*
- 19 *Pupillaris facta maiori, flectitur in precariam.* Con. omnes.
- 20 *Conciliatur nouè §. si seruus alienus. cum §. si quis seruo.*
- 21 *Facta verbis obliquis substitutio, quæ obliquo iure vale-  
re non potest, minus iure directo effectum est habitura.* Con. omnes.

\* 2

- Cō. omnes. 22 Aditio sequuta restitutione, in hijs qua hereditatis di-  
minutionem respiciunt, operatur.  
23 Declarabitur prater alios l. nō est nouū. ff. de cōdi. indeb.  
Cō. omnes. 24 Hactenus quid senserit Iurisconsf. in l. si minor. ff. de  
mino. non satis est à Docto. animaduersum.  
25 Nos germanum sensum patefaciemus.

EX NODOSO, ET SVBTI-  
li titulo ff. si certum petat.

- 26 Vtrum actio realis sit proprie actio.  
27 Exponetur nouè l. actio in personam.  
Cō. omnes. 28 Actiones in rem scripta, cur sic dicantur, non intelle-  
xerunt scriptores.  
Pro cōmu. 29 Quorum tamen declarationem exercendi ingenij gra-  
tia defendemus.  
Pro cōmu. 30 Actio quod metus causa, scripta est in rem.  
Cō. omnes. 31 Cur autem non idem in actione de dolo, neglectis Bart.  
& aliorum nugis elucidabimus.  
Con. cōmu. 32 Petitio hereditatis actio mista est.  
Con. cōmu. 33 Hallucinantur grauiter, qui reales actiones personali-  
bus digniores affirmant.  
Con. cōmu. 34 Amplius dicimus, personales realibus firmiores.  
35 Excutietur nouè intellect. l. plus cautionis.  
Con. cōmu. 36 Continuatio in capite libri faciunda est.

EX L. I.

- Con. cōmu. 37 Continentur liberi homines, appellatione rerum.  
38 Bonorum mobilium & immobilium verbo, debitorum  
nomina comprehenduntur.  
Cōt. Cret. & Moder. 39 Donatio omnium bonorum, mobilium & immobilium,  
presentium & futurorum, vbi cunq; sitorum valet.  
Cō. omnes. 40 Positioni iuris non esse respondendum, ratione suade-  
tur; non tamen probatur lege.

IOANNES CO-  
RASIVS, IACOBO  
MINVTIO PRIMO TO-  
LOSÆ PRÆSIDI

MERITISSIMO,

S. D.



*VI* suum in deligendo vi-  
tæ genere iudicium, Minuti  
ornatissime, & naturæ pro-  
pensionē sequuntur, eos vix  
vnquam instituti sui pœni-  
tere potest. In quo & feliciter  
conantur omnia, & ad  
exitum facillimè perducūt.

Quos autem parētum autoritas, in rationē aliquam  
viuendi prius ingredi compulit, quàm de rebus hu-  
manis quicquā iudicare possent: si natura repugnan-  
te id fuerint aggressi, vix vnquam ad frugem perue-  
niunt. Propterea quòd ab eo quod semel inauspicatò  
cœperunt, cum regredi pudeat: in eo tamen ad quod à  
natura facti non erant, sine summa animi molestia  
permanere vix possunt. Quòd si casus tulerit, vt alie-  
næ voluntatis temeritatem, naturæ consensus sequa-  
tur: ei ego non tam prudentiam vllius hominis pro-  
fuisse, quàm Deum Opt. Max. propitium fuisse credi-  
derim. Quæ tamen felicitas mihi in primis optanda  
est, qui penè puer, tum vrbs Tolosæ patriæ meæ, fato  
nescio quo, tum patris voluntate ad Iuris studium ad-  
ductus sum. In qua tamen re illud boni inesse videtur,

\*

quòd maturè ad ea studia sum missus. In quibus nisi quis  
summa animi còtentione multos annos versatus fuerit,  
fructū suarū vigiliarū vix vllū percipere potest. Et pri-  
mū quidē Tolosæ huius sciētiae fundamenta à me iacta  
sunt: tātū etiā supadditū, vt futuri ædificij veluti forma  
quædā appareret. Post aliquot enim annos, quos alijs af-  
fiduè audiēdis impēderā, cœpi nō tā alios docēdi, quàm  
mei exercitādū gratia, de loco superiore Ius ciuile inter-  
pretari. In quo instituto cū diu perseuerassem, placuit  
mihi aliquādo exire domo: quòd illud cōsiliū nonnullis  
vtile, & gratiosum fuisse animaduertērā. Itaq; patria re-  
licta, Andes vbi celebre gymnasiū est, rectā me contuli:  
quo successū, quāta auditorū approbatione annū vnū le-  
ges illic professus sim, neq; honestū est hæc prædicare, &  
tu ab alijs intelligere potes. Istud idē postea à me factū  
est Aureliis, idē Lutetiæ Parisiorū in Ciuilibus institu-  
tionibus enarrādis, & iure Pōtificio interpretādo, cona-  
tus sum. Cumq; mihi cresceret animus in diēs magis ac  
magis ad eò vt meæ discēdi cupiditati, Gallia nimis angu-  
sta videretur, veni in Italiā, quo excellētissimis legū in-  
terpretib<sup>9</sup>, me veluti recoquēdū darē. Patauii igitur cir-  
citer triēniū, viris doctissimis operā cūm dedissem: hūc  
terminū meorū studiorū, mihi ponēdū putauī. Atq; vt  
hæc vigiliarū mearū veluti fabulā, pulcherrimo actu cō-  
cluderē, cētū quæstiones ex Iuriscōsultorū libris excer-  
ptas, de quibus publicè respōderē, proposui. Te verò de-  
legi patronū, sub cuius nomine apparerēt: nō quidem vt  
periculo tuo in hac disputatione peccarē, sed vt felicita-  
tem aliquā genius ille tuus mihi afflaret, intelligeresq;  
omnes industriæ meæ fructus, in perpetuum tibi conse-  
cratos. Bene vale, & me ama. Patauii xxij. Maij, 1535.

E X T R A I C T  
D V P R I V I L E -  
G E D V R O Y .



A R G R A C E  
& priuilege du Roy  
est permis à Guil-  
laume Rouille li-  
braire de Lyon, de  
imprimer, ou faire  
imprimer une foys ou plusieurs, un li-  
ure intitule *Miscellaneorū Iuris Ciuilis li-  
bri sex, Ioan. Corras. Doct. Tholosat. autore.*  
Et faict defences de par ledict Seigneur,  
à tous autres libraires, imprimeurs, &  
personnes quelconques, de non imprimer, ne faire imprimer, uendre, ne distribuer, en ses pays terres & Seigneuries, autres que ceux que aura imprimez, ou faict imprimer ledit Rouille: sur les peines contenues esdictes lettres: & ce

Iusques au temps & terme de cinq ans,  
à compter du iour & datte qu'ilz feront  
paracheuéz de imprimer: comme plus  
à plein est contenu par les lettres patan-  
tes sur ce données à Paris le neuuiesme  
de Iuillet, L'an de grace mil cinq cens  
quarante neuf.

*Par le Roy, Maistre Francoys  
de Couuan Maistre des Re-  
questes ordinaire de l'hostel  
present:*

Et sealé du grand seau, en cire  
iaulne à simple queüe.

ILLVSTRIS-  
SIMIS FRATRI-  
BVS, PETRO FABRO,  
Præfidi Tolofano, Iacobo  
Fabro Præfidi Parifiēfi,  
& Michaeli Fabro  
fuppræfecto To-  
lofano Io. Co-  
raf. Tolo-  
fas

S. P. D.



MISIMVS NV-  
per in manus hominum,  
( Sapiētiffimi viri )  
tres fub nomine vefiro  
Miscellancorum libros,  
vt tantifper apud vos  
effent, velut arrhæ loco, dum fequentes, vo-  
bisque pariter deftinati, publicum accipe-  
rent. Quos ego rudes adhuc informes, & li-  
turis plenos, cum ordinarijs lectionibus oc-  
cupatus, nondum vt volebam, perpolire pof-



sem. penes me consultò supprimebam. Verùm  
cùm priores intellexissem, ab studiosa iuuen-  
tute, atque adeò celeberrimis seculi nostri iu-  
reconsultis, tam liberaliter complexos, vt de  
ijs recudendis, Bibliopolæ quotidiano propè  
doctorum virorum conuicio victi, etiam atq;  
etiam cogitarent: hos & illos in manus resu-  
mere, mei muneris esse putavi: quo videlicet  
darem operam, vt quàm emendatissimi di-  
uulgarentur omnes. Itaque per subsiciuas ho-  
ras, nostrisq; lectionibus suffuratas, quoad  
eius fieri potuit, recognoui, relegi, castigavi,  
& sub incudem reuocaui. Vrforumque veluti  
more, diu multumq; lambendo, tres alios libros  
figuravi, prioribus figuratos coniunxi, simul  
atq; vobis consecrandos statui: vobis inquam  
(grauissimi viri) quos naturæ vis, familiæ  
splendor, integritas atque innocentia singula-  
ris, ad maximum rerum fastigium, excitat &  
adducit. Nam & magni illius Alexandri  
exemplo hæreditatem meam, hoc est, labores,  
vigilias, ac lucubrationes meas, ijs tantum  
dicare, commendareque in animum induxi  
meum,

intellecta.

- 78 Ad coadiuvandum iudicium pactum tendens, iudicij Cõt. cõmu.  
calore vestitur.
- 79 Statutum puniens loquẽtem cum bannitis, mitẽtẽ nun- Cõt. cõmu.  
tium vel epistolam contra cõ. cõprehendi non putamus.
- 80 Retentatamen communi, etiam ex iusta causa scriben- Cõt. omnes.  
tem contineri, validissimẽ defendemus.

EX PRIMO ET SECVN-  
do decreto.

- 81 Primi & secundi decreti finitionem ab Accur. datam, Pro Accurs.  
à Dy. & aliorum morsibus tuendam suscipimus. cont. omnes.
- 82 Quam tamen ob vrgentiora non probamus. Cõt. Accurs.
- 83 Nec Dy. finitio nobis placet. Cõtra Dy.
- 84 Sed nec Bartoli & communis tuta est. Cõt. cõmu.
- 85 Peremptorium necessario sequi debet trinã citationem. Cõt. omnes.
- 86 Ad primum decretum contrã citatum qui se nolle ve- Cõt. cõmu.  
nire respondit, vt procedatur, is denuo est citandus.
- 87 Intelle. cõmunis ad §. si. l. Fulcinius. est Iuda ipso falsior Cõt. cõmu.
- 88 Citatus qui respondit se nolle venire per verba futuri Cõt. omnes.  
temporis, iterum citari debet.
- 89 Præsens non cogitur litem contestari: sed contra eum  
tanquam absentem, ad decretum proceditur.
- 90 Nouo sensu donabimus §. cum autem. l. presenti.
- 91 Missio ex primo decreto, sine iudicis autoritate fieri Cõt. omnes.  
potest.
- 92 Nouus sensus ad §. Missus. l. is cui. ff. vt in poss. le. dabitur.
- 93 Reum contumacem esse non satis est ex actis constare, vt Cõt. omnes.  
ad primum decretum procedatur: sed iudicis declaratio  
necessaria est.
- 94 Ad secundi decreti interpositionem, non requiritur Cõt. cõmu.  
amicorum vel consanguineorum citatio.

EX VARIIS IVRIS PARTIBUS  
tibus excerpta.

- 95 Illustrissimum Gallia Regem, nec de iure nec de facto,  
aliquē recognoscere in superiore, fideliter affirmamus.
- Cō. omnes. 96 Idem in serenissimo Venetorum dominio arbitramur.
- Cōt. omnes. 97 Forensis delinquendo non ligatur statuto ciuitatis.
- 98 Verba autem, qua in prouincia à Doctoribus non planē  
intellecta, nouē declarabuntur.
- Con. cōmu. 99 Statutum testamenti factionem coram duobus aut tri-  
bus testibus permittens, & ignorāte principe factum,  
non valet.
- Con. cōmu. 100 Pœnitentia non purgat vitium ingratitude.

TYPOGRAPHVS CANDIDO  
lectori S.



**R**APIES in optimam partem,  
candide Lector, quōd nostri Ioan-  
nis Corasij clariss. Iurisconsulti,  
axiomata, quæ ille annum vicesi-  
mum primum nondum natus, Pa-  
tauij summo omnium applausu de-  
fendit, hęc transcribere voluerim. Hoc enim eo confi-  
lio feci, vt extrema cum primis contexendo, intelli-  
gant omnes, virum illum qui se bono publico natum  
etiam puer credidit, in magnis semper aliquid voluis-  
se. Bene vale, & hanc nostram in studiosos quosque  
voluntatem, æqui boniq; consule. Lugduni xij.  
Calend. Augusti. 1549.

- 41 Testis respondens se scire quia vicinus, aut consanguineus, non probat. Con. cōm.
- 42 Si dominus famulo dixerit, non reuertaris domum nisi prius sentiam noua de tali re: famulo domini inimicum occidente, dominus ut mandans non tenetur. Con. cōm.
- 43 Scripta Aristotel. Hypocrat. aliaq; ab studijs approbata, non probant necessario. Cōt. omnes.
- 44 Fratribus bonorum diuisionem tractantibus, maior diuidit, & minor eligit. Contra legistas.
- 45 Contrarium tamen uti verius sequimur.

EX L. II.

- 46 Duplex dictum hic inseritur: neutrum tamen ratione sed exemplis probatur.
- 47 Non cogitur creditor, idem quod mutuo dedit recipere, pro *l. 10.* Cōt. omnes.
- 48 Stante tamen communi, pactum in mutuo ut eadem res reddatur, valere credimus. Cōt. cōm.

EX L. Quod te.

- 49 Cur debitor interitu speciei ante moram liberetur, post moram verò teneatur, nec Ias. nec alij intellexerunt. Cōt. omnes.
- 50 Nos nouam rationem dabimus.
- 51 Reperempta intra tempus purgationis: periculum ad debitorem pertinet. Pro cōm.
- 52 Soluendo tamen estimationem non putamus eum ab alia omni poena liberari. Cōt. cōm.
- 53 Dolosa alienatio ante morā, facit quē teneri de interitu. Cō. omnes.
- 54 Paul. Castrens. & Ias. distinctionem, an res sit mea: vel mihi debita, ut iuri contrariam refutamus. Cōt. eosdē.

EX AMPLO ET DIFFICILI

titu. ff. de verbo. obligatio.

- 55 Vtrum in *l. 1. §. stipulatio.* ponatur finitio stipulationis.

- 56 *Utrum stipulatio sit iuris civilis vel gentium.*
- 57 *Utrum per A, & B, praemissa protestatione, stipulatio contrahatur.*
- 58 *Utrum per haec verba, vendis, vendo, uterq; contractus & emptionis & stipulationis inducatur.*
- 59 *Utrum in stipulatione precedere debeat interrogatio & sequi responsio, ut de deliberata voluntate constet.*
- 60 *Utrum ex pacto nudo geminato actio detur.*
- Cōt. omnes. 61 *Stipulationem propter necessitatem inuentam, cum Socino proceptore abhorremus dicere.*
- Cont. Soci. 62 *Velitationis tamen gratia contrarium defendemus.*
- 63 *Stipulatio est proprie contractus.*
- Cont. cōmu. 64 *Negatiua praeposita verbo potest, necessitatem praecisam non inducit, minus q; priuat omnem potentiam.*
- Cōt. eosdem. 65 *Eliciunt perperam Canonista ex c. j. de caus. poss. & prop. summū pontificē, in absentē pronuntiare non posse.*
- 66 *Ex eo tamen nos nouē colligemus.*
- Con. omnes. 67 *Summus pontifex facit ut exemplo credatur.*
- Cont. cōmu. 68 *In l. his verbis. ff. de adop. non est ficta stipulatio.*
- Con. omnes. 69 *Imò vera potius interuenit.*
- 70 *Nouum Soci. proceptoris ad eam l. sensum sequimur.*
- 71 *Nec fingitur in l. cum de in rem verso. stipulatio.*
- Cont. cōmu. 72 *Minus q; in §. eleganter. l. si finita. ff. de dam. infec. ex contumacia fingitur.*
- Con. omnes. 73 *Sed nec propter subterfugia in non cauendo.*
- Cont. cōmu. 74 *Dictio perinde magis est equiuoca, quam ut fictionem simpliciter notet.*
- Pro cōmu. 75 *Pactum nudum non vestitur calore iudicij.*
- Cont. cōmu. 76 *In quam rem Doctores perperam l. siue apud acta. inducunt.*
- Con. omnes. 77 *Nouo sensu illustrabitur l. eum pro quo. ab alijs male*

meum, qui optimi, sanctissimi que sunt. Nec sa-  
nè poteram, nisi ingrati, superfætationem  
hanc vobis subducere, qui prioris fætus, tam  
chari humaniq; parentes, ac acerrimi propu-  
gnatores fuistis. Quam ego si vobis perplace-  
re cognouero, laborem meum (quantuluscum-  
que est) satis putabo repensatum. Valetè, vir-  
tutis, Iurisprudentiæ, ac cæterarum omnium  
bonarum disciplinarum columina. Va-  
lentiæ Allobrogum, anno à Chri-  
sti natali M. D. XLIX.  
pridie calendas  
Augusti.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

M. D. XLIX

quibus calendis

Argentis



I  
H  
C  
lun  
1 Pa  
2 No  
3 Com  
4 Nua  
5 Exp  
6 Tra  
7 Exp



qua

IOANNIS CO-  
RASII TOLOSATIS  
IURISCONSULTI,  
MISCELLANEO-  
RVM IURIS  
CIVILIS,

Liber Primus.

*Reiecta scriptorum omnium de pactis vestitis,  
& nudis, sententia: aduersusq; eos probatum, nul-  
lum esse pactum vestitum.*

- 1 Pactum nudum quid.
- 2 Noua pacti vestiti finitio.
- 3 Commentitia de pactis huiusmodi Doctorum traditio.
- 4 Nuda pacta, cur sic dicantur, nouè declaratum.
- 5 Explosa Alciati interpretatio.
- 6 Tractatum nouè quid iustum pactum.
- 7 Explicatus §. naturalis.

CAPVT I.



**I**RADIDERVNT PASSIM,  
iuris nostri interpretes, quorum  
signifer Accurs. est, pacta alia nu-  
da, alia vestita esse. Nuda ita Bart.  
& alii, in l. iuris gentium. §. igitur  
nuda. ff. de pact. finiunt, † vt ea sint,  
quæ in simplicibus, & puris finibus cōventionis stant, Pactum nu-  
dum quid.

A





nihil circum se habentia, vel nomen speciale, vel causam, vel contractum, quò se tegant. l. si tibi. C. de loca, exemplo hominis, qui tunc nudus dicitur, cum talis est, qualis ex matris utero processit. Breuius Salyc. in l. legem. C. de pact. Pactum nudum, inquit, est cõuentio stans in fine solius placiti. Per multaq; ad hanc nuditatem, vestimenta adferunt. De quibus à nobis alibi satis, abundeq; disceptatum est. Pactum † verò vestitum à nemine finitum, mihi quãdoq; sic definire placuit: vt sit conuentio iurisdictionum, aut civilis, in nomen proprium contractus transiens, aut alio iuris adminiculo roborata. l. iurisdictionum. in prin. ff. de pact. Ad quæ illud annotare, operæpretiũ mihi visum est, insipidè nimis, atque insulse, hanc nudi, & vestiti diuisionem à nostris cõfictam cõmentatoribus, siquidem nullibi pactum vestitum legerim. Absurdum est † autem, & planè ridiculũ, cum eis existimare, pacta ideo nuda dici, quòd aliqua sint vestita. Alioqui cum iuriconsulti dicant, *Nudam voluntatem*. l. j. ff. de testa. mil. l. iij. ff. de rescind. vendi. l. rem legatam. ff. de adi. leg. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquir. rer. domi. *Nudum consensum*. l. qui ad certum. ff. loca. *Nudam interrogationem*. l. item apud Labeonem. §. quæstionem. ff. de iniur. *Nudam proprietatẽ*. l. videamus. j. ff. de vsur. l. iij. ff. de iur. dot. l. si vsusfructus, & l. si alij. ff. de vsufruct. leg. *Nudum vsum*. l. j. ff. de vsu & habit. *Nudum nomen*. l. ij. §. adoptiui. ff. ad Tertul. *Nudã indulgentiam*. l. j. ff. vnde cog. *Nudam possessionem*. l. stipulatio ista. §. si quis fortè. ff. de verb. obli. & sexcenta his similia dicendum esset, voluntatem vestitam esse, cõsensum vestitum, interrogationem vestitam, & cætera id genus,

quo

2  
Vestiti finitio noua.

3  
Improbata cõmunis opinio.  
Nuda voluntas.

Nudus consensus.  
Nuda interrogatio.  
Nuda proprietas.

Nudus vsus  
Nudũ nomẽ  
Nuda indulgentia.  
Nuda possessio.

No. declaratio.

4 q  
v  
fi  
di  
ti  
vi  
lic  
ta  
lu  
  
Si  
po  
da  
ter  
  
Ca  
nu  
  
Sim  
lun  
alio  
fol  
Imp  
& c  
5 Vel  
Sem  
iij.  
Par  
tum

4 quo nihil absurdius dici posset. † Per metaphorā itaq; volo existimes, dicta esse pacta nuda, quod simplicia sint, & sine caussa, hoc est, quibus nulla subsit obligandi caussa, præter nudum partiū cōsensum. l. iuris gentium. §. j. ff. de pact. l. si tibi. C. de locat. præterea sine viribus, & præsidio, omni legis solennitate, & auxilio, destituta: voce à genuina significatione, ad cognatam, sed non propriam translata. Quo modo dixit Iuuenal. Saty. vij. nudam senectutem.

*Terpsicorem odit, facunda, & nuda senectus.*

Sic & Horat. Vergilium consolaturus, Quintilij poetæ Cremonensis mortem lugentem, *Veritatem nudam* appellavit: per translationem significans, *veritatem simplicem, non fucatam, nec palliatam.* *Veritas nuda.*

*Ergo Quintilium perpetuus sopor  
Præter cui pudor, & iustitiæ soror  
Incorrupta fides, nudaq; veritas.*

Cadauer quoque insepultum, eadem figura Vergil. nudum dixit.

*Nudus in ignota. Palinure iacebis arena.*

Similiter noluerunt, iurisconsulti, in proprietate, voluntate, cōsensu, nomine, usu, & reliquis vestimentum aliquod notare: sed per translationem significare, ea sola esse simplicia, & inermia, quo etiam sensu dixit Imper. *Nudam conscientiam.* l. si quenquam. C. de epif.

& cler. & Iurisconsul. *Nudum ministerium* in l. j. ff. ad Velleia. Porro † annotavit quandoq; And. Alciat. vir *semundæ naris* & insignis eruditionis lib. Paradoxo. *Nuda conscientia. Alciat. traditio quæ ad reiecta. Inustum patet.*  
iiij. cap. vij. verbo *iusti pacti*, Iul. Paul. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de solut. intellexisse vestitum: quæ interpretatio ad eum text. (bona tanti viri

venia dictum velim) non conuenit, cum illic dicat Iurifconsul. naturalem obligationem, iusto pacto tolli: constet autem pacto etiam nudo, id genus submoueri obligationis. Accurf. & cæteri in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Ergo † iusto pacto nudum quoque  
 6  
 7 significatur. Propterea † malim iustū pactum eo loco, conuentionem veram, non iniquā, non iniustam, non improbatam, & in summa iuridicam significare: nam

*Iusta cōuen- tio.* & eo sensu dixit Papinia. iustam conuentionē, nudam nihilominus cōprehendens. l. tale pactum. §. qui pro- uocauit. ff. de pact. Sic & idem Iurifconsul. *Iustam defen- sionem.* l. miles. §. defuncto. ff. ad leg. Iul. de adult. & *Iustum do- minium.* l. iustum dominium. l. penult. ff. de publicia. & Marcel. *Iusta liber- tas.* *Iustam libertatem.* l. qui pœnæ. ff. de manumission.

*Natura in ciuilibus ra- tio.*

Porro quod ad submossionem naturalis obligatio- nis pertinet, mirum non est, si dicamus, eam pacto etiam nudo tolli: quando nihil tam naturale sit, quàm eodem genere quodque dissoluere, quo colligatum est. l. nihil tam. ff. de regu. iur. Et in ciuilibus rebus, naturæ rationem haberi oportet, qua mone- mur, eadem esse destructionis, quæ & constructionis principia. *Ioannes Corasius I. V. Doctor, Regens ordi- narius Tolosanus.*

*Nō satis à nostratibus animaduersum, quādo da- tione substituti vulgaris, suitas tollatur: quapropter suæ luci, quod ante nos tenebrosum fuit restituitur.*

- 1 Enarrata vulgares sententia.
- 2 Vulg. nunquam tolli suitatem. probatum.
- 3 Substitutiones quare inuenta.
- 4 Pater ad filij vilitatem semper respicit.

*Effectus*

- 5 *Effectus fuitatis.*  
 6 *Novè. l. si quis filium, explicata.*  
 7 *Nova interpretatio §. si proponatur.*

CAP. II.



**F**ATIGANT sese, ac plus quam par sit t̄contorquent, quotquot hæcenus, de fuitate scripserunt: an datione vulgaris substituti, fuitas tollatur: crebriusq; in eam sententiam decessum videmus, vt fuitatem tollat vulgaris substitutio. Accurs. in l. Papinia. §. quarta. ff. de inoffic. testam. quam Africani responso roborant. l. si filius hæres. ff. de liber. & posthum. & ratione quæ plerisque imposuit: facta quippe videtur abstinendi potestas filio, cui vulgaris substitutus datus est. l. j. §. si proponatur. ff. si quis omis. cau. testam. nam cum ei si noluerit hæres esse, alter substituitur, perinde est, atque si sub contraria conditione, scilicet, si voluerit, substitutus esset. l. si legatum. ff. de adi. leg. quo proculdubio casu de suo, voluntarius fit. l. Cornelius. l. iam dubitari. ff. de hæred. instituē. atque ad instar extranei redigitur. l. nam nec emancipatus. ff. de leg. j. vt mirum nõ sit, si fuitas tollatur. Alij verò vt Castellio, vterque Raph. Castrenf. & alij plerique negant tolli, cum Papinia. aliquando responderit, filio vulgariter substitutum sub arbitraria cõditiõne, quæ extremo vitæ momento impleri poterat, non prius hæreditatem ex substitutione capere, quam filius animam efflauerit, perfecteq; (vt dicunt) mortuus sit. l. fin. ff. de condiēt. instituō. nam & si mori incipit, spes est suum futurum, impleta per se, vel per alium, in vltimo vitæ spiritu conditione, quo fuitatem sublatam non

*Suitas an tollatur per vulgarem.*

*Opinio Castellione.*

fuisse constat: alioqui frustra vltimus ille flatus expectaretur, quo ab extraneo, adiri non potest hæreditas.

*Suitas non  
impedit trās-  
missionem.*

Accurs. in. l. fin. ff. quan. dies lega. ced. Præterea, si infans qui substitutum habet vulgarem, ad matrē transmittit. l. Lucius. ff. de vulgar. quo pacto sublatam suitatem dicemus, cuius virtute fit trāsmissio? l. ex militari. §. fin. ff. de testam. milit. l. apud hostes. C. de suis & legit. Bald. verò & Ang. has dissidentes opiniones ita componebant, vt vulgari substitutione, necessitas, non item suitas, aut eius effectus sublatis intelligantur, exemplo beneficij abstinenti, quod prætor nobis largitus est: eo nempe necessitas tollitur. l. necessariis. ff. de acquiren. hæred. §. se permittit. de hæred. qualit. & different. suitate, in filij persona, semper tenacissimè hæret. l. si filius qui patri. ff. de vulgari. Nos cum exactè has doctorū phantasias, aliquādo expendere, animaduertimus ex his nullā tutò defendi posse, quæ in re nō pluribus agemus, quòd hæc à Modern. extensissimè tractentur. l. as. in dicta l. si filius hæres. Angel. perigl. in tract. suitatis. vlt. quæst. Erit itaque dūtaxat nobis negotiū, veritatē multis, & fastidiosis obcæcatis interpretamentis, aperire. † Dicebam, per vulgarem nullo casu suitatē submoueri: siquidem testator vulgari substituat, vt sibi prospiciat, relinquendo hæredem, quod maximè eius interest. §. si modò. quib. ex caus. man. nō lic. in Instit. Hac in re mentē legis sequutus, † quæ ideo substitutiones adinuenit, ne testantium iudicia, irrita, caducaq; fiant: neve testator sine hærede decedat. l. vnic. ad princ. C. de cad. tollen. ergo prouisio huiusmodi, in testantis fauorem sibi prouidere, & cauere volentis, nō etiam in damnum filij, (ad

*Bald. &  
Ang. sententia.*

2 *Nova opin.* rem nullo casu suitatē submoueri: siquidem testator vulgari substituat, vt sibi prospiciat, relinquendo hæredem, quod maximè eius interest. §. si modò. quib. ex caus. man. nō lic. in Instit. Hac in re mentē legis sequutus, † quæ ideo substitutiones adinuenit, ne testantium iudicia, irrita, caducaq; fiant: neve testator sine hærede decedat. l. vnic. ad princ. C. de cad. tollen. ergo prouisio huiusmodi, in testantis fauorem sibi prouidere, & cauere volentis, nō etiam in damnum filij, (ad

3 *Substitutio-  
nes quæ obre-  
inuentæ.*

† cuius

- 4 † cuius vtilitatem, semper eum respexisse credendum est. l. nihil interest. §. j. ff. de bon. libert. l. nec in ea. ff. ad leg. Iul. de adulter.) referri debet. Maximo autem filij damno effectum haberet, vulgaris substitutio, si ea tolleretur suitas, quæ licet nonnunquam in testantis fauorem, principaliter tamē, & omni tempore in filij gratiam operatur. d. l. si filius qui patri. vnde ea Secundæ tabulæ cōfirmantur. l. filius qui paterna. l. si pupillus. ff. de acquir. hæred. & d. l. si filius qui patri. Fideicommissum vniuersale defenditur. l. ita tamen. §. si pater. ff. ad Treb. Tutelarū † dationes sustinentur. Bart. in l. si nemo. ff. de testa. tutel. & in d. l. si filius qui patri. Trāsmittit filius. l. si fratris. C. de iure deliber. d. l. apud hostes. Qui etiam adire necessum non habet. l. in suis. ff. de libe. & posthu. Et quāquam abstinuerit, legatum libertatis, solo sui hæredis nomine cōseruatur. l. sciendum. ff. de manu. testam. l. cum quasi. §. sed & si quis. ff. de fideicom. liber. quæ omnia cum vel testantis, vel filij fauorem respiciant, neutiquam nobis verisimile fit, datione substituti tolli. Alioqui prouiso, quam in sui gratiam testator induxisset, in maximam eiusdem perniciem reflecteretur. Non autem credendus est, quisquam id genus testādi elegisse, quo suum, aut filij commodum tam grauiter lædatur. l. iij. ff. de testam. milit. Itaque si suitas, cum defuncti voluntate concordat, per vulgarem nō impeditur: veluti, si filius nō adita patris hæreditate decesserit, † eam nanque ad descendentes, deuicto substituto vulgari transmittet: & ita Iul. Paul. verba accipienda sunt. l. si quis filium. §. j. ff. de acquir. hæredit. Neque enim videtur testator alienas successiones propriis anteponere. l. cum acu-

*Suitas semper in filij gratiā operatur.*

*Effectus suitatis.*

*Non expli. catā. l. si quis filium.*

tissimi. C. de fideicom. Quòd si de transmissione, ad  
 exteros faciunda tractetur, non submouebitur fuitas:  
 sed eius effectus, per vulgarem impediatur, ne habeat  
 testator hæredem, de quo nõ cogitauit, isq; exploda-  
 tur, quem hærede instituto deficiẽte, ad hæreditatem  
 suam nominatim vocauit. l. j. C. de neceff. seru. hæred.  
 instituend. † Porro quod ex Papiniano dicebant. d. §.

Intellect. §.  
 si propona-  
 tur.

7 si proponatur, testatorem videri facere abstinẽdi po-  
 testatem, ei cui substitutum vulgarem dedit in specie  
 eius. §. verum est, cum videlicet ex parte institutus, co-  
 hæredi suo substitutus, omittens ex institutione, ex  
 substitutione agnoscit: vitur quippe facultate, quam  
 testator ei cõcessit. l. quia autẽ. §. planẽ. ff. si quis omif.  
 cau. testam. Nam institutus, qui alium substitutũ ha-  
 bet, eam facultatem à testante non consequitur, sed à  
 Prætore, qui suis hæredibus abstinendi potestatem fe-  
 cit. l. necessariis. ff. de acquiren. hæredit. §. sed iis præ-  
 tor. de hæred. qualit. in Instit. Quapropter rectissi-  
 mẽ Castren. adnotauit in d. l. si filius hæres. col. iiii.  
 ff. de liber. & posthu. testantem substituendo si hæres  
 non erit, in eum casum substituisse videri, quo filius  
 suus, beneficio Prætoris abstinuerit. *Ioannes Corasius*  
*I. V. D. Tolosæ.*

*Explicata ratio l. liberi. C. de nup. ante nos non  
 intellecta.*

- 1 *Consanguinitas illicito coitu contrahitur.*
- 2 *Concubinas patrum, filij vxores non ducunt.*
- 3 *Nonẽ declarata l. liberi.*
- 4 *Concubinatus quando permissus.*
- 5 *Honestum in matrimonyjs spectamus.*

*Lupana*

- 6 *Lupanaria quare permiffa.*  
 7 *Magiftratus cur fœneratoribus conniveant.*  
 8 *Naturales cur fic dicti.*

CAP. III.

- 1 **N**† confanguinitatis, & affinitatis gradibus cùm verfaremur, illudq; agitaremus, an illicito coitu, affinitas contraheretur: nobis vifum eft veriffimum, quod fcriptores cenfent, confanguinitatē improbato etiam coitu, contrahi, quod ad impedimentum matrimonij  
 2 pertinet: atque † ideo, ex eo complexu natum, patris confanguineam nō poffe vxorem ducere. c. per tuas. de probatio. Nam quod de affinitate propofueramus, parum habebat dubitationis, fi quidem conftet, inceftuofa quoque coitu affinitatem contrahi. c. de illo. c. fuper eo. c. difcretionē. c. fin. de eo qui cogn. confang. vxor. fuæ, quod ad nuptias fpectat: per copulā quippe carnalem, fornicator & concubina, vna caro efficiuntur. cap. in eo. xxxij. q. iij. vt maritus & vxor. c. fi quis. xxx. q. iij. quam carnis vnionem canones ob oculos habuerūt, vt affinitatem inducerent: atque eò fpectare videntur, Alexan. Imper. verba. l. liberi. C. de nupt. *Liberi, inquit, concubinas parentum fuorum, vxores ducere non poffunt: quia minus religiofam, & probabilem rem facere videntur, qui fi contra hoc fecerint, crimen ftupri committunt.* Nam quod attinet ad reliquos affinitatis effectus, non eft affinitas, nifi cum quibus funt nuptiæ: ex quibus affinitas cōiungitur. l. non facile. §. fciendum. ff. de gradib. Panor. in d. c. difcretionem. Quandoque tamen † animaduertimus, in Alex. refponfo d. l. liberi.

*Illicito coitu, confanguinitas contrahitur.*

*Affinitas coitu illicito contrahitur.*

*Fornicator & concubina vna caro.*

*Expofita non l. liberi.*



illicitum coitum non esse prohibitionis nuptiarum  
 4 rationē, cum esset duntaxat concubinatus, † qui com-  
 plexus, sanctionibus ciuilibus permissus est, vt, qui per  
 leges nomē assumpserit, atque ideō sit extra legis pœ-  
 nam. l. iij. ff. de concub. Aliā itaque semper existimari  
 esse rationem, eamq; ex Iuriconsul. visceribus excer-

5  
 Honestas  
 Spectanda.  
 ptam, quoniā non † tam quod liceat, quā quod ho-  
 nestum est in matrimoniis spectatur. l. semper. ff. de  
 rit. nup. l. semper in coniunctionibus. ff. de reg. iur. in  
 quibus naturale ius, & pudor respiciendus est: contra  
 pudorem autem est, filium eam vxorem ducere, quæ  
 in cōubernio patris fuerit. l. adoptiuus. §. tantūdem.  
 & §. seq. ff. de rit. nupt. Quam rationem satis Imper.  
 verba indicant in d. l. liberi. cum fœdum, & irreligio-  
 sum esse dicit, vt filius cum ea misceatur, quæ patri  
 fuerit aliquando concubina. Cæterum quod dixi-

Concubina-  
 tus quomo-  
 do permis-  
 sus.  
 mus, cōcubinatum Ciuili iure permissum, non ita re-  
 cipiendum est, vt propterea existimemus, constitutio-  
 nes ciuiles, rem tam turpem, fœdam, & inhonestam

6  
 Lupanaria  
 cur permis-  
 sa.  
 approbasse. c. hac ratione. xxxj. q. j. sed † sub quadam, vt  
 quidam rectè putant, dissimulatione permississe, vt, &  
 Lupanaria, gratia vitandi raptus, incestus, & adulte-  
 ria. Glos. Hostien. & Panor. in c. inter opera. de spōs.  
 Nam & id Cato, vir prudentissimus, suasisse videtur  
 apud Horat.

*Sententia dia Catonis.*

*Nam simul ac Venas inflauit, tetra libido,  
 Huc iuuenes æquum est descendere, non alienus  
 Permolere vxores.*

7 Sic † & in plerisque Christianorum ciuitatibus, ne  
 furtis, rapinis, & homicidiis detur prætextus aliquis,  
 magi

magistratus oculos claudunt, visum dissimulant, & in maximis foeneratorum (quos publicos vsurarios dicimus) sceleribus conuiuent. *Glos. c. lege. x. dist. Christoph. Porc. in §. j. de adopt. Itaque in hoc meretricio, lex ciuiliis cōniuebat, scq; videre dissimulabat, impendentibus, longeq; maioribus periculis, obuiam ire cupiens: sicq; licebat, concessa venere vti, non quòd tam turpe facinus approbauerit. Idque vel ex eo liquet,*

*Foenerari quare concessum.*

8

† quòd natos ex concubina, naturales duntaxat dixerit, honorifico legitimorum titulo eos nequaquam exornans. §. aliquando. de nup. in Instit.

*Naturales.*

*Ioannes Corasius, l. v. d. Tolosa.*

*Qui sint apud Vlpia. de offic. proconsul. litium Concinnatores, Redemptores ve.*

- 1 *Concinnator litium quis.*
- 2 *Redemptor causarum.*
- 3 *Enodatus §. circa.*
- 4 *Publicani quandoque dicti redemptores.*

*CAP. IIIII.*



**R**OCONSVLEM circa aduocatos, patientem esse oportet: sed cum ingenio, inquit Vlpia. l. nec quicquam. §. circa. ff. de offic. proconsul. ne cōtemptibilis esse vi-

deatur: nec t̄ adeò dissimulare, si quoscausarum Concinnatores vel Redemptores deprehendat, eosq; solos pati postulare, quibus per edictum postulare permittitur. Cùm essemus aliquãdo in circulo iuris peritorum, à quodam notæ faciendæ viro, quæsitum est: quis esset concinnator litium, & quis redemptor. Cumq; ille

*Concinnator causarum.*

ille respondere cunctaretur, incertusq; animo fluctua-  
 ret, dixi: caufarum concinnatorem, cum, ni fallor, ab  
 Vlpia. appellatū, qui lites cauillis reprobis, in longum  
 protrahere molitur alio nomine vitiligator dictus,  
 quasi vitiosus litigator. Est enim cōcinnare, aptè cōpo-  
 nere, fucatisq; & confictis mendaciis, rem perpolire.  
 † Redemptorem verò eum dici, qui quotidianas lites  
 mercatur, aut qui partem litis paciscitur. l. si remun-  
 randi. §. Maurus. ff. mand. l. si contra. & l. per diuerfas.  
 C. illo tit. † Cuiusmodi delicta, procōsulem dissi-  
 mulare non oportet, neque pati postulare. d. §. circa. Nam  
 & huiusmodi officia, non sine reprehensione suscipi,  
 Imp. prodidit. l. litē. C. de proc. Nec me fugit, redem-  
 ptorem eum proprie dici, qui certo pretio, suisq; sum-  
 ptibus, cōducit aliquod opus faciendum. l. redempto-  
 res. ff. de rei vend. l. cuicumq;. §. Labeo. ff. de institor.  
 act. l. cū in plures. §. lege. ff. loca. qui antiqua cōsue-  
 tudine, vt Festus ait, non prius pecunias accipiebat,  
 quàm vniuersum, quod faciendum conduxerat, effe-  
 cisset. De quo Papin. & Vlpia. responderunt. l. j. ff. in  
 quib. cau. pig. tacit. contrah. l. si ventri. §. j. ff. de priuil.  
 cred. priuilegium quod creditor habet, qui ob resti-  
 tutionem ædificiorum credidit, ad eum quoque per-  
 tinere, qui redemptori mandante domino, nummos  
 subministravit. † Appellauerūt præterea maiores no-  
 stri publicanos, quos nos fermerios vulgò dicimus,  
 redemptores. l. in honoribus. §. non alius. ff. de vac. &  
 excus. muner. quoniã vectigalia reliquosq; pop. Rom.  
 redditus, certo cōstituto pretio, redimēdos exigebāt.

Ioannes Cora. Tolosa.

Modo

Modestini verba, virgis sagmineis, non rectè  
à Doctoribus intellecta.

- 1 Romani primi in parricidas animadverterunt.
- 2 Modest. verba, in l. Pompe. declarata.
- 3 Parricidij pœnas quis primus dedit.
- 4 Sagmen herba genus.
- 5 Caspianorum, & Bactrianorum immanitas.
- 6 Canes sepulchrales.

CAP. V.



**S**APIENTER Solon † Atheniensis, rogatus cur nullum in eum qui parètem necasset, supplicium constituisset: Respondit, se id neminem facturum putasse. Sapienter herclè, cum de eo maleficij genere, nihil sanxit, quod antea cõmissum nõ erat: ne non tam prohibere, quàm admonere videretur. quanto maiores no-  
ftri, sapientius, inquit Cic. pro Rosc. qui cum intelli-  
gerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia: supplicium singulare in parricidas excogitauerunt. Pœna autem parricidij, more maiorum ex † Modest. sententia. l. penult. ff. ad l. Pompe. de parricid. hæc instituta fuit: vt parricida virgis sagmineis verberatus, deinde in culleo insuatur, & cum cane & gallo gallinaceo, vipera & simia: deinde in mare profundum culleus iactetur. Hoc ita si mare proximum sit, alioqui bestiis obiciatur. † Planè omnium primus P. Malleolus, cum matrè interemisset, totam urbem mœrore subitò infuscavit, vt Paul. Oros. lib. v. histori. scribit: cui Romani singulare hoc supplicium statue

Solonis gra-  
ue dictum.

Supplicium in  
parricidas.

P. Malleo-  
lus matri-  
da.

Mode

Hecates occi-  
dit patrem.

Ardieus pa-  
trem, & fra-  
trem intere-  
mit.

Sagmen. 4

Caspj im-  
manes. 5

Bactriani  
immaniores

Canes se-  
pulchrales. 6

statuerunt, vt culleo infutus, in mare præcipitaretur, vt est apud Liviū libr. xlvij. Hecatē sanguinariam prorsus fœminā, scribit Diodor. aconitum cōperisse primum, sicq; Persam patrem peremisse. Ardieum Pamphiliæ tyrannum, annis iam fessum parentem, & insuper natu maiorem fratrem, occidisse, Plato lib. de Republ. decimo, auctor est. Cæterum quod Modest. parricidam virgis sanguineis (ita enim vulgò legitur) verberari tradit: vereor, vt ne locus mendosus sit, sagmineis nanque, nō sanguineis legendum esse, iam diu animaduerti. Est autem † sagmen, herbæ genus, quam alio nomine verbenam dicimus, nota & vulgaris, sine femine vbique crescens, de qua Plin. lib. xxij. c. ij. Interim, inquit, fortius augetur authoritas: quæ quanta debeat, etiam surdis, hoc est, ignobilibus herbis, perhibebitur. Siquidem auctores imperij Romani, conditoresq; immēsum quiddam, & hinc sumpserunt, quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuerunt, & in sacris legationibus, quam verbenæ, certè vtroque nomine idem significatur, hoc est, gramen ex arce cum sua terra euullum, hac semper & legati, cum ad hostes clarigatūq; mitterentur, id est, res raptas clarè repetitum vsi, Vnus vtrique verbenarius vocabatur. † Legimus porrò Caspios efferam gentem, & immanem, parentes inclusos, fame necare: cum iam ætatis annū septuagesimū excesserint. Sed multò immanius quod Bactriani faciunt, eos Onesicritus scribit, qui iam senio morbove confecti sunt, viuos canibus apponere, ad hoc ipsum de industria enutritis, † quosq; illarum gentium vocabulo, sepulchrales vocent. Hæc cum sint Scytica, illorumq; moribus conuenientia, non

nonnulli tolerabile putant. Ego verò hæc hominum esse portenta, & monstra execrabilia, quibus dulcis illa naturæ commemoratio, despiciatissima est, verius dixerim: qui tamè immanitate, bruta vicerint, vt propter quos hanc suauissimam lucem, aspexerint, eos indignissimè luce priuent. *Ioannes Coras. Tolosa.*

*Paragraphum, ædificium, malè à Doctõribus accipi, ideo à nobis nouè, & vti debuit declaratũ.*

- 1 *Facta ex consummatione formam recipiunt.*
- 2 *Curt. praecept. consideratio explosa.*
- 3 *Voluntas morte finitur.*
- 4 *Nouè declaratus §. ædificium.*

C A P. VI.



**A**DNOTATIONE tverò dignum illud quoque animaduertimus, quod Neratius in l. usufructuarius. §. ædificiũ. ff. de usufruct. scripsit. *Ædificium, inquit, inchoatum. fructuarium consummare non posse, placet: etiam si eo loco aliter vti non possit.* Quæ verba, cum doctores in l. ij. ff. de iurisdic. omnium iudic. contorquent, auditorum ingenia nimirum inuoluunt, & maximè conturbant. Siquidem vulgò dicatur, ei cui nonnihil permissum est, omnia videri permissa, sine quibus concessum explicari nequit. d. l. ij. Hunc obicem Accur. & reliqui ita diluunt, vt ideo fructuarius, cœptum à proprietario ædificium, consummare nõ possit, quod ædificio rei forma mutetur: rei autem mutatione vsusfructus intereat. l. repeti. §. penult. & l. n. ff. quib. mod. vsufruc. amitt. quod leuius an absurdus sit, nescio. *Ædificia quippe, & facta omnia, ex consummatione*

*Fructuarius an perficiat ædificium.*

*Communis dissolutio.*

tione

tione formam recipiunt. l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad leg. Falcid. vt consummatione formam mutant, tantum abest. Præterea cum fructuarius casam, custodiæ causa earum rerum quæ in area sunt, ædificare possit. l. si area. ff. de usufruct. modo ad fructum percipiendum, custodiendumve necessaria sit. l. æquissimum. §. sed nec ædificium. ff. de usufruct. cur non & iam cœptum, si aliter vti non possit, consum-

2  
Franc. Cur.  
præceptor  
Cornasij.

mabit? † Curt. præceptor, sub quo aliquot annos Patuij militauimus, in d. l. ij. col. pen. aliud esse cœptum perficere, & aliud nouum ædificare: hocq; illo facilius permitti tradidit. Siquidem hominum industria diuersa sit, vnde alia potuit esse proprietarij voluntas, & industria: qui ædificare cœperat, in eius ædificij consummatione, & fructuarij: ideo non nouum facere ædificium, sed iam cœptum perficere prohibetur. Quæ dissolutio, parui est apud me momēti. Nam et si proprietarius, postquam ædificium incœpisset,

3  
Voluntas  
morte fini-  
tetur.

legato Titio usufructu, diem suum obierit, † cum voluntas, & quæcunque hominis industria, morte finitur. l. iij. ff. locat. nulla eius qui ædificare cœpit, posset: industria considerari: quo tamē casu, verū esse Nerat.

Noua opi-  
nio.

responsum, ambigit nemo. Mihi pronuntiatum illud, † parçè detortum, planum videtur. Itaque sciēdum fructuarium, & de nouo ædificare, & ædificium iam cœ-

4  
Expositus §.  
Ædificium.

ptum ad fructum percipiendum necessarium, cōsummare posse. d. §. sed nec ædificium. Nec † tumultueris, quòd Iuriconsul. dicat in d. §. ædificium, inchoatum ædificium, fructuarium cōsummare non posse: etiam si eo loco, aliter vti nō possit. Neque enim propterea negat, quin consummari ædificium possit, si usufructu

tu



Et aliter nequeat uti fructuarius. Sed vult, fructuarium, qui vltim fructum percipere, & colligere potest, etiam si eo ædificij loco (qui à proprietario voluptatis fortasse gratia, aut alia quavis de causa, cœptus est) aliter uti non possit: ædificium illud inchoatum, consummare non posse. Nam si aliter usufructu uti nequeat, quàm si ædificiũ absoluat, quod cœptum est, fructuarium perficere posse, ipse crediderim, & verius est. l. j. ff. si usufruc. pet. cùm & usufructus seruitus sit, seruitute autem concessa omnia ad eam necessaria tributa intelligantur. l. si iter. ff. de seruit. l. seruitutes. §. j. ff. de seruit. vrbanoꝝ prædi. Et cum alibi Iulia. responderit, cum, qui excepto ædificio fundum legat, de solo etiã cogitasse videri, sine quo ædificium constare nõ potest. l. si fundum. §. qui fundum. ff. de leg. j. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Aedificium sine solo non constat.*

*Falsò dici, naturales excludere substitutum, & nouo sensu perceptus §. si quis rogatus.*

*Liberorum verbo, non veniunt naturales.*

*Declaratus §. cùm autem.*

*Mansencall. præsidis integerrimi opinio.*

*Nouè intellectus §. si quis rogatus.*

*Naturales quando excludant substitutum.*

*Sacerdos dispensatus contrahit matrimonium.*

*Naturales interdum in feudo succedunt.*

*Filij seruorum ff. iij.*

CAP. VII.



**Q**VAESITVM est, si Titius institutus, si sine liberis decesserit, grauatus fuerit hæreditatem restituere, vtrum naturales



filij Titij, fideicommissi conditionem deficere faciāt, atque ita substitutum excludāt. Quod ab omnibus receptum est, cum ex Papinia, sententia Vlpia dixerit, in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebell. Si quis rogatus fuerit, ut si sine liberis decesserit, restituat hæreditatem, naturalem etiam filium, efficere, ut fideicommissi conditio deficiat. Aduersus quam sententiā nos mouet quod secundum propriam verborum significati-

Liberorum  
verbo qui  
veniant.

Conditiones  
proprie im-  
plendæ.

tionem, liberorum verbo, soli legitimi & naturales, qui ex iusto, & libero matrimonio nati sunt, veniāt. l. filium. ff. de his qui sunt sui. capitu. fina. xxxij. q. iij. vt & verbo patris, quo pater iustus, nō item naturalis, accipiendus est. l. iij. C. ad l. Iul. de adulter. Sed hoc casu vel maxime, cum conditionaliter liberorum fiat mentio: vulgō autem traditum sit, conditiones proprie implendas, & intelligendas. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de condition. & demonstratio. † Pugnāt præterea cōtra doctores l. generaliter. §. cum autē. C. de institutio. quæ conditionem si sine liberis à lege subintelligam, ita interpretatur, vt de liberis legitimis, & naturalibus sit accipienda. Neque aliter substitutū vult excludi, quàm si grauatus iustam procreet sobolem, et si qui institutus est, & grauatus, naturalis fuerit: quātū tamē casu, maior ratio videbatur, propter similitudinem. Ad quem text. nullo tempore nobis fecit fatidictorū differentia, qui inter expressam, & à lege subintelligam conditionem, si sine liberis, distinguunt.

3 Illud quippe satis expressum dici debet, quod ex verbis legis necessario colligitur, † vt doctissimè Ioan. Mansencallus, Præses apud Tholosates integer rime superioribus annis facta senatusconsulta, de suppre-

Expressum  
quod est, ex  
verbis legis  
collig.

subsellis proferens, prodidit, Accursij & aliorū traditiones improbens, qui superstitiosè plurimū discriminis constituunt in l.pater. §. liberis. ff. de legat. iij. & auth. res quæ. C. commu. de legatis. An bona simpliciter restitutioni subiecta sint, in certæ conditionis euentū, & ita tacitè prohibita alienari: vt tūc facta ante conditionis euentum alienatio interim valeat. l. seruo legato. §. si seruum. ff. de leg. j. l. fina. §. sed quia. C. cōmunia de legatis. An verò expressè à testatore alienari prohibita sint, vt tunc non subsistat viribus alienatio: quod & Alexand. fusè profecutus est, consi. xxij. vol. j. His itaque aduersus alios putamus, naturales filios non efficere, vt fideicommissi conditio deficiat: 4 † quæ sententia cum Vlpiani respōso in dicto §. si quis rogatus minimè pugnare videtur. Quamquam enim eam esse papinia. sententiam. Vlpia. referat, ei tamen nequaquam subscribit imo potius per diametrum aduersatur, hoc totū ex testantis volūtate, pendere significans: quæ qualis fuerit, ex cōditione, & dignitate defuncti, colligitur. Mihi autem, inquit Vlpia. quod ad liberos naturales attinet, voluntatis esse quæstio videtur, de quibus liberis testator senserit: sed hoc ex dignitate, & voluntate, & conditione eius, qui fideicommissit, accipiendum est. Et hoc modo exponendus est ille. §. qui tam prauè hætenus est intellectus. Coniectura porrò adduci possumus, vt credamus, testatorē † naturales substituto præferre voluisse: veluti quia eū ita grauauerit, qui naturales duntaxat suscipere poterat. l. hæredibus. §. fina. ff. ad Trebellia. quo fit vt Bar. pronuntiatum in eo. §. fin. tutum non sit: cum docuit grauato filio, qui est in sacris, si sine liberis decesserit,

No. intel. ad  
§. si quis ro-  
gatus.

Si grauatus  
naturales  
duntaxat ha-  
bere possit.

hæreditatem restituere, spurios natos excludi. Nam cum legitimos habere non possit, de quibus quæso intelligitur? An ecclesiam admittes, vt voluit Barto. in d. §. fin. per §. sed & hoc præsentis. de sanctiss. epif. col. ix. hoc sanè non conuenit voluntati defuncti, An le-

6  
Sacerdos di-  
spensatus cõ-  
trahit nu-  
ptias.

gitimos & naturales expectabis, quos † sacerdos ex dispensatione papæ, contrahendo matrimonium, suscipere potest? Panor. in c. cum olim. de cler. coniug. Et cum Papa non nisi ex magna, & vrgētissima causa, dispenset: Panor. in c. cum ad monasterium. de stat. monacho. cumq; hoc à sola principis potestate pendeat, huius futuræ dispensationis rationem nullā habeo. l. apud Iulia. §. si. ff. de leg. j. l. iiii. §. j. ff. de fideicom. libert. Non denique adoptiuos intelligam. l. si ita quis. §. si. ff. de leg. ij. l. fideicommissum. ff. de cond. & demonstrat. cum sic esset in potestate grauati, excludere substitutum: quòd si non fraudis causa facta esset adoptio subsisteret. l. si. §. ex bonis. ff. de bo. damnato. Spurios igitur, contra Barto. admitterem. Nam cum alios habere non possit grauatus, credendum est à de-

Natura spe-  
ctanda non  
accidens.

functo spectatam magis naturam, quàm accidens. l. si quis posthumos. ff. de hæredi. instituen. Cuius rei & Angel. Perus. assertorem illic habeo: qui tamen cautius agent si natalibus restituantur, seu legitimentur. Neque dixeris cum Bart. & aliis, ita inuitari ad complexus nefarios institutum: non enim, inquit Angel. conditio huiusmodi inuitat, sed casus duntaxat contingentiam ponit. Altera coniectura, si testator sciebat, tempore testamenti, grauatum solos filios habere naturales. l. cum pater. §. volo. ff. de le. ij. Nam de illa defunctum cogitasse verisimile est, facta ex testatoris scia

sci  
fec  
tra  
co  
feu  
7 de  
tur  
in  
sta  
de  
att  
inf  
cit,  
fec  
fen  
me  
tur  
tion  
& l.  
tura  
qui  
† fu  
bera  
de in  
pate  
latu  
ptio  
ff. de  
cubi  
legit  
Ergo

scientia suae voluntatis interpretatione. l. plenū. verfi. *Ex scientia*  
 sed si testator. ff. de vsu & habi. Nec dissimile est, quod *testatis, eius*  
 tradit Aluarot. in cap. j. §. naturales. si de feudo fuerit *voluntatem*  
 controuersia inter do. & agnat. si dominus clientem, *interpretat-*  
 seu vassallum inuestiat, pro se, & filiis natis, sciens pru- *mur.*  
 7 dens, clientem solos inuestituræ tempore habere † na-  
 turales, succedent tunc contra regulas iuris, naturales  
 in feudo. Planè potentissima erit hæc coniectura, si te-  
 stator naturalium meminerit, eos honorando. l. fi. ff.  
 de iur. delib. l. Lucius. §. fi. ff. de leg. ij. Quod & Cyn.  
 attigisse visus est, in l. generaliter. §. cum autem. C. de  
 insti. Cui suffragatur, quòd qui filiabus legatum fe-  
 cit, si in aliqua testamenti parte, posthumæ mentionē  
 fecerit, de posthuma quoque verisimile est testatorē  
 sensisse. l. qui filiabus. ff. de leg. j. quanquā alioqui eius  
 meminisse ad futurosque filios respexisse, non videat-  
 tur. l. qui quartam. §. fi. ff. de lega. j. Possunt & alia ra-  
 tione Papi. & Scæuolæ responsa in l. cū pater. §. volo.  
 & l. Lucius. §. fin. ff. de leg. ij. interpretari, quòd in na-  
 turalibus non natis ex concubina, sed de filiis liberti,  
 qui cū in seruitute concepti essent, naturales dicti  
 † sunt, quòd inter seruum, et seruam, aut seruum & li- *Inter seruos*  
 beram, non cōsistat matrimonium. l. cum ancillis. C. *non est ma-*  
 de incest. nup. ideo qui inde nascitur, tametsi postea *trimonium.*  
 pater manumissus honorem adeptus sit, spurius appel-  
 latur. l. ex libera. C. de suis & legit. tempore conce-  
 ptionis circa statum patris inspecto. l. emācipatum. §. j.  
 ff. de senato. Plus tamen iuris habent, quàm nati ex cō-  
 cubina filii, cū vocentur ab intestato, ex æquo, cum  
 legitimis & naturalibus. §. j. de cognat. seruil. in insti.  
 Ergo vt ad rem redeamus, liberorum verbo ideo illic *Liberorum*  
 verbo qui.

naturales continentur, quia non poterat de aliis cogitasse testator: quando quidem in seruitute legitimi & naturales, procreari non possint. *Ioannes Corasius*

*I. V. D. Tolosa.*

*Ratum non esse, quod iracundiæ calore fit: fallique Haloandrum, qui dictionem vox pro vxor, nobis obtrudit.*

- 1 *Ira ad insaniam accedit.*
- 2 *Fugienda ira in puniendo.*
- 3 *Iratus ab iracundo in quo differat.*
- 4 *Holoandri lapsus.*
- 5 *Repudij verba.*
- 6 *Vox quid.*

CAP. VIII.

1  
*Iracundiæ calor factum.*



*Insaniæ initium ira.*

*L*AMITAT vbiq; Iul. Pau. † Quicquid calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur non prius ratum esse, quam si perseuerantia apparuerit iudiciū animi fuisse ideoq; in breui reuerfa vxor, nec diuertisse videtur. l. iij. ff. de diuort. l. quicquid. ff. de reg. iur. vt enim quæ mente captus agit, rata esse non oportet. l. in negotiis. ff. de reg. iur. ita nec quæ ab irato geruntur, qui propè ad insaniam accedit. *Iratos enim propriè, inquit Cice. in. iij. Tusculano. dicimus exiisse de potestate, id est de consilio, de ratione, de mente. Et paulo ante. Non est quicquam similis insanie, quam ira? quam bene Ennius insanie initium dixit.* Rectissimè itaque idem Iul. Paul. l. licitatio. in prin. ff. de publica. tradit: Si quis vectigalium licitatione, iracundiæ calore vltra modū solitæ conductionis, fecisse dicatur: non aliter admittendū, quàm si fideiussio

de iussoribus, aut aliàs satis cauerit, se vectigalia vt est licitatus, soluturum: quòd tunc nò iræ feruore sed animo planè consulto, id fecisse existimetur. Iram porrò semper sed in puniendo † præsertim, cauendam esse, doct Cice. in offic. Architæq; Tarentini exemplo admonemur, qui factus iratioꝝ vilico seruo, qui grauius deliquerat: Punirè nūc te, inquit, nisi iratus essem. Et Plato semel puero subiratus, Xenocrati dixit, Cede tu hūc puerum, ego enim quia iratus sum, nequeo. Sapientissimè itaque diuinus ille Iob. c. xxxvj. ait: Nò te superet ira, vt aliquem opprimas: quemadmodum enim amantes, de forma iudicare nequeunt, quòd oculorum sensum amor præmat: nanque.

*Ludit amor sensus, oculos perstringit & aufert.*

Ita omnem inquirendæ, veritatis rationem, iratus iudex amittit. c. ira. xj. q. iij. Et nullus magis rationi obstat affectus: quo fit vt sapiens nunquam irascatur, vt est apud Cicer. pro Mur. & Gell. in noct. Attic. lib. j. cap. vlti. Quantum verò ebriosus, ab ebrio: † iracundus, ab irato differt: ira quippè de causa est, iracundia de vitio, aut moribus irascentis. Hoc est, qui natura ad irā procliuus est, tametsi nunc nulla moueatur ira, iracundus: qui verò repentina aliqua causa mouetur, iratus dicitur. Cæterum cum Iul. Paul. tradidit, per calorem missio repudio, si in breui reuersa sit vxor, nò videri ipsam diuertisse. † Haloander vir eruditissimus, Græcè Latineq; impensè doctus, hunc locum non carere mēdo putat, expungendamq; esse dictionē vxor, eiusq; loco verbū vox reponendū, cēset. Quæ emendatio parū bona mihi videtur, tum quod emissus semel sermo, reuerti non possit, iuxta illud Horat. in epist.

*Et semel emissum, volat irrevocabile verbum.*

5 *Repudij verba.* Tum quod vox ad verba illa repudii, quæ apud Caium leguntur. l. ij. ff. de diuor. Res tuas tibi habeto, res tuas tibi agito, accommodari non possit. Cum nõ sermone, sed sonum quendam duntaxat, vox proprie denotet, vt merito boni authores vocem finientes dicant: eam sonum esse, ex significandi proposito, æditum, commonstrat nempet vox, aut ægritudinem naturalis affectus, aut voluptatem. Et Aristotele docente, voces sunt earum quæ in anima reperiuntur, passionum, notæ. Nec tamen me fugit, quandoque vocis verbo, sermonem significari, vt cum Mart. ad Cæsarem dicebat.

6  
Vox quid.

*Vox diuersa sonat popularum, est vox tamen vna.*

*Cum verus patriæ diceris esse pater, Ioannes Cornasius I. V. D. Tolosæ.*

*Rationem .l. creditor. ff. de solutio. aliam esse quam doctores crediderint.*

- 1 *Communis expositio reiecta.*
- 2 *Eranos dictio quid.*
- 3 *Intellectus alius. l. creditor.*
- 4 *Nec Eranos, nec Herosa, sed Aersa legendum.*
- 5 *No. sensus ad d. l. creditor.*
- 6 *Explicata l. lectos.*
- 7 *Conuiuorum genera.*
- 8 *Brumalia.*

C A P. IX.

1  
L. creditor  
declarata.



Nt tractatu de sol. serbidij Scauolæ responsum in hæc verba legitur: *Creditor oblatam à debitore pecuniam, vt alia die accepturus distulit: mos pecunia qua illa Respublica*

blica utrebat, quasi Eranos inssu pr. esidis sublati est. Item pupillaris pecunia ut possit idoneis nominibus credi servata, ita interempta est: quæ situm est, cuius detrimentum esset? Responsum secundum ea quæ proponerentur, nec creditoris, nec tutoris, detrimentum esse. l. creditor. in prin. ff. de solut. Hoc loco scimus ab omnibus dubitari, cur pecuniæ oblatae periculum, ad creditorem non pertineat: cum oblatione in mora fuerit constitutus, & sub eandem Rubricam Martia. responderit, eam posse se doli mali exceptione tueri, qui decem oblata, & à creditore sine causa recusata, absque culpa perdidit, tamen si interpellatus aliquando non soluerit. l. qui decem. ff. de solutio. Etenim non est æquum teneri cum pecunia amissa, qui non teneretur, si creditor accipere voluisset: quare pro soluto, id in quo creditor accipiendo moram fecerit, oportet esse. Accurs. & alii omnes ita se extricant, ut in Scævola responsio, oblatio non oportuno loco, vel tempore, facta fuerit, in Martia. constitutione diversum. l. si soluturus. ff. de solutio. Quæ dissolutio, ita inolevit, ut de ea dubitare, piaculum videatur. Mihi tamen semper visa est parum verbis legis congruere. Quamobrem hanc Antinomiam, aliter tollendam existimo, & itaque sciendum, Græcam dictionem Eranos quæ in Scævola responsio legitur, (ut interim missam faciam, insolentem, & barbaram illam vocem herosa, quæ in vulgatis exemplaribus circumfertur,) collationem vice cuiusdam tributi indictam significare. And. Alciat. lib. disunctio. ij. cap. xxv. ex quodam Athenæo Græco, ita prodente: meminitque huius dictionis Traianus in epistola quadam, quæ apud Plin. secundum extat. Amasenis inquit concessum est, Eranos habere:

Communis  
intellect.

Not. dissolutio.  
Eranos.



si tali collatione, nō ad turbas, nec illicitos cœtus, sed ad sustinendam terminorum inopiam vtuntur. Vult

3 ergo Scœuola † periculū creditoris tunc non esse, cū in vsum Reipublicæ numerata est: nam & tantumdem erat debitor exsoluturus, quoniam vice tributi eius pecuniæ collatio indicta fuerat. Et hęc interpretationē de superiore loco quandoque docui, nunc verō nō ad-

4 modum mihi videtur quadrare † vt cum Alciato legamus Eranos, sed nec assentior. Accurs. qui hoc loco bene Deus ineptit, & fluctuat, nesciens quonam pedem

5 figat. † Malim igitur legere, etsi neminem huius rei authorem habeo ærofa: dicitur autem, vt ærosum aurum, ita ærofa pecunia, quæ multi æris admistionem habet, cuius vsus propterea iussu præsidis fortasse sub-

*Nonus & verus intellect.*

*Ærofus.*

latus erat: quod vt Plin. lib. natur. histo. xxxiiij. c. v. docet, se cōtrahat, hebetetur, difficulterq; ferruminetur. Quod si ita legamus, vt opinor legendum, apertior erit Scœuolæ sensus, quàm vt super eo diutius, nos oporteat in morari. Tradit enim oblatam pecuniā, cuius vsus è republica sublatus est: tamen si creditor moram fecerit, non tamē eius damno perire, idemq; in tutore constitutum. Nam quod primum proposueramus, exactam à præside pecuniam, cuius collatio vt tributum indicta erat: creditorem qui in mora fuisset

6 fortasse nō liberaret, † cū & Iul. Paul. l. lectos. l. quoti si neque. ff. de peric. & cōmod. rei vend. tradiderit, lectis venditis qui in via publica positi fuissent, si Aedilis eos conciderit, cū iam traditi essent, emptori, atq; per emptorē mora facta quominus traderentur, emptoris periculum esse. A quibus tamē respōsis si alius non vrgeret, defendi posset prior noster sensus: si quidem

*L. lectos. de clarata.*

den  
vt  
ff.  
Er  
Er  
po  
den  
in  
sta  
tia  
ero  
tib  
qu  
di  
nis  
ba  
ap  
Ro  
tia  
tur  
sen  
  
Co  
ne  
1 sac  
2 In  
3 vph  
4 Cu  
5 Fla  
den

dem loquantur, cum Aedilis quod fecit, non iure fecit, ut ex Ulpia. intermedia constitutione liquet. I. eumque. ff. de pericul. rei vend. Caterum quia in dictionem Eranos incidimus, non inepte fecerimus, si quid sit Eranon, breuiter explicemus. † Falli quippe, multi possent, idē vna quod altera dictione, significari credentes. Annotandum igitur, Athenæum Eustathiūque; in Odyssæ primū, ita conuiuia disparare, ut Ilapinen statuunt, quod splendorem, apparatusque magnificentiā habeat. Gamon, in quod pecuniarum plusculum erogetur, Eranon, quod pluribus differtim accumbentibus sit: sed ita, ut ferat sibi vnusquisque quod edat: quæ res Hesiodo poetæ arrisisse videtur, quod impedijparum, iucūditatis multum in sit. Quin & Romanis probrosum censebatur, alienis vesci: proinde ferebant singuli, quod ederent, ac biberēt: qui mos hodie, apud Gallos viget. Hinc tollendæ ignominia causa, Romulus quod enutritus foret, & educatus ab Larentia, † Brumalia instituit: quibus conuiuio excipiebatur Senatus, cum necessarium diceret, ab rege suo ali senatū hyeme, nullis obstrepentibus bellis. Hæc Cæsar.

Ioannes Corasius Tolosa.

In verborum Ulpia. interpretatione, ab Accur. & ceteris vehementer erratum, ex linguae Latine imperitia.

- 1 Sacerdos quando in ius Vocetur.
- 2 In monacho quid.
- 3 Ulpianus antichristianus.
- 4 Curiones, Tribus, & Curia.
- 5 Flamines qui.

Conuiuia.  
Ilapinen.

Gamon.  
Eranon.

Gallorum  
mos.  
Brumalia.

- 6 *Celeres cur sic dicti.*  
 7 *Remi interfectores Celer.*  
 8 *Lugurum munus.*  
 9 *Vestales virgines.*  
 10 *Saliorum institutio.*  
 11 *Mamurij inuocatio.*  
 12 *Feciales cur sic vocati.*  
 13 *Pontifex maximus.*  
 14 *No. sens. ad l. ij. ff. de in ius voc.*

## CAP. X.

In ius vocari qui prohibeantur.



**V**LPIANVS Iurisconsultus in l. ij. ff. de in ius voc. scriptum reliquit: *In ius vocari non oportere magistratus, qui imperium habent, qui & coercere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci. Nec Pontificem dum sacra facit, nec eos qui propter loci religionem, inde se mouere non possunt. Sed nec eum qui cum equo publico, in causa publica transuehatur. Præterea in ius vocari non debent, qui uxorem ducit, ea qua nubit, nec iudicem dum de ea re cognoscit, nec eum qui apud Prætorem causam agit, neque funus ducentem Familiare, Iustā de mortuō facientem obsequia.* In horū & verborum declaratione Accurs. Bald. & cæteri ineptiūt, quorum errores singulatim annotare operæpretium nobis visum est. Imprimis Pontificē dum sacra facit, Episcopum dum missam canit, interpretantur: quem tunc in ius vocari non oportet, cū & idem in quocunque sacerdote sit constitutū. l. omnes in princ. C. de episc. & cleri. ne à solita precatōne, cultuq; diuino, abducatur. Indeq; Castrenf. in d. l. ij. prodidit, vt si vocetur in ius sacerdos, hora tertiarū, qua eum sacra fa-

Sacerdos quādo in ius vocetur.

cere

cere, hoc est missam dicere oportet: neque compareat, cōtumax dici non poterit: quanquam si sacra peregerit, clericus corā Episcopo, & Episcopus corā Archiepiscopo, rectè cōuenietur. §. si quis cōtra. & §. si quis verò sanctissimorū. de sanctiss. episc. coll. ix. Rursus, cūm dicit Vlpia. eos qui propter loci religionē, inde se mouere non possunt, in ius vocandos non esse, pu-

Monachi & Eremita nō citantur.

2 tant interpretes, t̄de monachis, & eremitis, iurisconsultum verba facere, quod aliquando legerint, monachorū causam, per abbates apud episcopos agitandam.

§. j. apud quos oport. cau. dic. mona. coll. vj. auth. causa quæ fit. C. de episc. & cler. atque ita praelatos ipsos, nō etiā monachos citandos. † Quæ interpretationes, tam alienæ sunt ab Vlpia. mēte, quā Vlpia. ipse à Christi traditionibus alienus fuit, qui Christianam religionem, crudeliter, & miserè sit infectatus: nec arbitror ethnicorum leges, à Christianorū moribus, interpretationem recipere. Annotandum igitur Numā Pompiliū virum omniū religiosissimum, assumptam diuini cultus institutionem, in octo, vt scribit Halicarnass. diuisisse partes, quot etiam erant ordines sacrorum. Vnam sacrorū ministeriorū constitutionē tra-

Vera & nona declaratio.

4 didit † triginta Curionibus, ij erant duces minorum partium: diuisa enim trifariam à Romulo, multitudine omni, singulis partibus, singulos præfecit duces clarissimos, deinde trium rursus earum partium, vnamquāq; diuidens, in denas partes æquales, harū quoq; duces designauit, viros fortissimos. Vocant autē partes maiores, Tribus: & minores, Curias: qui verò Tribuum ducatus haberent, Romani Tribunos dixerunt, qui autem curiis præsiderent, Curiones, quibus hoc

Curiones.

Tribus. Curie. Tribuni.

potif

j. ff. de  
us vo-  
erium  
nt, &  
icit, nec  
nt. Sed  
ueha-  
ucit, ea  
m qui  
Fami-  
e ver-  
ptiūt,  
etium  
facit,  
quem  
quo-  
c. C.  
uino,  
si vo-  
ra fa-  
cere

potissimum oneris impositum erat, vt in sua quisque curia, sacra publica faceret, ferias obseruaret, pro Curiiis, publicas immolare hostias, hoc est sacrificiū immolare, pro victis hostibus, nam vt Ouid. ait.

*Hostia.* *Hostibus à domitiis Hostia nomen habet.*

5 Secundam verò diuini cultus partem, dedit ꝑ iis qui à Romanis, Flamines vocantur, quos à gestatione pylorum, & infularum, quas adhuc ferunt, flama vocantes: hoc nomine, inquit Dionysius, appellant. Varro

*Flamines.* de Ling. lat. Flamines ait, quòd in sacro capite velato erant semper, ac caput cinctum habebant, filo, Flamines dicti. Alij quòd pyleum gestarent, in quo virgula

*Oleagina virgula.* Oleagina, modicū lanæ habens, in summo instar fungi inerat. Flamines quasi filamines, sunt nuncupati, quem cum per æstum ferre nō possent, dempto pyleo caput ligabāt filo, quòd nudo capite incedere, fas non

*Numa religionū cultor.* erat. Cæterum Numa Pompilius, summus religionū cultor, plures (vt Feneftella loquitur) in vrbe Romulo, quàm sibi similes reges fore ratus, qui relicta religionis cura, bellorum potius negotiis, detinerentur, sacerdotes quatuor, quos appellauit Flamines, qui rei diuinæ iugiter ad dicti essent, multis deorū alligauit.

*Flamen Dialis.* Flaminem vnum Ioui, quem Dialem vocant Marti duos, Quirino vnum. Horum omnium non minimum ius, potestasq; fuit, sed excelsa erat omnium Dialis Flaminis auctoritas, vt in Noct. Attic. Gellius scriptū reliquit. Tertiam dari voluit Celerum ducibus, hoc est regum custodibus. Nam & isti statutas quasdam immolationes, perficiebant. Planè constituto à Romulo senatu, conciliiq; concessu, ex centūuiris: videns Romulus, iuuentute quoque opus esse, qua ad corporis

culto

custodiam, & ad vigentia rerum ministeria, vteretur, trecentos corporibus robustissimis viros, ex generosissimis familiis elegit, quos semper circū se haberet,

6 nomenq; omnes commune hi habuerunt. † Celeres, ab *Celeres.*  
 exequendi ministerij celeritate: promptos enim velocesq; ad opera Romani celeres vocant, Quod igitur

homines eiusmodi celeriter ac currere voluit, si quando eorū opera Respub. indigeret: Romulus appellari  
 7 Celeres constituit. † Sunt qui à Celere quodā, qui primus iis ordinibus, à Romulo præfectus fuerit: Remi *Celer Remi*  
*intersector.*

interfectore, nomē inditū esse opinentur. Erāt Celeres in exercitu propugnatores, protectoresq; ac multa in certaminibus corrigebāt: primi pugnā capeffentes, & vltimi prælio excedentes, vbi campus esset equestri pugnae idoneus, equites: & vbi asper inuiusq; equis loc<sup>o</sup> esset, pedites, ad quos etiā sacrorū cura spectauit.

8 Quartā tradidit Romulus, signa à diis missa interpretantibus, quos quidē ab vna specie speculationū artis  
 Romani augures vocant. † Augur nanq; est, qui futura, quomodocunq; prædicat: quanquam vox ipsa eum tantum qui ex auium garritu, aut gestu diuinat, significare videatur. Fuit Auguralis disciplina, à Numa perpetuum sacerdotij in sine constitutum: non sicut Flamini temporariū. Siquidem Flamen si sacra non ritē fecisset, aut neglectæ religionis argui posset, seu aliquid aduersus constitutum faceret, Flaminio abire oportebat. Vnde Sulpitius: Flamen quod inter sacrificandum apex (hoc est flocculus ille lanatus, quem in summitate pilei Flamines gerunt,) prolapsus fuisset, sacerdotio, vt Valer. refert, deiectus est. Hi Augures, velut interpretes, internuntijq; Deorum, tātæ dignationis

*Augures.*  
  
*Flamen leuem ob causam Flaminio deiectus.*

210000

tionis habiti sunt, vt etiam grauium criminum contu-  
cti, sacerdotio minimè multarentur, tantaq; fuit eoru  
autoritas, vt quæq; iniusta, nefasta, vitiosa, diræve dixi-  
sent, irrita, infectaq; essent. Vnde si qui magistratus,  
vitio creati forent, eorum responso vel admittebatur,  
vel abire cogebantur: quibus non parere capitale erat.  
Quare cùm Tyberius Gracchus, comitia consularia  
habuisset, dicerentq; Etrusci Augures, rem in augu-  
rio experti, vitio consules creatos fuisse: Gracchusque  
vt ineptos insanosque Etruscose incesseret, abiens in  
prouinciam, Senatui rescripsit, veridicos non autem  
insanos, Etruscose esse, qui consules presentes, vitio a  
se creatos dicerent: nam cùm se collegisset meminisse  
se, locum tabernaculo extra pomerium, præter maio-  
rum consuetudinem, delegisse. Quamobrem abdicare  
se consulatu compulsi sunt. Horum inter plura mu-  
nus erat, quibus hostiis, quibus sacris, ac supplicationi-  
bus, & ad quæ puluinaria tetra prodigia, procuraren-  
tur, aut expiarentur, conuocare. Romulus hoc sacer-  
dotio præditus, optimus augur fuisse traditur. Quin-  
tam virginibus sacrum ignem seruãtibus, dedit: quas  
illi à Dea quam colunt, Vestales vocant. Deæ huic ve-  
stæ, quam terram esse, eandemq; Deorum matrem, vo-  
lebant: perpetuò vigil ignis, consecrari solebat. Eius  
observationi ac cultui, pleræque virgines, è primori-  
bus patrum electæ, præfici, quarum negligentia si for-  
tè sanctus ignis restinctus esset, flagris à Pöt. Max. cæ-  
di iuebantur. Virginem Vestalem, vt Labco Anti-  
stius scripsit, minorem quàm sex annis: maiore quàm  
annis decem natam, negauerunt capi fas esse. Trigin-  
ta annos, Vestales virgines innuptas, & castas manere  
neceffe

Cōsules vi-  
tio creati.

Etrusci ve  
iudici.

Romulus o-  
ptimus Au-  
gur.

9

Ignis vigil.

neceffe fuit: sacrificulantesq; & alias cerimonias peragentes, ex lege. Quo in tempore opus est, eas decem annis discere: decem sacra perficere, decem vltimis alias edocere. Expleto autem anno trigefimo, pro arbitrio nubebant: vittas tamen deponentes, & reliqua sacerdotij insignia. Sextam verò partem institutionis, circa diuina his Numa distribuit, † qui à Romanis Salij vocantur à còtinuo motu, solèniq; saltu, sic dicti, omnes quippè saltatores sunt, & laudatores armatorum Deorum, quorum solennitas, Mense Martio, sumptu publico agebatur per multos dies, quibus choreas, per urbem ducebant. Iis datum est, supra tunicam insigne æneum, pectori tegmen, cœlestiaq; arma, quæ vocantur Ancyliā portare, ac per urbem canentes carmina cum tripudiis solenni que saltu incedere: † institutumq;, vt in fine omnium carminum suorum, Mamurium appellarent. In causa fuit Ancyle scutum breue: quod regnante Numa Pompilio, cum pestilens annus esset, è cœlo cecidisse fertur. Eo tempore vna simul vox audita est, omnium potentissimam fore ciuitatem, quandiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus admisceretur: ne inter nosci cœleste possit. Probatum maxime est opus Mamurij, Veturij, qui præmij loco petiit, vt suum nomen, inter carmina Salij cantarent. Inter cætera porrò sacerorum genera, instituta à Numa rege, hoc in minoribus fuit. † Septimam partem sacre constitutionis, collegio eorum adiecit, qui Feciales vocantur. Erant autem ex optimis domibus viri electi, per omne ipsi vitæ tempus sacriati, quorum partes in eo versabantur vt fidei publicæ inter populos præessent: neq; iustum ali-

Vestales post  
xxx. annos  
nubebant.

Salij.

Mamurij.  
Ancyle scutum.

Feciales.



Pontifices.

quod bellum fore cēsebatur, nisi id per Feciales fuisset indictum: qui, vt Festus ait, à faciendo, quòd belli, pacisq; faciūda, apud eos ius esset. Feciales dicti sunt. Ultima fuit, inquit Halicarnas. Numæ constitutionis, de sacris diuisio, quæ sortiti sunt hi, qui magnum apud Romanos sacerdotium, & potestatem habent.

Pontifex Maximus.

13

qui quidem Pontifices appellātur. Quatuor ab initio fuerunt numero creati, deinde alij quatuor ex plebe M. Valerio, & Q. Apuleio COS S. Sed omnibus vno à Numa Pompilio præfectus, † isq; Pontifex Max. dicitur. Etus est: à posse, & facere, q̄ omnia facere posset. Remempe maximarū dominus erat, vt qui sacras omnes causas diiudicaret: cuius scitis sacra omnia, priuata & publica, Numa subiecit: instituiq; vt idē Pontifex, non cœlestes modò cærimonias, sed iusta quoq; funebria placandosq; manes edoceret. autor est Liu. Sic & Pontificium Latini pro iure, & potestate faciendi, dixerunt. Gell. lib. noc. Atticar. j. cap. xij. sunt, inquit, pauci, qui sententiam suam, vna in parte defixerint: semel statuta deliberataq; ab eo cuius negotiū id pontificium esset, nequaquam putauerunt, contra dictum eius esse faciendum. Cæterum M. Varro, & à ponte, & à facio, pontifices appellatos putat, eo q̄ ab his primū pons Sublucius factus, ac sæpè restitutus, esse perhibeatur. Is igneus erat, & nullo ære, aut ferro cōpactus, quē sacri illi æstimauerunt: ita, vt in aliqua parte labantem, p̄ cæsa victima, & sacrificio perfecto, reficere non possent.

Pons Sublucius.

14

ret. † Ex his (in quibus paulò verbosior consulto fuisset) fecētos bonorū autorum locos patefacerem) cōstitit quid Vlpia. in d. l. ij. ff. de in ius voc. intellexerit, et Pontificem sacra facientem, neq; eos, qui propter

cir  
nor  
Q  
Prae  
Tran  
Bad  
Exp  
Vere



cur  
intel  
blic  
nec v  
captu  
mum  
ction  
tam, v  
tos ve  
transf  
mnibu  
ribus  
tione  
uetic  
mus,  
ci

ei religionem, inde se mouere nequeunt, in ius vocari non posse, dixit. *Ioannes Corasius Tolosa.*

*Quem sensum accipiant, verba illa, apud Vlpia. qui cum equo publico. reiectis aliorum nugis.*

*Præco in ius vocari non potest.*

*Transuectio equitum quid.*

*Bud. interpretatio num vera.*

*Explicata nouè Vlpia. Verba.*

*Veredus, & Veredarius.*

CAP. XI.

**S**VBSEQVUNTUR in ead. l. ij. ff. de in ius voc. hæc verba: † *Sed nec eum, qui cum equo publico, in causa publica, trāsuectitur.* In quorum interpretatione nugantur Accursi. & cæteri, nescio quem præconem Theobaldum intelligentes. Indeque Barto. colligit, præconem vt publicè procinat decreta missum, in ius vocari, nec re, nec verbo posse: referens se præconem ob æs alienum captum, aliquando liberasse. Guliel. Bud. verò maximum nostrorum temporum ornamentum, † Transuectionem equitum intelligit, a Fabio Maximo institutam, vt ex Liuiio lib. ix. & Valer. lib. ij. cõstat. Trabecatos verò equites, inquit Valer. idibus Iulij Q. Fabius transuecti instituit. Equestris verò ordinis iuuetus, omnibus annis, bis vrbem spectaculo sub magnis autoribus celebrabat, die Lupercalium, & equitum probationem. Equitum probationem huiusmodi, Transuectionem appellans: nos hodie Monstram vocamus, cum equites solenniter recensentur. Similem

*Cõmunis interpretatio.*

*Præco nõ citatur.*

*Trāsuectio.*

*Equitum probatio. Monstra.*

legem Bud. ex Demosthene refert apud Athenienses  
fuisse, eaq; legē, Euagorā tulisse: ne scilicet in pōpa Li  
berī patris, prehendi aliquē, aut pignora eius capi lice-  
ret. † Quæ Bud. expositio, ad sententiā Vlp. nō accedit:  
3 quamvis enim equites, vltra frumentum, & vestem,  
Bud. expositio. æquum de publico quondam acciperentur: qui eis si  
delinquerent, à Censoribus adimebatur. Desierunt ta-  
mē paulatim Romani, equū publicū præstare. Equitū  
necessitatibus, salutiq; publicæ, cōmodius subveniri  
putātes, si maius darēt equitibus, in pecunia stipendiū,  
propter equū quē de publico accipere debebāt. Quod  
& Flau. Forliuicē. in vj. Romæ triumphantis ostendit  
vt maximē verisimile fiat, quod sæpe docui, Vlpiani tē-  
pore, æquo publico non fuisse æquites vsos, sed pro-  
priē ex sua, aut stipendiaria pecunia comparato, & ex  
quidē duplici, vt vni fatigato, alter recens expeditusq;  
4 succedat. † Quocirca ipse sum aliquando interpreta-  
tus, vt equorum publicorum meminerit Vlpia. qui  
Nona decla- sumptu publico alebantur: vt si quid subiti negotij in-  
ratio. cidisset, mutatis celeriter equis, quo vellet Imperator  
aut Respublica, quencunque nuntium mittere posset  
Equum istiusmodi quo maiores vsi sunt, in venatio-  
ne, Latini Veredum dicunt. l. fi. §. patrimoniorum. l.  
Veredus. de mun. & honor. Martial.

*Parcius Vtaris moneo, Rapiente Veredo  
Prisce, nec in lepore tam violentus eas.  
Et in Distichis.*

*Stragula succinēti, Venator sume Veredi,  
Nam solet à nudo, surgere sicus equo.*

5 Vnde † Veredarij dicti, qui celeriter equis inuecti  
Veredarij. principū literas prouchūt. Ab Imp. nāq; quōdam ce-  
tis

tis locis equi velocissimi cursus destinabantur: quibus non utebantur alij, nisi facultate impetrata, quam vocarunt Tractatoriam. Cicero pro Quintio, ut opinor, nuntium volucrem appellavit, vulgus Postas nuncupat. Ergo Vlpia. hoc loco, de nuntio illo qui equo publico vehitur, in causa publica loquitur, ut in ius vocari non possit. *Ioannes Corasius Tolosa.*

*Tractatoria facultas. Volucer nuntius.*

*Iusta quid apud eundem Domit. Vlp. significant.*

*Accurs. lapsus.*

*Iusta quid.*

*Iusta funebria.*

*Parento & parentalia.*

*Elucidatus Vlpia. locus.*

*Funus ducere.*

*Funus, Exequia, Bustum, Reliquia, Sepulchrum.*

*Comites fueris an excusentur.*

*Novae enodata. Iustitia. constitutio.*

C A P.

X I I.



**I**USTITIA est ab Vlp. in ea. l. ij. ff. de in ius voc. ad fi. neq; funus ducentem familiare, iustave mortuo facientem obsequia, in ius vocari debere. Quo loco bene Deus, quam inepti, garrit, & fluctuat Accurs. † ne-  
sciens quonam pedē figat. Quidā libri (inquit) habent iusta scilicet obsequia, ut lauare corpus. Alij habēt Busta, id est combustiones: comburebantur enim corpora in rogo, ut cinis referuaretur. † Itaque sciendum, Iusta sacrificia esse, seu Exequias: quæ mortuis impen-  
duntur. Cice. pro Amerino. Hunc miserum, inquit, iustu-  
ctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri, iu-

*Accurs. ineptie.*

*Iusta.*

sta soluisse, nudum eiecit domo. Et libr. ij. de legi.  
 3 Non solum vita cruciati, atq; dedecore, verum & sepul-  
 tura, & iustis exequarum caruerunt. & Plaut. in Cistellar.

*Tum illic autem Lemnius,*

*Propinquam uxorem duxit cognatam suam:*

*Ea diem suum obiit, facta morigerast viro.*

*Postquam ille uxori iusta fecit, ilico*

*Huc commigravit.*

- 4 Quoniam t verò pompa huiusmodi funebri, & fune-  
 randi solennitas, parentibus potissimum impedebatur.  
 Parentalia dicta sunt à parento, quod est iusta paren-  
 tibus celeberrima, licet ad alios etiã transferatur. Alij à pa-  
 rento, parentare verbum deduci putant, quòd qui pa-  
 rentarent, mortuis parerent: qui ita viui fieri iusserunt.  
 Sed mihi probabilior prior videtur sententia: si quid  
 pareo verbum primam producat, parens verò corripit.  
 5 itaq; Vlpia. t vt illuc vnde abij redeã, eum qui circa pompam  
 funebrem parerit, aut aliorum propinquorum, occupatus  
 est, in ius vocari non posse: quòd satis præposita illi  
 verba (funus ducit familiare) indicant. Funus namque  
 pompa exequiarum est. Teren. in Andria.

Parentalia.

Funus.

*Funus interim*

*Procedit, sequimur, ad sepulchrum venimus,*

*In ignem posita est, fletur.*

- 6 Vnde funus ducere, est facere eam funerandi solennitatem.  
 Cicer. pro Quintio. De quo homine, præconi-  
 vox prædicat, & pretium conficit: huic acerbissimum videtur  
 videnti quod, funus ducitur. si funus id habendum sit, qui  
 non amici conueniunt, ad exequias cohonestandas, se-  
 bonorum emptores, vt carnifices, ad reliquias vitæ la-  
 randi

Funus ducere.

7 ran-  
 dau-  
 Exe-  
 fert-  
 ben-  
 locu-  
 veru-  
 8 pro-  
 poss-  
 Par-  
 affir-  
 nou-  
 de a-  
 qua-  
 ij. ff.  
 locu-  
 Vlp-  
 puta-  
 cofu-  
 feru-  
 obrè-  
 quo-  
 birij-  
 de C-  
 lion-

1 Error  
 2 Calep  
 3 Sene

7 randas, & distrahendas. Porro ðfunus dum vritur ca-  
 dauer, pompam ipsam, vt dixi exequiarum significat.  
 Exequiæ verò funeris celebrationem, dum corpus ef- *Exequiæ.*  
 fertur. Bustum postquam cadaver crematū est, quasi *Bustum.*  
 bene vstū. Reliquiæ ossa ipsa, & cineres, Sepulchrum, *Reliquiæ.*  
 locus in quo ossa ipsa conduntur. Quod autē in horū *Sepulchrū.*  
 verborum enarratione Bar. & alij docent, hinc scilicet  
 8 probari, ð eos, qui funus comitantur, in ius vocari non *Comites fu-*  
 posse: vt nimium generaliter traditum nō probamus. *neris quādo*  
 Parentibus nanq; & liberis, solisq; consanguineis, & *excusentur.*  
 affinis, Iustiniani lege cōcessum est, vt non ante dies  
 nouem, ab obitu numerādos, molestētur. §. pe. vt cūm  
 de app. cog. coll. viij. auth. sed neque. C. de sepul. viol.  
 quam nouē dierū dilationem rectissimē Alber. in d. l.  
 ij. ff. de in ius voc. in aliis etiam familiaribus personis  
 locū nō habere prodidit. Ex his etiā satis liquet, quid  
 Vlp. in l. pro hærede. ff. de acq. hæ. senferit, dum ait: vt  
 puta, patrē sepeliuit, aut iusta ei fecit. Antiquæ quoq;  
*Mos anti-*  
*quus.*  
 cōsuetudinis fuit, vt, qui in ius vocatus vadimoniū de-  
 feruisset, si funus faceret familiare, excusaretur. Quā-  
 obrē obiecit Labienus Rabirio, filiū sororis occidisse,  
 quo funere familiari excusaretur, maritus sororis Ra-  
 birij, in iudiciū vocatus, ne dicto die veniret: quod lepi-  
 dē Cicero, in orat. ad Quirites pro C. Rabir. perduel-  
 lionis reo, scriptum reliquit. *Ioann. Corasius, Tolosa.*

*Quid sit, quod apud Iuuent. Celsum dicitur: pe-  
 cuniam sine peculio, fragilem esse.*

- 1 *Error vulgaris interpretum.*
- 2 *Calepini absurda interpretatio.*
- 3 *Seneca ad Neronem documentum.*

- 4 Nonè enucleata l. si chorus. §. j.  
 5 Præsidium quid.  
 6 Peculium hoc loco, quid notet.

## CAP. XIII.

1 **H**IS verbis, † inquit Cels. in l. si chorus. §. j. ff. de lega. iij. *Quæ ibi mobilia erunt meo, do lego. nummos ibi repositos, ut mutui daretur, non esse legatos Proculus ait. At eos quo*

Pecunia si-  
ne peculio  
fragilis.

*præsidij causa repositos habet, ut quidam bellum civilibus factitarunt, eos legato contineri: & sæpè audisse rusticos senes ita dicentes: Pecuniam sine peculio, fragilem esse. Peculium appellantes, quod præsidij causa reponeretur. Hæc verba quo pacto accipienda sint, non omnibus constat: neque ex Accurs. Bar. aliisve eius farinae scriptoribus, lique*

2  
Ambros. Ca-  
lep.

*re potest. † Ambros. Calepin. monachus, contra Erasmi Paræmiam doctissimus, & diligens verborum indagator, hunc locum ita enarrat: ut dictio peculium lucrum notet: atque ita velit Cels. fragilem pecuniam sine lucro. Quæ expositio, nullatenus verbis Iuriscor-*

No. declara-  
tio.

*sulti cõuenit. Mihi breuiter videtur, hæc verba alium sensum habere. Itaque sciendum veteres qui prudentissimi patres familias fuerunt, solitos fuisse nõ omnem vnum in locum pecuniã reponere: ne si casmate, incedo, aut bello forte fortuna periret, vniuersa etiam mi-*

3 *minis interiret substantia. † Vnde cum Nero auleum quoddã insigne cõparasset, id vidēs Seneca: Declarasti, inquit, te esse pauperem, causam rogante Nerone quoniã si istud amiseris, nõ poteris alius simile parare: apertè significans, qui nummũ habet vnicũ, quo omnino nequeat alterũ promere, inopẽ esse. † Admonet igitur Cels. iactatũ olim inter agricolas adagiũ, ne totũ*

4  
Agricolarũ  
adagiũ.

vni loco credamus substantiam: ne si ea casu pereat, quo damnum sartiatur nihil habeamus. Vnde docet, testatorem qui ita scripsit: quæ ibi mobilia erunt mea, do lego. eos nummos in legato comprehendi, quos præsidij causa reposuit: hoc est, quos prouidè seposuit, ne vniuersum patrimonium vni loco crederetur. Et cum subiungit sæpè audisse rusticos, ita dicentes, *Pecuniam sine peculio fragilem esse: peculium appellantes, quod præsidij causa reponeretur.* Sensus est, fragilem esse, parumq; tutam pecuniam, quæ vni tantum loco commissa, & credita est: siquidem vnica infelicitate, interire possit, tunc quippe est sine peculio, cum non præsidij, hoc est, auxiliij, salutis, subsidijq;

5 causa, alicubi reposita sit. † Porro præsidium, quam præsidium. quam propriè auxilium principale dicitur: vnde milites, qui in tutela alicuius oppidi collocati sunt, præsidium dicantur, tamen per translationem, præsidium vocamus omne auxilium, & salutis propugnaculum. Patrimonium verò suum, plerique peculium dicunt.

6 l. cogi. in princ. ff. ad Trebel. † Nos hoc loco, pro ea pecunia, quam vti specialem, & præcipuam, paterfamilias seponit, vt ea ad extremum vtatur, peculium accipimus. Rem charam, & peculiarem significans: vt cum dixit dominus Exod. xix. *Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium, de cunctis populis.* Hoc est, inquit glos. inter linearis: eritis mihi specialis populus, quem pascam, defendam, & sicut gregem proprium nutriam, beneuolentiæ, & dilectionis argumenta, præ alijs populis vobis ostendens. *Ioannes Corasius, I. V. D. Tolosa.*

Peculium.

Exodi locus  
explanatus.



Perperam ab interpretibus & lectum, &  
enarratum, verbum, Reliquare.

- 1 Reliquare verbum, male intellectum.
- 2 Inscita Accurf. expositio.
- 3 Reliquare quid.
- 4 Reliquatores vectigalium.
- 5 Zeteta magistratus.

## CAP. XIII.

Reliquare.



REQVENTER Reliquare verbum,

Iureconsultis usurpatū legimus: sed perperam à commentatoribus intellectum.

Vnde in trac. de adm. tut. Iul. Paul. † Re-

ffodi, inquit, nō ex eo quod adultus, eum qui prædī eius coluit, procuratorē habere voluit: debitum quod ex conductione reliquatus est, agnouisse eum videri. l. Lucius Titius. in prin. ff. de adm. tu. † quo loco Accur. reliquatus est, id

- 1 est retinuit, apud se, inscitē interpretatur. Hoc etiam verbo vsus est Vlp. l. rescripto. § debitores. ff. de mu. & hon. Debitores, inquit, rerū publicarū, ad honores inuitari nō posse certum est: nisi prius in id, quod debetur Reip. satisfecerint. Sed eos demū rerum publicarū debitores accipere debemus, qui ex administratione Reip. reliquantur: tamen in plerisq; exemplaribus, relinquātur legamus: sed corruptē omnino. Et idem Vlpia. l. si quis rationes. ff. de libera. legat. Si rationes exigere quis vetetur, non impeditur reliquas exigere, quas quis per se reliquauit, id est, dicit Accur. ex malē gesta administratione retinuit, qui nec hic, nec vsquam alibi in iure, quid sit reliquare percepit. † Est nāq; Reliquare idē quōd reliqua

3 Reliquare  
quid.

cōtrahere: hoc est, æs alienū integrē nō soluere. Vnde qui

qui æs alienū integrū nō exoluerūt, sed partē æris alicui reliquā fecerūt, reliquatores dicūtur. Quamobrem Scauola. l. creditor. §. Valerius. ff. de sol. superioris anni reliquatorē dixit, eum qui conflatū præcedēti anno æs alienū, non integrē soluerat. Inde reliquatores ve-

4 *Stigaliū* dicti, qui reliqua publicē debēt. † *Reliquatores* Reliquatores.  
(inquit Iurisc. l. licitatio. §. ad cōducendū. ff. de publi.) res.

*Veſtigaliū ad ſterandā conductionē, admittēdi non ſunt, antequā ſuperiori ſatiſfaciant cōductioni.* Quo loco in multis codicibus nō reliquatores: sed licitatores, in emēdatē legitur, Bud. l. cōstitutionibus. ff. ad municip. Porrō

5 fuisse Athenis magistratū, † cui *Zeteta* nomen: apud quem, si quis integrū æs debitū nō soluiſſet, conueniri poterat. Alex. in diebus Genialibus testis est. *Io. Co. Tol.* Zeteta.

*Cur non à matribus, sed à patris familia, filij de nominentur: & in super Ouid. locus explicatus.*

- 1 *Fabella de nomine Athenarum.*
- 2 *Fœmina triplici supplicio affecta.*
- 3 *Seruius Grammaticus reprehenditur.*
- 4 *Enarratus Ouid. locus.*
- 5 *Equus vbi primum exiluerit.*
- 6 *Amphiteon Rex, Athenis nomen dedit.*
- 7 *Lyci à matribus nominantur.*

C A P. XV.



**N**ON sequitur filius matris, sed patris originem: atq; ideo nullus nascentium, materno censetur nomine. l. j. ff. ad municip. cuius rei causa, fortassis hæc est. †

- 1 Emanante in Athenarum arce aquarum scaturigine, eodemque fortē loco enata oliua arbore, Fabula de Athenarum nomine.  
certi

certi fuerunt à Cecrope rege missi homines, Apollinis oraculum sciscitaturi: vt si quid illo ostento Dij minitarentur, rationem edicerent: quibus responsum est, nō ad alicuius calamitatis significati-

*Certamen  
Neptuni &  
Minerue.*

nem factū ostentum, sed Deorū duorū inter se certatium, vter eorum Athenis nomen imponeret: per vnam enim Neptunum, per oleam Mineruam, significari. Quare liberum, & integrum esse Atheniensibus vtrius Dei nomine nuncupandam vellent ciuitatem decernere. Quæ cum à legatis Cecropi renuntiati-

*Fœmine pu-  
blicas cōsulys  
aderant.*

essent, & mares, & fœminas (nam tum & mulieres, publicis consultationibus intererant,) adferenda super hoc suffragia, conuocauit. Maribus igitur pro Neptuno, fœminis pro Minerua in suffragia eūtibz: fœminæ cum plures essent, quia fœminarū vna plus, vt Anv. de ciuit. Dei cap. ix. scribit, inuenta est, vicerunt. Et quod vsu venire videmus, vicit meliorem partē numero-

2

*Supplicia  
tria mulie-  
rum.*

rosior: qua de re indignatum Neptunū, tantam aquarum vim effudisse fertur vt Atheniēsium terrā omni occuparit maris facies: † quæ, vt placarent, triplici mulieres sunt affectæ supplicio. Primū, vt ne quis Athenas cas vocaret. Alterum, vt nulla fœminarū posthaberet suffragia. Tertium, vt nullus nascentium, materno nomine censeretur. † Hæc Baptista pius, Seru-

3

Grammaticum reprehendens, qui in enarratione eorum verborum Virgil. in j. Georg.

*Virgii. locus.*

*Tuq̄, ô cui prima frementem*

*Fudit equum, magno tellus percussa tridenti*

*Neptune.*

*Neptunus.*

tradit in hac contentione, equū à Neptuno dum terrā percussisset, excitatū. Refertq̄; Ouid. in vj. Metamor. scripsit

scripſiſſe litem fuiſſe de terræ nomine, inter Mineruā,  
& Neptunum: itaq; Diis duodecim præſentibus, Ioue  
medio, Neptunus longo tridenti ſaxa percufit: indeq; Neptunus.  
equus exiuit. Pallas poſtea ſua cuſpide terrā percufit, Pallas.  
vnde oliua etiā cum bacchis prodiit: quæ quoniā equo  
vt ilior Diis viſa eſt, Minerua deorum iudicio ciuita-  
tē ſuo nomine nūcupauit, Athenas: nā Minerua à Græ  
cis Athena dicitur. hæc ille. † Naſonis verba hæc ſunt.

*ſtare deum pelagi, longoq; ferire tridente*

*Aſpera ſaxa facit, medioq; è vulnere ſaxi*

*Exiuiſſe ferum, quo pignore vindicet urbem.*

*Athene.*

Quod carmen ita omnes legerūt hæcenus, & ſunt in-  
terpretati, deprauatè tamen, & corruptè: cū non fer-  
rum, ſed fretum legendū ſit. Hocq; Donatus, aut quiſ-  
quis ille fuit, qui proſa oratione Ouidij fabulas com-  
plexus eſt, prodidit, cū inquit. Itaq; telæ ſuæ conten-  
tionem, intexuit Athenarum inter ſe Neptunumq;  
habitā, qui lacu falſo in arce ædito, ſuā poſſeſſionem  
vendicabat. His liquet fretū, non ferū legendū. Nā eū  
ab Ouid. diſſenſiſſe, quē præ manibus tū habebat, veri-  
ſimile nō eſt. † Propterea illi grauiffimè fallūtur, qui  
in hac contentione, equū enatū putant, cū nō Athe-  
nis, ſed in Theſſalia, aut in terra Thracia, Neptunus (vt  
Lactā. ſcribit) cū ignotus eſſet equorū vſus mortali-  
bus, & horū animalium natura egeret terra: tridēte ter-  
rā percufſerit, equiq; duo ſubitò profilierint, Scyphus,  
& Arion: ob idq; à Virg. in j. Georg. inuocatum Ne-  
ptunum credendum eſt: videturq; in hanc ſententiam  
concedere Luca. lib. bel. ciuil. vj. cū ait:

*Primus ab equorea percufſis cuſpide ſaxis,*  
*Theſſalicus ſonipes, bellis feralibus omen*

*Emendatus  
locus Ouid.*

*Equus vbi  
primū ena-  
tus.*

*Neptunus  
vſum equo-  
rū inuenit.*

Exiuit



Exiluit. primus Chalibem frenosq; momordit,  
Spumavitq; nouis, Lapithæ domitoris habenis.

Diodor. verò lib. vj. scribit, Neptunū equos domuisse.

Hyppicos. artemq; equitandi, ab illo traditam, ex quo Hyppicos

6 sit appellatus. † Quod autem ad nominis Athenarum  
De nominis Athenarum impositione. impositionem pertinet, verius Iust. lib. ij. post Græci

7 Regem Athenarum Amphyteonem regnasse, qui pri-  
Lycij. mus Mineruæ urbē sacrauit: & nomen ciuitati Athe-  
nas dedit. † Porro Lycij non vt cæteri mortales, à pa-  
tris familia, sed Cælio authore, à matribus se denomi-  
nāt. Sed hac de re iā amplius satis. Ioann. Coras. Tolosa.

Lex Ictus fustium. ff. de his qui not. infra. aliter  
intellecta quam vulgò solet.

1 Ab executione non inchoandum.

2 In notorijs executiue proceditur.

3 Explosus communis sensus ad iictus.

4 Necessaria in notorijs sententia.

5 Nouè explicata iictus fustium.

6 Notorium quid.

7 Enarrata l. ab accusatione.

8 Emendata verba l. ea quidem.

## CAP. XVI.

Ab executio-  
ne nō est in-  
cipiendum.



ERVATO ordine, actio in aduersarium  
dirigēda est: & causa cognita sentētia ac-  
cipiēda, † nō etiā ab executione inchoan-  
dum. l. si cū nulla. ff. de re iudi. l. j. C. de  
5 executio. rei iudic. præterquā si factū euidēs est, quod  
vulgò notoriū dicimus. vt, si publicè crimē patratū est,  
aut quis per iudicis familiā sit in flagrātī crimine re-  
pertus. † In his siquidē quæ euidēter omnibus cōstant,  
2 execu

executiue procedi potest: neq; iudicis sententia necessaria est. Inno. in c. ex parte in Christo de verb. signific. cum notoriu vim habeat sententia. l. emptorē in princ. ff. de actio. emp. c. fin. de cohab. cleric. & mulier. diciq; soleat, in notorijs ordinē iudiciariū minimē seruandū c. ad nostrā. ij. de iurei. † Proinde comēdatur à nostratibus Marcelli cōstitutio. l. i. ctus. ff. de his qui notātur infam. qua sancitū putant, pœnæ corporalis executionē, tametsi sententia nō præcesserit, infamiā irrogare: cum delictū notoriū erat, aut delinquentē apparitores in actu cōpererūt: quē sensum nescio quantū cādidus lector, sit probaturus. Ego certē, omnino ei acquiescere nō possum. Siquidē perridiculū semper existimaue- rim, quod pleriq; temerē credūt, super notorio iudicis pronūtiationē minimē necessariam: acta nanq; iudicij notoriū faciūt. c. fi. de coh. cler. & mulier. c. cum olim de ver. sig. post cōclusionē in causa, quo tēpore probationes sine cōtrouersia rē faciūt euidentē, & notoriā. Glos. in c. significauerunt. de testi. absurdū autē esset putare, ea absque iudicis sententia sufficere, de qua re quippe iudex cognouerit, de ea quoq; pronūtiare cogēdus est. l. de qua re. ff. de iudicijs. Rectius itaq; Bar. in d. J. emptorē. etiā in notorijs, sententiā necessariam esse tradidit pōtencia sanctiōe subnixus. c. cum sit Ro- mana. §. fi. de appe. Quare cum hic sensus verus nō sit, Marcelliq; verbis minimē cōueniat, nostra tandē opi- nio recitāda est. † Mihi planū, & admodū clarū, Iuris- consulti respōsum semper visum est: quod nō familia- rius quā suijs suis verbis explicari potest. *ictus fustium* (inquit) *infamiam non importat: sed causa propter quam id pati meruit, si ea fuit, que damnato infamiam irrogat.*

Notoria nec  
probatione nec  
sententia e-  
gent.

Communi  
intellect. ad  
lictus.

Explosus cō-  
munis sen-  
sus.

Opin. Bart.  
4.

noua l. ictus  
interpreta-  
tio.

His

His verbis significans, quem infamem esse ictu fustium, si causa propter quã fustibus cæditur, infamiam importet: vt, quia ob furtum cædatur. Nam si causa ob quã castigetur infamiã non irroget, infamis non erit, veluti si scholasticus arma cõtra municipij legẽ ferret, ob idq; fustibus cæderetur, causa enim propter quam cæditur, infamiã non importat, cum citra legẽ municipi palẽ, delictũ non esset. Pau. Castr. in l. j. ff. de legib. Sic qui ab ædilibus, leui de causa cæduntur, infames non esse Calistratus respondit. L. eos. ff. de decurion. † Ve-

Notorium  
quid.

rum enim uero vocant nostrates notoriũ, voce (inquit Alciat. lib. de verbor. signif. j.) insolẽti, & minus proba: id quod palam constat, cum veteres notorium pro denuntiatione facinoris acciperent, cum in id publicẽ cõstituti emissarij, aut auscultatores, indicium perpetrati facinoris Præsidi faciebant, † quos notorijs suis assistere, Iul. Paul. in l. ab accusatione. ff. ad Turpiliana. in hæc verba iubet. *Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, notorijs suis assistere iubentur.* Indicium autem prodere authore eo loco Budæo est, rem arcanam aliunde, quam ex criminis conscientia compertã in medium afferre. Quare eius loci, hic sensus est. Nuntiatores, hoc est, emissarios, & internuntios, in id publicẽ cõstitutos, vt reos per notoria, hoc est, per id genus testificationis deferat. Quod munus, vt Alciatus docet, in pagorum syndicos, vt plurimum hodie translatum est: licet citra calumniã metum accusent, quoniam per officium præsidibus denuntiantur. l. ea quidem. C. de accusationibus. Debere tamen assistere suis indicij, id est, ea quæ attulerunt notoria tueri interim, dum quæstio de crimine habetur. Cum autem pe-

Nuntiatores.

trato

trat  
tiam  
sole  
bet  
quid  
tuim  
simu  
lege  
perpe  
id est  
gine  
tur o  
  
I  
trah  
sarin  
Conse  
Paren  
In ma  
Filia  
Anfo  
No. op  
Civilis  
Samso  
Canon  
Quod  
  
C

trato facinore ita per officium deferuntur, & enuntiantur iudicibus, non perpenduntur accusationum solennia: sed illud tantum perpēso iudicio dispici debet, falsis necne notoriis sit quis insimulatus. d.l. ea quidem. † quem text. ita ex Budæo in integrum restituumus. Vbi enim legitur: *Verum si falsis nec notorijs insimulatus, id est accusatus sit, perpēso iudicio dispici debet.* Legendum est: *Verum falsis necne notorijs insimulatus sit, perpēso iudicio dispici debet.* Nam illud, inquit Budæus, id est accusatus, spuriū est, à sciolo quopiam ex margine additum: atque ita inuersus textus, si rectè legatur dilucidus apparebit. *Ioannes Corasius, Tolosæ.*

Text. in integrum restitutus.

*Probatum & diuino, & humano iure, in contrahendo matrimonio parentum consensum necessarium.*

*Consensus nuptias facit.*

*Parentum consensus an necessarius.*

*In matrimonijs ius pontificium spectamus.*

*Filia nubens citra patris consensum, an dotem perdat.*

*An filius eadem causa exheredetur.*

*No. opinio.*

*Civilis legis sanctissima constitutio.*

*Samson parentes rogat in ducenda vxore.*

*Canonistarum inscitia.*

*Quod Deus coniunxit & c. quomodo accipiendum.*

CAP. XVII.



**C**ONSENSUS ubiq; scriptores nuptias † non cōcubitus sed consensus facit l. nuptias. ff. de reg. iur. eorumq; de quorum cōiunctione agitur, cōsensum suffi-

Consensus parentis an necessarius in nuptijs.

D





- cere. c. sufficiat. xxvij. q. ij. c. cum apud. c. tuæ. de spons.  
ob idq; præiudicium nec leue fieri putant parentibus,  
quibus insciis, vel etiam inuitis, cōtractum cōiugium  
2 raturum haberi volunt: † recessumq; esse à legibus ciui-  
libus, quæ filios familias in nuptiis cōtrahendis, paren-  
tum cōsensum habere oportere sanctissimè cōstitue-  
rant. l. ij. ff. de rit. nup. Accurs. in l. Paulus. ff. de stat.  
hom. Ad eò vt pater absens, triennio expectandus esse,  
neque alioqui cōtractæ nuptiæ consistèrent, nisi filiam  
eam vxorē duceret, aut filia tali nuberet, cuius condi-  
tionem certū esse patrem non repudiaturū. l. si nepos.  
3 §. fin. cum l. seq. & seq. ff. de rit. nup. † Ius verò Pontifi-  
cium quod in causa matrimonij attendimus. c. fin. de  
Pontificij iuris dispo-  
sicio. secūd. nup. cōsensum paternū, non nisi honestatis gra-  
tia desiderat. Glos. in c. cum virum de regularib. & in  
cap. fin. xxxij. q. ij. & in d. c. sufficiat. ideo cogitur pa-  
ter, quo inuito filia nupsit, filiam dotare, modò dignum  
elegerit. Glos. in d. c. fin. & in eadē raptoribus. xxxij.  
4 q. j. † quia cū Pontificum legibus, filia liberum sine  
patre inscio, vel etiam inuito, nubere, pœnā non me-  
retur. l. Gracchus. C. ad leg. iul. de adul. nec filia legi-  
Filia nō pri-  
uatur dote. autoritate decipi debet. l. j. C. de his qui ve. atat. in  
petra. † Qua ratione neque filius exheredari poterit  
5 vt post alios eruditè ostendit insignis literaturæ vir  
& bonæ memoriæ pater meus Philip. Dec. in d. l. ma-  
ptias. Nec statuto, pœna filiis sine parentum cōsensu  
matrimonium cōtrahentibus, infligi potest. Ioan. An.  
in cap. statutū de hæret. in vj. in nouella. Alex. consil.  
xxvij. vol. j. ne quod omnino nuptiis impedimentum  
inferatur. l. cum tale. §. rescriptū. ff. de cōdit. & dem.  
Itaque cōtractum insciis, vel inuitis etiam parentibus

Filius non  
exhereda-  
tur.

vt le  
ratio  
nupt  
aute  
fente  
fcho.

Vlp  
Expl  
Acc  
Opist  
Adu  
Ant  
Discr  
Chart  
Chart



menti  
accipe  
la lign  
ta, sim

vt legitimū ratum haberi debet, quod infringi nulla ratione potest. Cū enim solo cōsensu confectæ sint nuptiæ, hos Deus Opt. Max. coniunxit. Quod Deus autē copulauit, homo non separet, Matth. xix. Quam sententiã iura pontificia probauerūt: Theologorum scholæ decreuerunt: longoq; vsu omnes receperunt.

Ioannes Corasius, Tolosa.

Quæ sit charta Opistographa, Apud Domit.

Vlpia.

Explicata nouè l. charta.

Accurs. ridicula deriuatio.

Opistographum quid.

Auersaria quæ sint.

Autographum, Holographū, Syngrapha, Chirographum.

Discrimen inter Chirographum, & Syngrapham.

Chartophylacium quid.

Chartopatra qui.

C A P. XVIII.



**S**EQVITVR Prætor: †Supremas tabulas, hoc est eas, quæ nouissimè factæ sunt, vt secūdam eas hæredi scripto bonorum possessionē largiatur. *Tabulas autē testamenti, inquit Vlpia. l. j. ff. de bonor. posses. secund. tab. l. charta. accipere debemus, omnē materia figuram: siue igitur tabu- exarata. le lignea sint, siue cuiuscunque alterius materia, siue charta, siue membrana, siue corium alicuius animalis, tabula*

hom. Adeò vt pater absens, triênio expectandus esset:  
 neque alioqui cõtracte nuptiæ consisterent, nisi filius  
 eam vxorẽ duceret, aut filia tali nuberet, cuius condi-  
 tionem certũ esse patrem non repudiaturũ. l. si nepos.  
 §. fin. cum l. seq. & seq. ff. de rit. nup. † Ius verò Pontifi-  
 cium quod in causa matrimonij attendimus. c. fin. de  
 secũd. nup. cõsensum paternũ, non nisi honestatis gra-  
 tia desiderat. Glos. in c. cum virum de regularib. & in  
 cap. fin. xxxij. q. ij. & in d. c. sufficiat. ideo cogitur pa-  
 ter, quo inuito filia nupsit, filia dotare, modò dignum  
 elegerit. Glos. in d. c. fin. & in eadẽ raptoribus. xxxvj.  
 q. j. † quia cùm Pontificum legibus, filia liberum  
 patre in scio, vel etiam inuito, nubere, pœnã non me-  
 retur. l. Gracchus. C. ad leg. iul. de adul. nec filia legi-  
 autoritate decipi debet. l. j. C. de his qui ve. at. in  
 petra. † Qua ratiõne neque filius exheredari poterit  
 vt post alios eruditè ostendit insignis literaturæ vir.  
 & bonæ memoriæ pater meus Philip. Dec. in d. l. me-  
 ptias. Nec statuto, pœna filiis sine parentum cõsensu  
 matrimoniũ cõtrahentibus, infligi potest. Ioan. An.  
 in cap. statutũ de hæret. in vj. in nouella. Alex. consi-  
 xxvij. vol. j. ne quod omnino nuptiis impedimentum  
 inferatur. l. cum tale. §. rescriptũ. ff. de cõdit. & dem.  
 Itaque cõtractum in sciiis, vel inuitis etiam parentibus

3 Pontificij  
 iuris dispo-  
 sitio.

4 Filia nõ pri-  
 uatur dote.

5 Filius non  
 exhereda-  
 tur.

Vlp

Expl

Acc

Opist

Adu

Ant

Discr

Chart

Chart



menti

accipe

le lign

ta, su

Ioannes Corasius, Tolosa.

Quæ sit charta Opistographa, Apud Domit.

Vlpia.

1 Explicata novè l. charta.

2 Accurs. ridicula derivatio.

3 Opistographum quid.

4 Aduersaria quæ sint.

5 Antographum, Holographum, Syngrapha, Chirographum.

6 Discrimen inter Chirographum, & Syngrapham.

7 Chartophylacium quid.

8 Chartopatra qui.

CAP. XVIII.



EQVITVR Prætor: †Supremas tabu-  
las, hoc est eas, quæ nouissimè factæ sunt,  
vt secūdum eas hæredi scripto bonorum  
possessione largiatur. Tabulas autē testa-  
menti, inquit Vlpia. l. j. ff. de bonor. posses. secund. tab. l. charta.  
accipere debemus, omnè materia figuram: siue igitur tabu-  
la lignea sint, siue cuiuscunque alterius materia, siue char-  
ta, siue membrana, siue corium alicuius animalis, tabula  
exarata.

recte dicuntur. Et paulo post idem Vlpia. in l. charte. Charta appellatio, inquit, etiam ad nouam chartam refertur, et ad delictiã: proinde si in Opistographo quis testatus sit hinc peti potest bonorum possessio. Quid autem sit Opistographum, apud iuris studiosos quandoque dubitari videtur. Et cum Rabula quidam forensis, qui omnia tumultuaria

2 & vociferatione concutiebat, † cum Accurs. doceret Opistographam ab opibus, & graphia quod est scriptura dici, quasi scriptura suarum opum. Riserunt quædam aduerat, candidi iuris periti, hominis incitiã, & nouæ verbi deriuationẽ. Cœpit itaque indignari, & stomachi chari homo ille disertus, & si diis placet eruditus: praeclarãquẽ studiosorum coronam, sic stomachatus sine pudore reliquit. Moxquẽ ex reliquis vnus rem non admodum obscurã ita patefecit. † Est sanẽ, inquit, origo

3 *Vera interpretatio Chartæ Opistographæ.* verbi ex Græco deducta ab  $\text{οπισθεν}$ , id est retro, &  $\text{γραφη}$  quod est scriptura. Charta itaque quæ etiam in tergo scripta fuisset, Opistographa fuit appellata, & quæ tam a facie, quam a tergo scripta exarabatur, in Opistographo scripsisse dicebatur. Et libelli qui vtraque pagina, & aduersa, & auersa, scripti sunt: minutis literis, & lituris pleni: Opistographi dicuntur. Vnde Plinius iunior ad Macrum scribens lib. iij. epist. *Electorumque commentaria ait, centum sexaginta mihi reliquit: Opistographos quidem et nouissime scriptos.* Andr. Alciat. vir singularis conditionis, lib. Dispunctio. ij. cap. vlt. Opistographa dicitur putauit, tabulas tumultuariè confectas, quæ summum titulum conscribuntur, ne res memoria excidant: vt ex postea tabulæ iustæ, & æternæ fierent. Latine Adversaria dicuntur, sic dicta, quod animum memoriam aduertant: vt Grammatici quidam existimant: quod

4 ipse  
co c  
etia  
que  
dele  
quil  
dam  
pti e  
pro  
bam  
tabu  
eter  
paru  
dem  
secu  
adue  
bula  
Opi  
later  
scrip  
ment  
fuef  
alicu  
est. C  
syng  
syng  
cauti  
subsc  
De  
Va  
Vnde

4 ipse minimè probauerim. † Quin aduersaria idcirco dicitur ex prædictis potius puto, quòd aduersa parte etiam scriptis implerentur, & per transuersum quoque. Nam negligenter admodum cõficiantur, quia delerentur statim. Sunt enim Aduersaria libelli, in quibus negotiantes, per singulos dies scribimus, quod damus, vel accipimus: relaturi postea in codices accepti expensiq; aut in tabulas. Quod ex Cicer. in orat. pro Rosc. liquet, cum ait: *Quid est quòd negligenter scribamus aduersaria? Quid est quòd diligenter consiciamus tabulas? quia de causis? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æterna: hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetua existimationis fidem, & religionem amplectuntur. Hæc sunt delecta, aut secundum Bud. coniecta, illæ in ordinem confecta: itaque aduersaria in iudicium protulit nemo: codicem protulit, tabulas recitauit.* Porro plura sunt chartarum genera Opistographum, quod, vt diximus, utroque exaratur latere. † Autographum, quod quisque manu propria scripsit. Quod vero testatoris ipsius manu, pro testamento scriptum erat, Holographum. † At scriptura siue schedula, quæ manu eorum qui paciscebantur, in alicuius rei fidem fit, vt Bud. docet, syngrapha dicta est. Cuiusmodi est quæ schedula appellatur. Et ex syngrapha agere cum aliquo, est litigare de quo is syngrapham conscripserit. Denique chirographum cautio est, scheda, aut tabella, propria manu alicuius subscripta. Iuuenal.

Aduersaria.

Autographum.

Holographum.

Syngrapha.

Chirographum.

*Debitor at sumptos, pergit non reddere nummos:*

*Vana superuacui dicens Chirographa ligni.*

Vnde imitari Chirographum dicitur, qui scripta ab

Imitari Chirographum.

aliquo cautionem effingunt. Tranquill. in Tito. Per ludum, iocumq; certantē, imitari chirographa, quæcunque vidisset. Cæterum inter chirographa, & syngraphas, hoc interesse Pædianus putat: quod chirographa, tantum de iis quæ gesta sunt, scribi soleat. In syngraphis autem, etiam contra veritatis pactionē & non numerata pecunia, aut non integra numerata, perscribi solet. † Habemus denique Chartophylaciū, cuius Greg. Tancredo regi Vicestræ scribens, meminit. cap. 7. probat. significatq; inquit Suidas locū, in quo omnia

7  
Chartophylacium.


8 ad scripturas pertinentia, custodiebantur. † Sunt & Chartopatræ, chartarum ipsarum venditores, vt dicitur Alciat. in prætermis. interpretatur. Ioan. Coras. Tab.

Chartopatre.

Explanatè ostenditur, perperam emendatum locum Vlpiani, ab Alciato.

- 1 Vulgaris litera probatur.
- 2 Deserta promissio quid.
- 3 Lapsus And. Alciati.
- 4 Restituta in integrum l. Vlpiani.
- 5 Ridica quid.

C A P. X I X.

- 1  VÆSTIONIS † fuit, apud veteres Iurisconsultos, an possit cōueniri, ne nisi exceptio, in promissione deserta obijciatur. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. † Viuis est autem Andreæ Alciati, viro sanè doctissimo, nouus hic loquendi modus, vt deserta promissio dicatur, pro ea quæ non obseruatur: quare legendum censet deserta, id est expressa, & speciali. Dis

Deserta promissio.

seru

serere etenim nihil aliud est, quã clarè dilucidè, & specialiter, sententiam suam exprimere: citans in eã rem

*Alci. et. sententia non probata.*

3 Liu. verba. † Sed mihi videtur, Alciatum non vera loqui. Quid enim per Deum immortalè, purius, & magis propriũ pro contempta, violata, & derelicta promissione, dici potuit, quã deserta promissio? nõnne &

*Desertũ vs dimonium.*

4 desertum vadimonium, Latini probatissimiq; authores dixerunt? † Sed quid tot verbis opus est? vt proferamus hoc Alciati dogma, satis erit legisse Iul. Paul. iuriconsultum. l. si duo. §. j. ff. si quis cautio. Item inquit, *si duo rei promittendi sint, & vnus ad iudicium non venerit, contempta sua promissione iudicio sistendi causa facta, actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam, desertionis petendo pœnam, exceptione submouebitur.* Hęc ille.

Ex cuius verbis liquet, desertam promissionem, non disertam, dixisse Vlpia. nisi velit Alciat. hoc etiam loco inuerecundè mutare literam: vt pro desertionis, legat, disertionis, quod quã verborũ puritati, & structuræ sermonis Pauli conueniat, vel Alciatus ipse iudicet. Longè melius itaque Alciatus, promouente tamen Accur. restituit eodem capite alium Vlpia. locũ. l. is qui in puteum. §. si quis vineas. ff. quod vi aut clã. in quo sic vulgo legitur: *si quis in vineas meas venerit, & radices abstulerit, hoc interdicto tenebitur.* Neq; enim radices legendum, quod de his nulla sit dubitatio, sed *Ridicas*, de quibus dubiũ esse potuit: cum facillè extrahi possint, nec solo adhæreant. † Est autem ridica, pedamentum seu sustentaculum quoddam, quod vitibus adhibetur, ad eas muniendas, & fulciendas. Soletque ex quercu, & iunipero fieri. Pedamētum, inquit Varro libr. de re rust. j. c. viij. ferè quatuor generũ, vnum

*Ridica.*

*Pedamētũ.*



robustum, quod optimum solet afferri, in vineam è quercu, ac iunipero, & vocatur ridica: & Bu. Pedamentum, aut fissile est vt ridica, quo hodie plurimum vtur, aut teres, vt palus: Galli vulgari idiomate appellant, vng Eschalaz, quod ex lingua Græca tractū dicitur potest, quia charax Græce, authore Cæli, pedamentū est, siue Ridica. *Ioannes Corasius Tolosa.*

*Charax.*

*Interesse in substantiuo, aduersus curiosorum quorundam Grammaticorum opinionem, Latini dici posse.*

- 1 *Dictio Interesse an barbara sit.*
- 2 *Scire tuum, nostrum viuere, velle suum.*
- 3 *Tuum bene.*
- 4 *Restituta duo Iuriscons. responsa.*
- 5 *Vicinum malum in vendendo non celandum.*
- 6 *Improbo vicino nihil perniciosius.*

C A P. X X.

*Interesse 1  
an sit inso-  
lens dictio.*



**A**PPELLANT id quod inter est, omnes ferme interpretes interesse, in substantiuo, cuius vt insolentis voculae, a Latinis scientibus veniam petit Alcibiades in libro de eo quod inter. Et qui post eum scripserunt multi a rogātius dicūt, dictionē hanc impurā, ineptā barbari Plutonisq; familiae adscribendam. Ante quos omnes Ful. vir accerrimi iudicii cui tamen illa bonarum literarum supellex non contigit, interesse nominaliter (sinite me cū eo ita loqui,) nullibi in nostra iuris prudentia legi affirmat in l. ij. ff. de eo quod cer. lo. Sol. Ant. Fumæus Paris. vir doctissimus, non dubitat, inter

*Anton. Fumæus Paris.*

esse nominare cū apud Iurisconsultos vsurpatum esse inuenerit l. debitor decem. ff. de leg. ij. quod sæpe. §. fi.

2 ff. de contrahen. emp. † Et si, inquit, Latine dicimus tuum scire, nostrum viuere, & suum velle, vt in illo: *Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.*

Et apud Perf.

*Tū cum ad caniciē, & nostrum illud viuere triste aspexi.*

Et apud eundem

*Velle suum cuique est, nec voto viuatur vno.*

3 Cur non item dicemus tuum aut meū interesse? † His addere placet, quod Hieronymus in epistola quadam aduersus errores Ioannis episcopi Hierosolimitani refert. Vetūs, inquit, narra hyistoria: quidā cū discretē diceret, ferreturq; impetu, ac volubilitate verborum, causamq; omnino non tangeret. Prudēs auditor & iudex. *Benè, inquit, benè sed quo istud tuum tā benè? Nō itaq; sum adeò superstitiosus, vt tā vanè atque aniliter ad-*

Tuū benè.

4 dicam) apud iurisconsultos non legi sciam. † Quod enim apud Aemil. Paul. in d. l. debitor. decem vulgo legimus *interesse vsurarum*, inemendatum est, & deprauatum: siquidem vt ex germanis & castigatioribus codicibus liquet, *interusurium* fit legendum. Et quæ verba apud Caium leguntur in d. l. quod sæpe. §. fina. hæc scilicet ad interesse scioli cuiusdam opera addita sunt. Quod vel Accurs. ipse docet, qui in verbo teneri ad textum supplet, scilicet *ad interesse*: quæ suppletio otiosa esset, vel potius absurda, si in text. eadem verba scripta reperirētur. Verba autē Cui hæc sunt. *Si quis in vendendo prædio confinem celauerit, quem emptor si audisset, empturus nō esset: teneri venditorem dicimus.*

Restituta  
duo iuris-  
cons. respō-  
sa.

Interusu-  
rium

Verum

- 5 Verumenimvero† veteres qui sciebant bonum vicinum multum adferre vtilitatis, contraque malum incommodi, & noxiæ, plurimum in emendo agro præter cœli salubritatem, & loci vbertatem, vicini commoditatem occultari noluerunt. Malum quippe vicinum, vt pestem M. portius vitari censuit: vt est apud Columellam libr. j. de re rust. Propterea Themistocles, Græcorum omnium facile princeps, cum prædium venderet, præconem cunctas prædii dotes enumerantem, superaddere iussit, quòd bonos haberet vicinos: quasi vicini commendatione, futurum esset longè vendibilius. Author est Plutarchus in Apophthe. † Et De most. in orat. contra Calicteum. *Non erat quicquã (inquit) ò Athenienses, perniciosius, quàm improbum vicinum, nec suis contentum esse nactum.* Vera igitur, & venusta illa priscorum vatum sententia. Aliquid, mali propter malum vicinum. Vnde Lysimachus apud Plautum Mercatore.

*Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus,  
Aliquid mali esse, propter vicinum malum.*

Quam sententiam eleganter expressit Hesiodus in opere cui titulus Opera & dies. eius autem verba Græco in Latinum ita ~~translatum est~~ Erasmus vertit.

*Si qua domi inciderit, tibi res tunc ilico omittis  
Ad sunt vicini Tonis: cinguntur at ipsi  
Affines. noxa est vicinus vt improbus ingens,  
Contra ita maxima commoditas, si commodus adsit.  
Deest honor huic, bona quem vicinia deficit, at nec  
Intereat bos, ni vicinus vbi improbus adsit.*

Neque multum huic abhorret sententia Sapietis Pro-

De bonis & malis vicinis hic plura legito.

Vicinus malus.

ue  
cul

ess

1 Con  
2 Em  
3 Em  
4 No

I

du

qu

den

de

obl

de

2 lar

tian

re

vt

mih

3 no

tus

d.I.

cep

Zer

uerb.xxvij. Melior est vicinus iuxta, quā frater pro-  
cul. Ioannes Coras. Tolosa.

*Contractum Emphyteuticum, iuris ciuilib non  
esse, aduersus Accurf. & alios probatum.*

- 1 *Contractus iurisdictionum sunt.*
- 2 *Emphyteuticum non Emphyteoticum enunciandum.*
- 3 *Emphyteusis est iurisdictionum.*
- 4 *Non explicat a duae imp. constitutiones.*

C A P. X X I.



**R** *VERVNT* omnes cōventiones, ex iure  
gentium institutæ, inquit Hermogenes  
in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Exceptis  
quibusdam, quæ à iure ciuili sunt intro-  
ductæ. Exceptos autem his verbis quatuor cōtractus,  
quos lex ciuilib introduxerit Accurf. & reliqui credi-  
derunt in l. legitima. ff. de pact. in. §. ius autem gentiū.  
de iur. natur. & in d. l. ex hoc iure. scilicet verborum  
obligationem. §. de cōstituta. de actio. literarum. §. j.  
de literar. oblig. sponsalitiā largitatē. §. j. vt spōs.  
largit. coll. ix. & † Emphyteuticū, (ita enim mihi enū-  
tiare placet non emphyteoticum, Alciato admonen-  
te libr. j. parerg.) contractum. §. ad eō. de loca. Quod  
vtcunque in aliis obrineat, de quibus nunc disputare  
mihi non est curæ, in contractu Emphyteutico verū  
nō esse ab incunte atate existimauit: cū † iuriscōsul-  
tus generaliter dixerit, contractus iurisdictionum esse.  
d. l. ex hoc iure. neq; emphyteuticus nominatim ex-  
ceptus reperiatur, hærebo regulæ. Nec me clam est.  
Zenonianam legem latam esse, quæ emphyteuseos

*Contractus  
de iurigen-  
tium.*

*Emphyten-  
ticum enū-  
tiandum.*

*No. opinio.*

*Adde fontat.  
dialog. 74  
no. 2,*

*Zenonis lex.*

con

L. I. C. de contractus propriam statuit naturā. l. j. C. de iur. emphy. & d. §. adeò. † Nam ante eam constitutionem hic contractus inductus & efficax erat, licet non plane ab aliis distinctus, ut manifestum fiat Zenonem non nouum contractum induxisse, sed confusum & incertum distinxisse: quod vel ex verbis Iustiniani, in d. §. adeò. liquet, hunc nimirum contractum gentium vsu introductum. Eo autem contrahendi genere, cum diu Romani, Romanoque subditi imperio, vsi essent: à præstantioribus non semel dubitatum est, an is contractus emptionis, vel locationis esset? Propterea Zenoniana lex lata est, quæ conuentionem huiusmodi, Græco vocabulo Emphyteusim, vocauit: ei concedens, elegans, & proprium nomen contractus, sed non ideo iuris ciuilibus censendus est, cum non nouam speciem lex ciuilibus fecerit, sed eam quæ erat detegerit, ut in simili Caius respondit. l. adeò. §. videtur. ff. de acq. rer. do. Ex alienis spicis excussum frumentum, eius esse cuius & spicæ fuerint: cum enim grana, quæ spicis continentur, perfectam habent suam speciem, qui excussit spicas, non nouam speciem facit, sed eam quæ est, detegit. Quanquam ergo approbatione, Emphyteusis iuris ciuilibus dici possit: cum tamen iure gentium, conuentio huiusmodi introducta sit iuris gentium censi debet: tum quod vincat accidens, causa naturæ. l. qui habet. ff. de tutel. tum quod medium de utroque extremo participans, potentioris naturam indurat. l. quæritur. ff. de statu hominum. ius autem gentium, lege ciuili potentius esse nemo est qui nesciat. l. cas. ff. de capit. diminut. §. sed naturalia. de iur. natur. Ioan. Cora. Tolosa.

Emphyteusis.

Conclusio.

Cur actiones in rem scriptæ, sic dictæ, noua ratio assignata: & quamplurimæ leges aliter quàm à cæteris declaratæ.

1 Actiones in rem scriptæ cur sic vocatæ.

2 Noua eius rei ratio.

3 Interdictum vnde vi cur personale.

4 Vana Doctorum fatigatio.

5 Actio de dolo in rem scripta.

6 Enucleatum nouè vlpia. responsum.

7 Acti depositi personalis.

8 Noua consideratio.

9 Actio in rem scripta nulla ex contractu.

10 Actio ad exhibendum in rem scripta.

11 Ea ex maleficio enascitur.

12 Verbi videtur, natura.

CAPVT XXII.



RÆTER reales & personales actiones, quæ summam faciunt actionum diuisionem. §. omnium de actio. in Instit. † reperitur actiones in rem scriptæ: quas ideo sic appellatas doctores in rub. ff. de reb. cred. & in §. j. de actio. putauerunt, quòd cum personales sint, vt potè ex contractu, vel quasi, maleficio vel quasi enata, ad instar realium possessorem comitantur: vt actio quod metus causa. l. metum. §. cum autè. ff. quod met. caus. Ad exhibendum. l. iij. §. est autem personalis. ff. ad exhib. Cæterùm hæc scriptorū traditio & ratio minimè cõuenit iuriscon. legibus. Quin. vt & de-  
 nerim, nullas esse in rē scriptas vt eæ speciè cõstituant  
 siqui

Actiones in rem scriptæ

No. o pinio.

liquidem legiflatores, actionum in summa duo dixerint esse genera. Et quæ ab interpretibus in re scriptæ dicuntur, personales sunt. Actio in primis ad exhibendum. d. §. est autē. de noxali acti. cur dubitetur nō video cū ea ex feruorū delicto, exoriat. l. j. ff. de noxa. §. j. cod. tit. in Instit. idemq; in actione quod metus causa, dicendum. Sed & interdicta omnia personalia esse scripsit iuriscō. l. j. §. penul. ff. de interdic. † Appellata sunt autem in rem scriptæ actiones eiusmodi non vt doctores putant, quod ad instar realium possessorem sequantur, & comitentur: cū per contrarium verius sit, ideo eas persequi rem, quod in rem scriptæ sint. Sed in rem scriptæ ideo dicuntur, quoniam verba earum actionum, in rem non dirigantur, sed in personam, sunt concepta. Veluti in actione quod metus causa, cuius verba adeo in rem concipiuntur, vt personā nullo modo tāgant. Ait nāq; Prætor *Quod metus causa gestū erit, ratum non habebō.* l. j. ff. quod met. cau. Vox sanē diuina, quam Deus Opt. Max. posuit in ore Prætoris. Bal. in rub. de cōtrouer. inuehit. Et hanc nostram rationem colligimus ex Vlpiani responsō in d. §. cū autem. *Cum autem, inquit, hæc actio sit in rem scripta, nec personam vim facientis coerceat: sed aduersus omnes res litui velit &c.* † Sic omnia interd-

2  
Cur in re  
scriptæ dicuntur.

Vox Dei in  
ore Prætoris.

3  
Interdicta  
omnia ferè  
in rem scripta.

Et præter vnde vi, in rem scripta dicimus: cū dixerit Vlp. l. j. §. fin. ff. de interdic. *Interdicta omnia licet in rem concepta videantur, vi tamen personalia sunt.* Excipit autem iuriconsultus, Vnde vi interdictum, quod eius verba scripta, aut concepta in rem non sint: sed ad personam spectent, & referantur. Nam dixit Prætor l. j. ff. de vi & vi armat. *Vnde vi tu eū deiecisti, aut fa-*

mili  
moc  
qui  
est.  
Pa&  
rem  
in pe  
Titi  
nes:  
cam  
ita fo  
ratio  
cum  
proc  
in re  
per o  
in re  
rem  
l. hu  
adde  
actio  
sit? o  
caus  
caus  
j. §. v  
his r  
iudic  
nibu  
nes  
den  
doc

milia tua deiecit, de eo quod tūc ille ibi habuit, tantūmodo intra annū, post annū verò de eo quod ad illum qui vi deiecerit puenit, iudiciū dabo. Neq; absimile est, quod Ulpia. dixit. l. iuriscētiū. §. pactorū. ff. de pac. Pactorum quædā in rem, quædam in personam esse. In rem sunt quoties generaliter paciscor, ne rem petam: in personam, quoties ne à persona, veluti ne à Lucio Titio petam. Sed desit autoritas, desint ciuiles rationes: satis ipse hoc verissimū esse vel ex verbis ipsis euincam. Quid enim aliud est dicere in rem scriptū, quàm ita scripto conceptum esse, vt solius rei scriptura ipsa rationem habeat? † Meras itaque nugas & affamias, vt cum Apul. dicam Accurs. & reliquos ad rem nostram prodidisse, fit manifestum. Neque enim idē scriptæ in rem dicuntur, quòd comitentur possessorem, sed per contrarium eum qui possidet prosequuntur, quòd in rem ita sint conceptæ, & scriptæ, vt earum verba rem ipsam, non item personam tangant, & respiciant. l. huic stipulationi. §. j. ff. de vsu & habit. Propterea addubitaui Bartol. l. hæredibus. §. fin. ff. de dol. † Cur actio de dolo vt i quod metus causa, in rem scripta nō sit? cūm quemadmodū verba actionis quod metus causa, in rem scripta sunt & cōcepta. l. j. ff. quod metus caus. ita verba edicti de dolo, siquidem dicat Prætor. l. j. §. verba. ff. de dol. *Quæ dolo malo facta esse dicuntur, si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur, iudicium dabo.* Et postpositis duabus à se relatis rationibus, ingenuè tandem iuris ille Coryphæus fatetur se nescire quid dicat. † Ego rem ipsam pressius expendendam autumo. Nam quod Accurs. Bartol. & alij docent: actionem de dolo in rem scriptam non esse:

*Pacta in re  
& in perso-  
nam.*

*Deliramen-  
ta interpre-  
tum.*

*Bart. anxie  
torquetur.*



à iurifconsultorum verbis abhorret, vt quod maxime à veritate est alienum. Cùm enim eius actionis verba in rem concepta sint. d. l. j. ff. de dol. nec dolum committentis personam coërceant: cùm item ex defuncti tutoris, & procuratoris dolo hæredes, procuratores & domini facti locupletiores conueniantur. l. hæredibus. l. sed si ex dolo. cum suis §. l. in hæredem. ff. de dol. atque ita is ad quem commodum peruenit, teneatur: cur non dicetur actio huiusmodi in rem scripta, vel ex vulgata doctorum ratione, qua traditum est, in re scriptas actiones ideò appellari, quòd rei possessio rem sequantur? Hoc sanè fateor interesse, quod grauius doctores sefellit: inter actionem quod metus causa, & de dolo: quòd in hac actione designari, hoc demonstrari oportet, cuius dolo factum sit, quamuis in metu nõ sit necesse. l. sed & si ex dolo. §. si. ff. de dol. id est metum illatum probare satis est, & si non ostendatur qui fecerit, at in dolo eum cuius opera adhibitus sit, is demonstrandus est. Nec est superioribus dissimile, quod Fulg. in l. j. ff. de seruit. aduersus Accur. scripsit: non ideo rerum seruitutes reales dici, quòd transeant in successorem, sed contra, quia rerum sunt corporibus inseparabiliter inhærentes, ad successorem transire. Porrò cùm de superiore loco tit. de rebus credi. interpretaremur, docuissimusque actiones in rem scriptas ideo dici, quòd earum verba in personam concepta sint: † Auditores quidam perspicacissimi sanè ingenij prima facie mecum sentire noluerant. Nam actionis depositi verba, in rem concepta videbantur. l. j. §. j. ff. depositi. & tamen ea non in rem scripta, sed merè personalis est. Sunt item aliæ plures actiones

Lapsus doctorum.

Actionis quod metus causa & de dolo differētia.

Seruitutes reales cur sic dicte.

7 Auditorum obieccio.

actio  
dixi  
sona  
ne vi  
mnia  
dict.  
prem  
legis  
habe  
taxat  
cto, a  
tunc  
posse  
etiam  
verò  
trah  
nem  
ne vo  
rius  
ctu, v  
rem  
vt po  
rolq  
prob  
mod  
mas  
tag  
exhi  
in re  
nale  
L. iij.

actiones eiusmodi, quas omnes referre superuacaneū  
 diximus. E diuersò interdictum uti possidetis, in per-  
 sonam dirigitur. l. j. in prin. ff. uti possid. interdictum  
 ne vis fiat ei, & alia multa interdicta, cum tamen om-  
 nia in rem scripta dicat iuriscons. l. j. §. si. ff. de inter-  
 dict. † Hæc vrgent & ingeniosa sunt, cæterùm nõ adeò  
 premunt, ut me à sententia mea abducant: nam quòd  
 legis edicta & verba in rem concepta sint, ut effectum  
 habeant in quencunq; possessorem Iurisconsulti dun-  
 taxat considerarunt, cum agebant de coërcendo deli-  
 cto, aut facto illicito, ut vi, metu, dolo, & similibus:  
 tuncq; si in rem lex scripta erat, aduersus omnes rei  
 possessores eam legem effectū habere, voluerunt. Non  
 etiam si facientis personā duntaxat, coërcerēt. † Cum  
 verò ex contractu verò actiones dederunt, solius con-  
 trahentis, aut eius qui contrahentis personam refert,  
 nempe hæredis, rationem habuere: neq; aliū ea actio-  
 ne voluerunt obligari, iniquum existimantes, ex alteri-  
 us contractu alterum teneri, Proinde nec ex contra-  
 ctu, ut de positi: nec ex quasi contractu enata actio, in  
 rem scripta dici potest, quod ad eum effectum attinet,  
 ut possessorem persequatur. Succlamaturos hîc ple-  
 rosque in me certò scio, qui veteres & multis seculis  
 probatas sententias temerè innouem. Sed humanius  
 modestiusq; eos mecum acturos spero, cum certissi-  
 mas quibus adducor rationes, intellexerint. Ad hæc  
 negamus. (Nec quenquam offendat), actionem ad  
 exhibendum in rem scriptam, cum eius actionis verba  
 in rem concepta non legamus: quin eam merè perso-  
 nalem, aduersus scriptores omnes ex Vlpiano dicimus  
 l. iij. §. est autem personalis. ff. ad exhibend. non quòd

Argumento  
 rum dissolu-  
 tio.

Actio ad ex-  
 hibendū per-  
 sonalis con-  
 tra Docto-  
 res.

ex quasi contractu, vt Accursi. & reliqui crediderunt  
 II enascatur: neq; tenim aliquis quasi contractus ad eam  
 actionem considerari potest, sed potius quia ex quasi  
 delicto. Cùm enim ad exhibendum actio, non detur  
 nisi ei cuius interest exhiberi. l. iij. §. sciendum. & l. si  
 ber homo. ff. ad exhibē. dolosè fecisse videtur, qui ad  
 monitus rem noluit ei cuius intererat exhibere, de  
 quo dolo coërcendo cùm agatur, ea actione merito  
 quicunque ad quem commodū peruenerit, conuenie-  
 tur. l. iij. §. si. ff. ad exhib. Quod verò ad interdicta per-  
 tinet, ea omnia non in rem scripta esset, sed in rē con-  
 cepta videri, dixit Vlpia. l. j. §. si. ff. de interdict. signifi-  
 cans pleraque esse quæ in rem scripta non sunt, t cùm  
 vsus sit verbo videtur, quod fictionem notat. l. j. §. det-  
 cisse. ff. de vi & vi arma. Bar. in l. si is qui pro emptore  
 ff. de vsucap. quanquam & illud veritatem exprimen-  
 quandoque non eo inficias. sed hoc totum ad subie-  
 centem (vt Bal. in rub. de præscrip. inquit) materiam  
 est referendum.

Ioannes Corasius Tolosæ.

*Transactioem contractum nominatum  
 esse, aduersus omnium sententiam.*

- I Contractus nominati act. pariunt.
- 2 Transactiois verbum generale.
- 3 Nominati contract. certos habent fines.
- 4 Transactio contractus nominatus.
- 5 Do vt des, quos contract. contineat.
- 6 Noua consideratio.
- 7 Implementum in quibus spectetur.
- 8 Contractus quando in esse producti.
- 9 De certis finibus contractuum resolutio.

## CAP. XXIII.

**T**RANSACTIO est, & peruulgata Bar. aliorumq; iurisperitorum sententia, in l. siue apud acta. C. de transact. † Transactionem contractum innominatum esse, tum quòd non nisi sequuto implemento actionem pariat, d. l. siue apud. aduersus còtractus nominati naturam, ex quo statim eum in esse, vt aiunt, productus est, actio datur. l. iurisgentium. vbi Accurs. ff. de pact. l. j. §. item emptio. ff. de rer. permuta. tum quòd non transeat in speciale nomen còtractus, sed sub nomine generis remaneat: nam siue pacto gratuito, renuntiatione simplici, compromisso, iureiurando, vel etiam sententia, à lite discedatur, transactum esse dicimus. l. j. §. conuentionis. ff. de pact. l. ij. ff. de iureiur. l. j. §. si. ff. ad Tertul. auth. si verò còtigerit. & in corpore vnde sumitur. C. de iudi. Quint. & transacta, generaliter accipiēda sunt, etiam quæ sine controuersia sunt finita. l. transacta. ff. de ver. sig. nā & transigere rē dixit Cicer. pro Quint. transigere æstatem Plin. transigere vitam Sallust. & transigere tempus, Trypho. iuriscòsult. l. si is qui. §. si. ff. de acqui. rer. do. † Addunt aliā huiusce pronuntiationem scriptores. Habent còtractus nominati, certos fines: veluti in emptione vt venditor rem, emptor pretium præstet. In locatione, conductor pecuniam, locator rem tradat: quod cum non sit in transactione, in qua actor pecuniam quandoque dat, quandoq; recipit. l. ij. l. si super possessione. C. de transact. legumlatoribus minime placuit, transactionem inter còtractus nominatos collocare. Verum hæc traditio, à verò quam maximè est aliena: † probabiliusque semper

Transactio  
an sit con-  
tractus no-  
minatus.

Transactio-  
nis nomē ge-  
nerale.

Transigere  
verbum ge-  
nerale.

Contractus  
nominati  
habent cer-  
tos fines.

No. opinio.

opinatus sum, transactionem contractum esse nominatum, cum non stet sub generis nomine alteri contractui conueniente, sed transeat in speciale nomen generis quippe nomen est conuentionis verbum. l. i. conuentionis. ff. de pact. quo magis proprium & speciale nomen habet transactio: pactum namque sub conuentione continetur, tanquam species sub suo genere. d. §. conuentionis. pactum autem sub se transactionem comprehendit: tatum igitur abest, ut transactio in suo generis nomine remaneat, ut non etiam stet sub nomine pacti, quod tamen ut conuentionis species consideratur. Qua ratione defendi quoque posset, permutationem contractum nominatum: cuius rei veritas in secundo Miscellaneorum libro attigimus. Huc peruenit quod vulgò effertur, in contractibus innominatis re integra pœnitentiæ locum esse. l. si pecuniam. ff. de condict. cau. dat. quod in transactione minimè obtinet. l. quamuis. C. de transact. Non igitur transactio innominatus contractus dici debet. Nec in communem sensum nos traxerint tres illæ rationes, quibus præsertim doctores adnituntur. † Non enim transactionem in suo generis nomine, propterea remanere dicemus quòd pactum, renuntiatio, compromissum, iusiurandum, & sententia, transactionis verbo veniant: alioquin nec emptionis contractus, nominatus censendus est: cum lex. xij. tabu. emptionis verbo, omnem alienationem, quinimo etiam legatum, cõplecti videatur. l. statueri à cæteris. §. Labeo. ff. de stat. lib. l. sicut. §. v. edictio. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. cum tamen emptio secundum propriam significationem accipiendus fit qui peremptio emit. l. sciendum. §. deinde. ff. de edil. edict. †

Permutatio  
an contractus  
nominatus.

In innominatis  
contractibus locus  
pœnitentiæ.

5

Emptionis  
verbo quid  
veniat.

6

7

8

fin

stimauerim igitur, transactionis verbum dupliciter considerari. In primis pro quocunque actu, quo cōcordia inducitur, ab obligatione receditur, aut aliquid ad finem perducitur: vt multifariam multisq; modis, iam ante probatum est, tuncq; transactionem, neque nominatum, neque innominatum contractum dixerim, sed verbum esse generale latissimeq; patens, ad omnia pertinens quibus vel disidium componitur, vel non-nihil absoluitur, & perficitur. Accipitur quandoque trāfactio specialiter, vt est de re dubia, lite incerta, aliquo dato vel retento non gratuita pactio. l. j. ff. de transact. tumq; rectissime cōtra doctores putauerim, transactionem contractum esse nominatū: neq; enim tunc nomen generis est, cū non aliis conueniat, nam iuramentum, renuntiatio, pactum, compromissum, sentētia, & alia eiusmodi, & si nihil detur, vel retineatur, consistunt. Vnde licet olim transactio generale nomen confusum & æquiuocum esset, cū tamen hodie sit proprium & speciale nomen, vni tantum deseruiēs, conceptionem, definitionemq; propriam habens, contractus nominatus dici debet, vt & in emphyteusi luffin. constituit. l. j. C. de iur. emphyt. Non item me mouerit altera ratio: † negare quippe possumus, contractus nominatos omnes, etiam non sequito implemento actionem parere: contractus nanque pignoris, nominatus est. l. j. §. fin. ff. de pact. ex quo nihilominus constat actionem non nasci, nisi soluta pecunia. l. si rē. §. omnis. ff. de pig. act. §. fin. quib. mod. recontrah. oblig. † Sed demus nominatos contractus, statim cū producti sunt, actionē parere, hoc tamē negotiū nullum nobis facit, siquidem transactio mox cū perfe-

*Transactio-  
nis verbum  
dupliciter  
consideratur.*

*Refellitur  
altera ratio.*

*Contractus  
nominati et  
actionem pa-  
riunt.*

Et est in esse producta, actionem producat: non autem prius producta intelligitur, quam ab actione processum sit: sola quippe conuentio, qua quis promittit non agere, aut litem prosequi, contractum non perficit. Nam tamen hodie non agit, cras tamen & in futurum, quando volet experiri poterit, suis actionibus usque, (vt in casu non dissimili doctores scribunt in siue apud acta. C. de transactio.) ad diem iudicij. Notam igitur conuentio huiusmodi transactio quam per actum de transigendo dicenda est, quando quidem sit transitus ab actione transactio. Sic & in donatione scriptis Bar. in l. iurisgen. in prin. ff. de pact. quæ fforū. in re contractus nominatus erat: non tamen statim donatione secuta, oriebatur actio. quando quidem donatio sit quasi doni datio. l. senatus. §. j. ff. de dona. cau. mo. non ergo ante donationis, contractus perficitur, quam res tradita sit. Quod & in permutatione accipiendum est, vt ea actionem pariat. l. j. §. item emptio. ff. de rerum permuta. neque enim ante rem sequutam permutationis dici potest, sed placitum permutationis. l. ex placito. C. de rerum permuta. Oppositurum hoc locum quempiam, præuideo. Contractus innominatos respicitur ut des, do vt facias, & reliquos, qui si à datione vel facto incipiant, actionem pariunt, præscriptis verbis. l. naturalis. ff. de præscrip. verb. Quod non negamus, quin in vniuersum tradimus quoscumque contractus, siue nominatos, siue innominatos, statim cum producti sunt, actionem producere, vt malè argumententur Bartol. & cæteri in d. l. siue apud acta, negantes, ex contractu innominato, in esse, vt dicunt, producto, actionem dari. † Denique non nobis negotium facit,

Donatio contractus nominatus.

Obiectio.

9

1 Per

2 Ex

facit, posterior ratio, quam tamen Bart, meliorem affirmat, quæ dari possit: si quidem quod Barto. & alij supponunt verum non sit cōtractus in quā nominatos omnes, certos habere, & determinatos fines: vt in societate videre est, in qua interdum pecunia tantum, aliquando bona omnia, nonnunquam alius rem, alius operā ponit. l. j. l. societas. l. coiri. l. cum duobus. §. si in cocundā. ff. pro soc. Cum autem distincta non sint, cōtrahentium nomina, certum esse non potest, vter rem, vterue operam præstet. Præterea stipulatio cōtractus est nominatus. l. j. §. si. ff. de pact. stipulationum tamen quædam certæ sunt, quædam incertæ. l. stipulationum quædam. ff. de verb. obli. & quædam in dando, quædā verò in faciendo consistunt. l. ij. ff. illo titu. Inde q; constat, stipulationem certam nō habere naturam, aut fines, vt dicunt, determinatos, cū si in dando consistat obligatio precisè promissor cogi possit. l. si quis ab alio. §. si. ff. de re iudic. si verò in faciendo, eius quod interest præstatione liberetur. l. stipulationes non diuiduntur. ver. Celsus. l. vbi autem non apparet. §. si. ff. de verbo. oblig. in stipulatione: præterea vterque contrahens tam is cui promittitur, quàm qui promittit, stipulator dici potest. l. si non sortem. §. si decem. ff. de condi. indebi. l. in his. §. imperator. ff. de solutio. §. j. de æqualit. dot. coll. vij. *Ioannes Corasius Tolosæ.*

Contractus nominati an habeant certos fines.

Stipulatio contractus nominatus.

Stipulationis natura.


*Municipii lex, eum qui cum proscriptis loquitur, puniens, scribentem etiam ex iusta causa comprehendit.*

- 1 Pernuntium, aut epistolam quis non loquitur.
- 2 Ex ratione argumentamur.



- 3 *Transfuga hostes Reipublica.*  
 4 *Clericus matronarum casam non intret.*  
 5 *Scribens ex causa an statuto contineatur.*  
 6 *Areopagitarum iudicium.*  
 7 *Torquatus securi filium percussit.*  
 8 *L. Domitius pastorem fixit crucei.*

## C A P. XXIIII.

- 1  *VM* † per nuntium aut epistolam que proprie non loquatur. l. miles ad forum. ff. de leg. ij. Bal. & alij permulti in l. j. ff. de verb. oblig. & l. j. ff. de legib. tradiderunt legem municipij, cum proscriptis quos nuntius bannitos vocamus loquentem, puniens, ad mittendum nuntium, vel epistolam, non extendi. Etenim prohibitus a lege actum facere, si per nuntium faciat, legem non offendit: unde legis poena coercendus non est. quod saepe. §. si quis amico. ff. de acq. poss. Idem quod si scripto faciat, nam nec doctor cui postulatio interdicta est, consilium de scripto praestare prohibitus intelligi debet. Bar. l. Paulus. §. si. ff. de legatio. Sed Lud. Roma. l. j. ff. de verb. oblig. & scribentes, & nuntium mittentes, comprehendi rectius ut mea fert sententia docentur cum in iis eadem quae in loquentibus sit ratio, ex quo etiam tametsi in lege expressa non sit, quia tamen vnica credi potest, proculdubio argumentamur. Accur. l. qui quis. C. de fideicom. Alia autem ratione cum huiusmodi hominibus non potest dici vetitum colloquium quam ne aduersus rem publicam, † cuius proscripti transfugae, & alij id genus homines hostes sunt perperui l. ij. §. si. ff. ad l. Cornel. de sicar. aliquid flagitiosum homines moliantur. Ex hac igitur ratione producentur

*Proscripti.**Banniti.**Doctor an possit consuleri.**Argumentari licet ex ratione.**Banniti hostes sunt.*

4

5

6

da

da est, & declaranda legis municipalis dispositio. l. milites agrum. ff. de re mili. l. his solis. C. de reuoc. dona. neq; enim leges tam in verborum forma, quam in ratione consistunt. l. scire leges. ff. de legib. cum igitur coniurationes, & sceleratissimæ hostium conspirationes, per nuntium, aut etiam epistolam fieri possint, inscribentem etiam aut nuntium mittentem, ex lege municipij, animaduertendum erit: nam. † Et clericus qui

*Clericus prohibetur alio qui mulieres.*

4

matronarum domicilia intrare, & fœminas alloqui, prohibetur, si nuntium aut epistolam mandet, deponitur. c. clericus. lxxxj. dist. Et prohibitus cum cardinalibus in conclauis loqui, interdictus quoq; intelligitur literas scribere. c. vbi periculum. §. nulli. de elect. in vj.

*Loqui prohibitus.*

Quaquam autem ratio statuti in loquente maior videatur, propterea quod multa sint, quæ nec nuntio, nec literæ credere audeamus, non tamen ideo cessabit extensio. l. ij. §. ex his. vbi Soci. in prin. ff. de ver. obl. maxime cum versetur fauor Reipub. l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Syllania. † Cæterum bonafide & ex causa iusta scribentes: vel etiam nuntium mittentes, existimat Soci. in d. l. j. ff. de verbor. obligat. statuto non contineri, cum Iul. Paul. dixerit eum duntaxat numero hostium habendum esse, qui malo consilio, & proditoris animo patriam relinquit. l. postliminium. §. transfuga. ff. de capt. Nec habet Socin. contradicentem, cum mens legis ea non sit vt puniatur qui dolo non delinquit. l. cum autem. §. capitalem. ff. de ædil. edict. vt quæ ex voluntate, & propolito, delicta meriatur. l. verum. ff. de furt. † Propterea legimus mulierem quãdam,

*Scribentes ex causa an continentur.*

6

quæ amatorio poculo hominem occiderat, ab Areopagitis absolutã, delictum ex animo duntaxat iudicantes,

*Amatorum poculum Areopagite.*

tes,

tes, quia amoris causa fecerat: nos ultimo supplicium  
 datem afficeremus. l. si quis aliquid. §. qui abortio nis  
 ff. de pœn. Verum enimvero quandoq; publicè defen-  
 dimus ex iustissima etiam causa scribentes, aut nuntii  
 mittentes, statuti pœna afficiendos: cum lex verbis de-  
 lictum exprimentibus non vtantur, sed merum & no-  
 dum factum puniat. Vnde illud tantum inquirendum  
 est an factum sit, non quo modo. l. cum seruus. ff. de  
 ver. oblig. Et hæc lex est, cui qui non obedierit, morti  
 dignus est. j. Reg. xiiij. c. ij. de maior. & obed. tamen

*No. opinio.*  
 res fraude gesta non sit, sed bene & aliquo Reipubli-  
 cæ commodo cesserit. Quocirca Herenn. Modestus  
 iiij. §. in bello. ff. de re milit. cum qui in bello rem a do-  
 ce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capi-  
 te puniri voluit, etiam si res bene cesserit: idcirco lau-

*Morte di- gnus est qui cōtra Impe- ratoris præ- ceptū agit.*  
 7  
*Mālius Tor- quatus.*  
 datur Titus Manlius Torquatus, qui cum esset Con-  
 sul filium ab eo speculatum hostes missum, ea lege ne  
 pugnaret, securi percussit, quod hostem a quo tamen  
 prouocatus fuerat, occidisset. Laudauit item Cyrus

*Cyrus.*  
 magnopere militem, qui cum in acie strictum iam  
 ensen, in hostem esset infixurus, audito interim cla-  
 fico receptui ictum cohibuit, intactum hostem dimit-  
 tens. Iuuerit etiam prædicta & sententiam nostram  
 præclarum L. Domitij factum: † Is cum Prætor Sici-

8  
*Domitij in pastore sene- ritas.*  
 liam regeret, & ad exturbanda latrocinia, quibus pro-  
 uincia vastabatur, edixisset, ne quis telum haberet: pas-  
 tor venabulo aprum magnitudinis eximie confodit,  
 aperq; ad Prætorem adlatus est, qui statim adduci ad  
 se pastorem, cuius manu occisus erat, iussit, eundemq;  
 veritate cognita, crucifixit: non propter confossum,  
 & interemptū aprum, sed quia mandatis minimè obe-  
 diens

diens fuisset, vt qui telum habuisset. *Ioann. Coras. Tolosa.*  
*Stipulationem ob necessitatem inuentam non esse, in Maria soci. praeceptoris sententiam, aduersus omnes itum.*

- 1 *stipulatio quare inuenta.*
- 2 *stipulatio contractus firmissimus.*
- 3 *stipulatio vnde dicta.*
- 4 *Contractus quidam sine stip. inutiles.*
- 5 *No. opinio.*
- 6 *Soci. praeceptoris consideratio.*
- 7 *Iustini. ani locus restitutus.*
- 8 *stipes quid.*
- 9 *Declarata l. j. ff. de colleg. illicit.*

CAP. XXV.



**D**ILIGENTISSIME apud Castren. Alex. & posteriores in l. j. ff. de verb. obli. tractatum reperitur, † quare introducta sit stipulatio: tandemq; nocent ob vtilitatem, & necessitatem, eam inuentam. † Est siquidem hic contractus omnium firmissimus, & solidissimus. Cy. in l. si ex pretio. C. si cert. petat. vt qui in contractibus innominatis ne poenitentiae locus sit, efficiat, vtq; conditio ob causam, ad repetendum cesset. l. cum precibus. C. de rer. permuta. Bald. l. quamuis. C. de transf. omnes nudas conuentiones vestiatur. l. siue apud acta. C. de transac. l. ex placito. C. de rer. permut. faciliusq; caeteris nouationem faciat. Bartol. in l. singularia. vj. speciali. ff. de reb. cred. merito ergo iuris autores stipulationem adinuenerunt, ne contrahetium fides violaretur, sed esset inter homines fidei & promissi firmitas.

*Stipulatio quare inuenta.*

*Stipulatio contractu firmissimus.*

- 3 *Vnde stipulatio dicta.* tas. Bal. in c. j. ad prin. de pact. † Vnde Iustin. §. j. de ver. oblig. stipulationem dictam esse à stipulo: apud veteres nãq; stipulum, firmum appellabatur, fortè à stipite descendens. Euidens ergo fuit huius contractus utilitas. Sed & propter necessitatem stipulationem inuenta † argumento sunt hi contractus, qui sine stipulatione non consistenterent. vt obligationes fideiussoriae quæ nisi interposita stipulatione, inutiliter fiunt. l. §. satisfactio. ff. de verb. obliga. l. blanditus. C. de fideiussor. Præterquam si pro dote fideiussor intercedat quo casu ex nudo pacto, aut etiam pollicitatione, obligatur. l. fi. C. ad Velleya. Promissiones præterea iudicialias constat, si non interueniat stipulatio, effectum non habere. l. omnes. §. in hac. ij. C. de epif. & cler. nisi ad iudicium coadiuuandum, factæ sint: vt de iudicio fisti, aut iudicato soluendo. l. eum pro quo. ff. de in iur. voc. l. generaliter. C. de epif. & cleric. & vbiq; Accurrit Fuit deniq; inuenta stipulatio, propter obligationem iurifgentium contractas nouandas, quæ transfunduntur in aliam obligationem, non poterant, nisi prius in stipulationem deductæ. l. an inutilis. §. si. l. & vno. §. j. ff. de acceptil. §. j. quib. mod. toll. oblig. Cuius rei rationem nos in l. age cum Geminiano. C. de transactio. explicauimus. Non iniuria ergo scriptores tradidisse videntur, & utilitatis & necessitatis gratia, inuenta lege ciuili stipulationem. † Quæ sententia Ludo. & No. opinio. su digna est: quid enim magis ineptū dici potest, quàm legem quæ à libera ratione, & voluntate proficiscitur ad actum aliquem cogi, & vt ita loquar, necessitari? † Memini cùm Patauij essem, Maria. Soci. virum multis nominibus doctissimum, & ingeniosissimum de sup
- 4 *Contractus multi qui sine stipulatione corrumpunt. Fideiussor. Stipulationem requirit.*
- 5 *No. opinio.*
- 6 *Maria Soci. Senen.*

de se  
deto  
lege  
aute  
lex  
7 † At  
tion  
lum  
scena  
rerg  
seu tr  
8 nō  
Lati  
ca, n  
stipe  
vel i  
men  
stipe  
nus,  
tur:  
folen  
9 tia. c  
colle  
conf  
stipe  
dica  
scrip  
M

de superiore loco sæpè dixisse, se horrere, execrari, & detestari hæc verba interpretum. Stipulatio enim à lege nulla necessitate adacta, inducta est: postquam autem creata fuit, eam permultis actibus, & negotiis lex ita cooptavit, ut sine ea noluerit actus consistere.

- 7 † At cum legimus Iustinia. d. §. j. de verb. oblig. stipulationem hoc nomine inde dictam scripsisse, quod stipulum apud veteres firmum diceretur. à stipite fortè descendens, locum corruptum existimat. Alciat. lib. j. parerg. c. xxxix. *Quidem enim*, inquit, *commune habet stipes, seu truncus, cum contractu?* Propterea mauult *από τοῦ σῦ-*
- 8 *πῆρος* legere. † Etenim *σῦπῶ* Græcè, idem quod adtringo Latine significat. Iple tamen nec à stipite dictione Græca, neq; ab stipite stipulationē dictā, putauerim, sed à stipe, id est pecunia: siquidem veteres pecuniam quam vel in ararium reponebant, vel Deus offerebant, vel mendicis porrigebant ad sustentationem infelicis vitæ, stipem dixerunt. Hinc qui pecuniam, inquit Sypon-tinus, rogat, & qui spondet, stipulari, ac restipulari dicitur: quod verbum postea ad omnes rogationes, quæ solenniter fiunt translatum est. hæc ille. Iis quid Martia. censerit perspectum habes, † cum dixit in l. j. ff. de colleg. illic. permitti tenuioribus, stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coëant. Porro à stipe stipendium dictum esse, quod per stipes, id est modica ara, colligatur. Vlpia. l.ager. §. j. ff. de verb. signif. scriptum reliquit. *Ioannes Corasius, I. V. D. Tolosa.*

*Iustinia. loci explicatus.*  
*Alciat. restitio.*

*Opinio autoris.*

*l. j. ff. de colleg. illic. de clarata.*

## MISCELLANEORVM IVRIS

CIVILIS LIBRI PRL

DI FINIS.

IOANNIS CO.  
RASII TOLOSATIS  
IURISCONSULTI,  
MISCELLANEO-  
RVM IURIS  
CIVILIS,  
Liber Secundus.

*Cur in adulterio transactio permiffa non fit,  
And. Alciati & anteriorum omnium ra-  
tionibus confutatis valida assignatur.*

- 1 *Adultery crimen grauiffimum.*
- 2 *Maritus non tam filij mortem, quam vxoris adulterium  
execratur.*
- 3 *Imperator amator castitatis.*
- 4 *Itali Zelotypi.*
- 5 *Falsi partus ne subijciantur cauendum.*
- 6 *Adultery pœna an capitalis.*
- 7 *Noua opinio.*
- 8 *Lex Iulia ab Augusto lata.*
- 9 *Cur Iulia dicta.*
- 10 *Noua ratio allata.*

C A P. I.



ESCRIPSERVNT Diocletian. &  
Maxim. Augg. & Cæſ. Valentinian.  
Transigere vel pacifci de crimine ca-  
pitali, excepto adulterio, non eſſe pro-  
hibitum l. transigere. C. de tranſig.

*L. transigere.*

Cui

Cui  
qui  
quit  
liter  
tem  
adul  
ptor  
ff. ad  
ideo  
fit ca  
diuini  
tum  
aute  
Cor  
vide  
id fa  
scit;  
pian  
quin  
form  
ergo  
quid  
laus  
cia f  
adul  
stius  
lis. §  
Am  
Cæ  
fa el  
fin.

Cuius regulæ rationem ex Vlpiano excerpere licet, qui in l. j. ff. de bon. eo. qui mort. sibi consciuer. ita loquitur. *Principes censuerunt ei qui sanguinem suum qualitercunque redemptum voluerit, ignoscendum.* Cur autem à capitalibus criminibus Imperator exceperit adulterium, ingens est pugna, & cōcertatio inter scriptores, in reddenda ratione differētiæ. Accurs. in rub. ff. ad leg. Jul. de adult. quem plerique secuti sunt, † hoc ideo constitutum credidit, quòd adulterium crimen sit cæteris grauius, & detestabilius: nam vt vates illæ diuinus carnis detestans flagitia dicebat: Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Paul. j. ad Corinth. vj. Nam & si, inquit, eo loco Theophilact. videatur, cum hominem trucidamus corpore admitti id facinus, non tamen vniuersum ex eo corpus fordescit: possumus nanq; vel lapide, vel ligno, vel alio quopiam tormento ictus infligere, & nihil corpus hoc inquinare, veruntamen nullo pacto licebit sine corpore fornicari, quo fit vt illud omnino cōmaculetur. Quid ergo in omnibus peccatis adulterio grauius est? cap. quid in omnibus. xxxij. q. vij. Nō abs re igitur Accurs. l. auxiliū. ff. de minor. quædam, inquit crimina atrociora sunt, quædam atrociora, quædam atrocissima: vt adulterium, † quod tam ægrè fert maritus, vt molestius id patiat, quàm proprij filij mortem. l. codicillis. §. matre. ff. de lega. ij. & libentius, (vt Hieron. in Amos c. vij. ait,) audiat vxorē interfici, quàm pollui. Cæterum hæc ratio cōmuni omnium calculo explosa est, cum adulterio grauius aliquid admitti possit. l. fin. §. j. ff. de publican. & vt homicidium, parricidium,

Adulterium  
crimen cæteris  
grauius.

Peccatū in  
corpore.

Maritus  
ægrè  
fert vxorem  
adulterari.



In cōcubitus  
masculorū.

& reliqua missa faciam, omniū delictorum nefandis-  
simum, est, quod contra naturam fit, quo ipsa locata  
quæ cum Deo nobis esse debet, violatur: cū eadem  
natura cuius ipse author est, libidinis peruerlitate  
polluitur. c. adulterij, & c. flagitia. xxxij. q. vij. In quo  
facinus Cōstantinus Imp. ad populum scribens, inhi-  
gere leges, armari iura gladio ultore voluit, ut exco-  
litis pœnis subdantur infames, qui sunt, vel qui futuri  
sunt rei. l. cū vir. C. ad leg. Iul. de adul. Sed & adu-  
terium inter minora crimina collocat summus Pon-  
tifex. c. at si clerici. §. de adulteriis. de iud. Cuius ra-  
tionē Bald. illic prodidit, quia ad id facinus proci-  
ues impellente natura sumus, atque ideo mitius pu-  
niuntur. Quod & Luc. de Pen. docuit l. mulieres. l.  
incol. lib. x. C. Alij adulterium ideo exceptū credidit

3

Imperator  
amator ca-  
stitatis.

run, quod Imperator amator sit castitatis, quæ se  
potest hominū animas Deo præsentare. §. j. de lena  
coll. ij. Sed neque hæc ratio cōcludit, quia idem in in-  
cestu, & stupro dicendum esset, cū tamen hic solum  
adulteriū excipitur. Petrus Bellaperticen. verò qui  
doque sine ratione hoc cōstitutū affirmavit ab Ita-

4

Italis vxorij.

quodam, plus quàm par esset de vxore sollicito. † Sed  
etenim (inquit) Itali vxorij, hoc est vxoribus nimis  
inseruientes. Verùm nec hæc dissolutio placet, siquid-  
dem vt Vergil. lib. ix. Aeneid. dicebat ex Homeri be-

Ratio Bart.

tentia, non solos tangit. Atridas iste dolor. l. si vxor. ff. de  
leg. Iul. de adult. Quocirca Bart. introductum id  
parte rei, propter frequentiam delicti opinatur, vt ve-  
lit quod Claudianus scribit l. aut facta. §. nonnunquam  
ff. de pœn. nonnunquam euenire, vt aliquorum malefic-  
rum supplicia exacerbentur, quoties nimium multū per-

nis cr  
toris  
coer  
pre  
ff. de  
grati  
tur p  
cū m  
dicat  
stupr  
pro p  
dem.  
Iul. d  
Castr  
fauor  
scilicet  
terius  
ranru  
trus p  
perico  
falsos  
liarū  
& hæc  
v. cap.  
dicen  
mox v  
citra  
cū t  
docto  
pellor  
bitar,

*nis crassantibus exemplo opus sit.* Ex parte verò accusatoris quod inter præcepta legis Iuliae de adulteriis coercendis hoc vnum legatur, vt pro cõperto stupro pretium, accipiens reus adulterij fiat. l. auxilium, in fi. ff. de minor. Sed nec hæc ratio bona est: quid enim si gratis accusator paciscatur? Et ex hac ratione videretur pactionē valere, cùm nullum pretium acceperit, cùm tamen pacisci, nedum transigere vetitū lex ciuilis dicat. d. l. transigere. Præterea hæc ratio idem esse in stupro cõcludit, quando quidem lex pro cõperto stupro pretium accipientē vt adulterū puniat. Listi quidem. ff. quod met. cau. l. mariti. §. plectitur. ff. ad leg. Iul. de adul. l. de crimine. C. illo tit. Alij vt Saly. Fulg. Castren. Alexan. Iaf. & recentiores hoc specialiter in fauorem matrimonij inductum esse prodiderunt, ne scilicet sordido & ignobili patre nati liberi, per adulterium ingenuis, generosis, & splendidis familiis inferantur. l. super statu. C. de quaest. quam rationem Petrus prior attigerat. d. l. transigere, † dum falsi partus periculum rationē esse putauit, quòd publicè intersit falsos partus non subiici, vt ordinum dignitas familiarūq; salua sit. l. j. §. pen. ff. de vent. in spic. Caterùm & hæc Andr. Alciat. nec immeritò damnat lib. Parad. v. cap. viij. Nam & secūdam eam idem in stupro foret dicendum: verisimile nanque est puellam, aut viduam mox vbi grauem vterū sibi senserit nupturā, vt pariat citra famæ dispendiū, tanquam ex marito conceperit, cùm tamē in stupro diuersum dici debeat, vt cõmunis doctorū opinio habet. Altera ratione ipse quoq; impellor, nam super homicidio, vt nemo ex hac lege dubitat, transigi potest, causa tamē vitæ humanæ cæteris

Communis  
ratio.

- omnibus fauorabilior est. l. cum ratio. ff. de port. etc.
- 6 *Ratio Alc.* quæ lib. dā. conc. † proinde vt huiusce rei rationē ve  
habeamus, Alciat. cōsiderat adulteros iure veteri ma  
*Adulteris* solitos coërceri, sed potius deportari. l. si quis vici  
*olim sangui* ff. de quæstio. quod & Accurs. Bart. cæteri q̄; annota  
*nis pœna nō* uerūt. l. Claudius Seleucus. ff. de his qui. vt indig. ig  
*ingereba-* tur eo iure cūm pœna sanguinis non irrogaretur, q̄  
*tur.* vltimo huius l. respōso transigere nō licebat, cuius  
in causa est fauor Reipub. cuius maximē interest tu  
lesicia nō esse impunita. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.  
l. licitatio. §. quod illicitē. ff. de publica. l. si à reo. §. si  
ff. de fideiussio. Hæc autē ratio cūm nō finalis, sed fu  
soria tantū esset, & impulsua, tametsi cessauerit (quæ  
posterioribus legibus pœna adulteris irrogata est,  
quamuis. l. castitati. C. ad leg. Iul. de adulte.) reman  
7 nihilominus dispositio. l. j. §. sexū. ff. de postula. †  
*Improbata* rum neq; hæc ratio, bona Alciati scriptoris eruditio  
*Alc. ratio.* fini venia dictum sit probabilis est, cūm verum nō  
quod Accurs. passim docet, & reliqui sunt sequenti  
l. qui cum vno. §. adulterij. ff. de re milit. in l. ij. §. in  
les. ff. de his qui not. infam. & in d. l. Claudius. pœna  
videlicet capitis pro adulterio, iure tantum Code  
cognitam, quādoquidem certū sit alienarum nupti  
rum temeratores lege Iulia gladio puniri. §. † itē  
8 *Augustus* Iulia de adult. de publ. iud. in Instit. quæ à diuo Au  
*impatiens* gūsto lata est. l. j. ff. ad l. Iul. de adult. qui tametsi luxu  
*libidinis.* supramodum seruiens esset, adeo vt alienæ coniugij  
amore obsessus abiecta vxore Scribonia, Liviā Egi  
pillam sibi coniunxerit: erat tamen eiusdem vitij se  
rissimus vltor, more hominū qui in vlciscendis vitij  
9 quibus ipsi vehementer indulgent acres sunt. † Iulia  
auto

autem hanc legem appellavit, in honoré Iulij Cæsa- <sup>Julia Lex.</sup>  
 ris, à quo testamento hæres ex semisse institutus fue-  
 rat, neque aliud convenientius duxit (vt historici scri-  
 bunt) quam necem auunculi vindicare, atque in illius  
 honoré non nihil agere, vnde edita sua Julia appella- <sup>Edicta</sup>  
 ri voluit. Itaque ius fforū. ex hac lege Julia adulteros <sup>Julia.</sup>  
 morte multavit. Quin & sollicitatores alienarum nup- <sup>Sollicitatores</sup>  
 ptiarū, matrimoniorūq; interpellatores, tametsi effe- <sup>alienarū nu</sup>  
 ctu sceleris potiti non sint, tamē propter voluntatem <sup>ptiarum.</sup>  
 perniciosæ libidinis, extraordinem puniri voluit. l. j.  
 ff. de extraord. crim. vt meritò eorū opinio exploden-  
 da sit, qui eo iure capitis pœnam pro adulterio inco-  
 gnitam dicunt. Nec me fugit quādoque adulterij pœ-  
 nam deportationē esse, veluti vbi adulteri honestiore  
 loco positi fuerint. d. l. si quis viduam. cum idem in l.  
 Cornelia de sicar. quæ tamen pœnā capitis infert tra-  
 ditum sit. l. iij. §. si. ff. ad leg. Corn. de sicar. Ex his igitur  
 nō dubito quin emunctæ naris viri, has omnes in-  
 terpretationes vti cōmentitias, & incōcinnas sint reie-  
 cturi. † Vnde vt huiusce rei clarā, & veram rationem <sup>Nona ratio.</sup>  
 habeamus, sciendum eum cuius consilio factum est, vt  
 vir fœminave in adulterio deprehensi, pecunia, ali-  
 quāve pactione se redimerēt, pœna lenocinij damna-  
 ri. l. is cuius. ff. ad leg. Jul. de adult. Noluit itaq; Impe-  
 super crimine adulterij, tametsi capitali transigi pos-  
 se, aut pacisci, quoniam transigendo, aut pacificendo  
 reus fiebat lenocinij. l. ij. §. j. l. miles. §. focer. & d. l. is  
 cuius. illo tit. cuius facinoris author noluit sacratissi-  
 mus Imperator videri, ne inde nasceretur iniuriarum  
 occasio, vnde iura nasci debēt. l. meminere. C. vnde  
 vi. néve qui transigit, aut paciscitur, legis decipiatur

authoritate. l. j. C. de his qui ve. æta. impetra.

Ioannes Corasius, Toloſa.

Duo pontificum reſponſa alio intellectu conciliata, quam hætenus factum ſit.

- 1 Notorius defectus an obſtet agenti recuperanda.
- 2 Spoliatus ius non habens reſtituitur.
- 3 Laicus eccleſia ſpoliatus an reſtituatur.
- 4 Decimæ in aliena parochia non exiguntur.
- 5 Explicatum cap. ad decimas.
- 6 Spoliatus à lege non reſtituitur.
- 7 Enodatum cap. porrò. & cap. ſignificasti.

C A P. I I.



**V**ETUS est quæſtio à doctõribus nõ ſemel tractata. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. poſ. & l. incerti. C. de interd. an abſolutoria in petitorio, paria exceptione rei iudicatæ in poſſeſſorio: ad quã, & illi immiſcent. ¶ vtrũ notorius tituli defectus, obſtet agenti recuperandæ. Hanc potiſſimũ dubia faciunt duo decreta Pontificũ, alterum quo Alex. iij. Pontifex Max. reſpõdit, comitem Pontini, qui B. vxorẽ ſine iudicio eccleſiæ dimiſerat, quòd eam cognatam fuiſſe primæ vxoris intellexiſſet, ab ea ſeparari nõ potuiſſe, proinde eam vxorẽ reſtituendã, etiã ſi parentela publica ſit, & notoria. c. porrò. de diuort. Alterũ, quo idẽ Pontifex prodidit. vxorem ſine iudicio eccleſiæ dimiſſam, quòd notoriũ eſſet eam adulteriũ cõmiſiſſe, perpetuò poſtulare vt viro reſtituatur. c. ſignificasti. eod. tit. de diuort. Haſc cõſtitutiones variis modis conciliare doctores adorti ſunt, ſed nihil quod vtriq; textui conueniat

1  
Notorius  
defectus  
an obſtet  
agenti re-  
cuperan-  
dæ.

niat  
docu  
agen  
ſpoli  
dum  
lo, au  
de or  
lum  
qui a  
Præ  
pete  
¶ vel  
3  
quod  
iud.  
4  
ſby  
ſan  
mar  
5  
teu  
reſt  
6  
ſe c  
ter  
vxo  
xix.  
xxv.  
eten  
tur.  
ritu  
uin  
les.  
qu  
per

niat adferūt. Quamobrē ipse pro regula quandoque  
 docui in d. §. nihil cōmune, defectū tituli notorium,  
 agentē recuperandæ nequaquā repellere, quādoquidē  
 spoliatus antē omnia sit restituendus. l. si quis ad se fun-  
 dum. C. ad l. Iul. de vi pub. † quæ restitutio nō in titu-  
 lo, aut iure petētis, sed in odio spoliātis fundatur. c. fi.  
 de ord. cog. vnde etiā prædo, & iniustus possessor nul-  
 lum habēs in re titulum spoliatus restitui debet. l. j. §.  
 qui à me. ff. de vi & vi armat. c. in literis. de restit. spol.  
 Præterquā duobus casibus. Primus cum restitutionē  
 petēs possessionis, manifestē & euidenter est incapax:  
 † veluti si prælatus laicū, qui spiritualia possidere, aut  
 quoquo modo administrare nequit. c. decernimus. de  
 iud. spoliasset ecclesia. Inno. in c. cōstitutus. de fil. pre-  
 sbyter. † Qua ratione noluit Bonifac. viij. canonicos  
 sancti Nicolai, spoliatos à B. clerico perceptione deci-  
 marum, restituere. cap. ad decimas. de resti. spol. in vj.  
 † cū ad possessionē decimarum in aliena parrochia,  
 restitui postularent, quam nullo iure eos habere pos-  
 se certius est, quā vt lōgiori egeat probatione. † Al-  
 ter casus, cū spoliatio fit legis autoritate, vt cum  
 vxor adultera, à qua maritus liberē diuertit, Matth.  
 xix. cap. quemadmodum. de iureiurā. cap. Agathosa.  
 xxvij. q. ij. cap. dixit. xxxij. q. j. restitutionem petit. Si  
 etenim eam notoriē adulteratam constet, non audie-  
 tur. d. c. significasti. Neque enim in culpa videtur ma-  
 ritus, qui vxorem adulteram, quam omni lege & di-  
 uina, & humana retinere prohibetur, dimisit. l. mi-  
 les. §. fin. ff. ad legem Iul. de adulter. Nec ab simile est  
 quod dici solet, innouari posse legis autoritate cum  
 pendet appellatio. l. per hanc. C. de temp. appel. vbi

Nona &  
 vera cōsi-  
 deratio.

Prædo restitui-  
 tur.

Laicus eccle-  
 sia spoliatus  
 nō restitui-  
 tur.

Spoliatio le-  
 gis autori-  
 tate.

Innouatio  
 fit legis au-  
 thoritate.

7 *Intellect. c. porro.*  
 alioqui certissimum est appellatione interposita, mo-  
 dio tēpore nihil nouari oportere. † Et ita constat cap.  
 porro. non obstare, quo spoliata erat vxor cōtra legi  
 præceptū: siquidem nō liceat etiam consanguinitate  
 prætextu vxorē dimittere sine iudicio ecclesiæ. c. mul-  
 torū. xxxv. q. vj. nisi fortè essent cōiuges in gradu legi  
 diuina prohibito. c. literas. de rest. spol. Ioan. Coras. Tr.

*In omnibus obligationibus etiam faciēdi quæ  
 præcisè cogi: & articulus hic longissimus, aliter  
 expositus quàm ad nostra hæc tempora fuerit.*

- 1 *Obligatio dandi præcisè ligat.*
- 2 *Obligatus ad factum, an per interesse liberetur.*
- 3 *Et quid in oblig. facti iudiciaria.*
- 4 *No. opinio.*
- 5 *Enodatus §. fin. l. si quis ab alio.*
- 6 *Interesse, in cuius gratiam inductum.*
- 7 *Venditor an præcisè cogatur.*
- 8 *Necessitas facit aliud pro alio solui.*
- 9 *Explicatus §. operarum.*
- 10 *Obligatio legi præcisa.*

## CAP. III.

*Ad factum  
 quādo quis  
 cogi possit.*

1 **D**ANDI, † & faciendi obligationes, con-  
 trariam habere ex diametro naturā, in-  
 terpretes nostri crediderunt: in illis enim  
 debitorem præcisè cogi dare, hoc est do-  
 minium creditoris efficere tradunt, per l. vbi autem  
 non apparet. §. fin. ff. de verb. obli. præterquam certis  
 casibus, quos las. cōmemorat in l. stipulationes nō di-  
 uiduntur. illo tit. † In his verò succedere obligationē  
 in id quod interest. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudi-  
 ciali

cuius  
 ad fac  
 borat  
 Acco  
 uor v.  
 ff. de  
 vel ne  
 senten  
 qui r  
 Accu  
 iudici  
 ea qu  
 pelli  
 procu  
 scipien  
 tum s  
 lias. §.  
 dandi  
 adfer  
 quide  
 uerfit  
 stima  
 nibus  
 eius f  
 contr  
 fideic  
 tis ad  
 gis qu  
 restit  
 pto. ff.  
 bonæ

cuius præstatione, debitorem putant liberari, hoc est ad factum minimè compelli, nisi vel iureiurando roborata sit, facti promissio. cap. si. ne prælat. vices suas. Accurs. in l. si pecuniam. ff. de condic. caus. dat. vel fauor vltimæ voluntatis versetur. l. fideicommissa. §. si. ff. de lega. iij. quæ exitū habere Reipublicæ interest. l. vel negare. ff. quemadmodum testa. aper. vel iudicis sententia debitor facere damnatus esset. Accurs. in l. qui restituere. ff. de rei vend. † Amplius putauerunt Accurs. & alii in quibuscunque obligationibus facti iudicialibus, quem præcisè compelli facere, propterea quòd apud Vlpian. Iulian. dicat procuratorem cõpelli iudicium accipere. l. sed & hæc. §. prætor. ff. de procurat. Ait enim prætor, *procuratorem ad litem suscipiendam datum pro quo consentiente, dominus iudicatum solui exposuit iudicium accipere cogam.* l. filiusfamilias. §. fina. illo tit. Differentiæ autem rationem interdandi, & faciendi promissiones quadruplicem Bart. adfert in d. l. stipulationes non diuiduntur. quæ nec quidem auctori satis placent. † Nos cum nullam diuerfitatis rationem bonam videamus, quãdoque existimauimus, nec nunc displicet, in omnibus obligationibus debitorem præcisè cogi, modò implemētum in eius sit potestate, siue sint obligationes dari de quibus controuersia non est. d. l. vbi autem. §. si. siue fieri. d. l. fideicommissa. §. si. vbi ex alterius verbis nempc testãtis ad factum obligatus, præcisè cogitur quantum magis qui se ore proprio ad faciendum obligauit. Siue restitui. l. iij. §. hæres. ff. commod. siue tradi. l. ex empto. ff. de actio. emp. neque quicquam est, quod magis bonæ fidei cõgruat, quàm id præstari, quod inter cõ-

Quid in obligationibus facti iudicialibus.

No. opinio.

Retortus. §. si. l. fideicommissa. in cõmunem.



trahentes actū est. Et si in facti obligationibus tacitū à lege inductis, quis præcisè compellitur. l. hæreditatem. ff. de donat. multò magis in expressis ab hominū lōgè potētioribus. l. si. C. de pact. couē. in quibus uel similiter mea interessē potest, factū à promissore potētius quàm ab alio impleri, quādo inter artifices lōgū sit differētia. l. inter artifices. ff. de solutio. l. nemo qui nesciat. ff. de duob. re. † Quòd si ad factū obligatus in mora fuerit faciēdi, cūm frustrationem impenitentam esse nō oporteat. l. in fideicommissi. §. si. ff. de liberum erit creditori agere in id quod sua interest propter moram, condemnabiturq; debitor, quia nescit fecit quod promissit in pecunia numerata. d. l. si quod ab alio. §. si. † Nec in gratiā debitoris inductū est, ut quod interest præstādo à facti obligatione eximatur, sed potius in fauorē, & gratiā creditoris, ut si sua propter moram amplius non interest fieri, aut factum impleri nō possit per debitorē, nullū ex huiusmodi debitorum mora sentiat damnum creditor, in cuius semper est arbitrio debitorem ad factum uirgere, si implementum in eius sit potestate, vel quanti ea res erit tantam pecuniam post moram petere, si hoc creditor malegerit. l. stipulatio. §. siue autē. ff. de no. oper. nūtiat. † & emptor si res vendita non tradatur, venditorē rei tradendæ facultatē habet præcisè ad tradendū cogit. Accurs. & alii in l. j. ff. de actio. emp. & in §. pretiū. de emp. & uēd. & quòd uēditor in id quod interest teneatur. d. l. j. bono cōmodo emptoris, in eiusdēq; fauorē, nō itē uēditoris cōstitutū intelligi debet. Bald. l. si traditio. C. de actio. emp. qui uēditor sine contrahentis uersia rē uenditā præcisè tradere cōpellitur. † Alii

5  
Mora impunita esse nō debet.

6

7  
Venditor quando tradere teneatur.

8

quipl  
§. si. ff.  
debit  
solu  
C. de  
dicem  
imple  
inter  
sum o  
vel fac  
uā se  
dit lul  
esse, si  
stipula  
hoc ill  
rū diff  
niter o  
rere n  
quod r  
Andr.  
quem  
duntur  
ue que  
in prisi  
& si qu  
non ni  
plicari  
præcisè  
interel  
Hoc er  
tis. leg

quipl

quippè pro alio, invito creditore solui nõ potest. l. ij. §. si. ff. si cert. pet. nisi ex causa necessitatis, vt quia res debita præstari non possit, tunc enim ad dationem in solutũ necessario recurrimus. auth. hoc nisi debitor. C. de solu. ca. Odoardus. illo titulo. Qua ratione idẽ dicemus in facti obligationibus. Etenim qui factum implere nequit (nõ dico nõ vult) præstando id quod interest, liberabitur. † Porro prædictis Iuliani respõsum officit, quo proditũ est in electiõne debitoris esse, vel factũ, vel facti æstimationẽ præstare. Operã nepe vnã seruus cõmunis a liberto stipulatus fuerat respõdit Iulia. solutionẽ eius obligationis expeditissimam esse, si æstimationem operæ malit libertus offerre. l. in stipulationibus. §. operarum. ff. de verbo. obliga. Sed hoc illic inducit difficultas præstationis, ex patronorũ dissensu profluens, qui si cõsentirent, vt sibi cõmuniter operæ ederetur, ad æstimationẽ libertus recurrere non posset, sed præcisè operas edere cogeretur: quod manifestè ex Iulia. verbis colligitur. Planè Ioã. Andr. in addit. ad Specul. tit. de reb. eccle. non alie. §. j. quem Angel. & Cuma. in d. l. stipulationes non diuiduntur. sequuti sunt, scriptũ reliquit ad factum leue quem præcisè cogi posse: veluti, vt quis se reponat in pristinam obligationem. l. si cum exceptione. §. sed & si quis. ff. quod metus causa. Cæterum si factum non nisi difficulter & maximo corporis labore explicari valet, vt insulam ædificari, & similia, non præcisè cogetur promissor, sed præstando id quod interest liberabitur. dicta l. si quis ab alio. §. finali. Hoc enim induceret speciem quodammodo seruitutis. lege secunda de liber. homi. exhibend. lege Titio

*Aliud pro alio interdum sciuitur.*

*Explicatur S. operam.*

*Distinctio facti leuis & grauis.*

cca

centum. §. Titio centum. ff. de conditionibus & monstrationibus. † Ego verò non ex corporis la-  
 re, aut operis præstandi grauitate præstationis di-  
 cultatem dimetior, sed potius ex qualitate, & con-  
 uersa creditorum, quibus factum præstandum est  
 in citato Iuliani responso, neque enim æquum  
 propterea quòd non consentiant in exactio-  
 nis creditores, iniuria affici debitorem, qui factum præ-  
 stare paratus est: quamobrem ei à lege concessum  
 altercantibus creditoribus, eisdemq; patronis si-  
 lit libertus debitor offerre æstimationem, eo expe-  
 titissimo modo obligationem soluat. Ad hæc, nota-  
 quòd obligatio ad factum inducta à lege, citra præ-  
 positum eius qui obligatur, vel nemine reclamæ  
 præcisa est. l. si cum exceptione. §. sed & si quis. ad  
 Quod Bald. in l. nec patronus. in fi. C. de oper. libe-  
 constitutum putat, propter authoritatem legis  
 contemptibilem, cuius dispositio ludibrio haberi  
 debet. l. si. §. si. C. de bo. quæ lib. Adde quòd  
 Mart. de fano (qui nostræ opinionis primus asser-  
 fuisse videtur) dicebat, quando lex inducit obliga-  
 nem, non curat an interfit, vel non ideoque præ-  
 nec iniuria redditur. Rectè igitur Panormita. in  
 pitulo. j. vlt. not. de sponsal. docuit maritum, & u-  
 rem cogi posse, vt simul habitent, nec præstandum  
 quod interest liberari: siquidem ad cohabitationem  
 omni lege sint obligati. Ioannes Cora. Tolosa.

*Panor. no-  
 randa deci-  
 sio.*

*Obligatio  
 legis præci-  
 sa.*

*Vera dispo-  
 sicio.*

*Factam coniuncto donationem, etiam in  
 sanguinis contemplatione factam intelligi. In  
 bataque Crot. & Recentiorum sententia.*

*Dati  
 Crot.  
 Filii  
 Nec  
 Expl  
 Com*

**T**

*ab ha  
 habet  
 tutor  
 lins,  
 nus  
 neo,  
 deri  
 qua  
 tie p  
 Vnd  
 tate  
 nem  
 frate  
 in §  
 raru  
 sum  
 ni re  
 redi  
 tanc  
 post*

*Di*

Datum propinquo sanguinis prae-textu datum videri.

Crot. & Gomes Hispana. consideratio.

Filius sa. in castris. pater familias.

Neotericum eversa opinio.

Explicat. l. Hereditatem.

Commilitium quid.

CAP. IIII.



PAPINIANI verba. l. tutor. §. quæ tu-

toribus. ff. de excusa. tut. hæc sunt. † Quæ

tutoribus remuneranda fidei causa testamen-

to parentis relinquuntur, post excusationem

ab hæredibus extraneis quoque retineri placuit: quod non

habebit locum in persona filij, quem pater impuberi fratri

tutorem, & cohæredem dedit, cum iudicium patris, ut fi-

lius, non ut tutor promeruit. Quibus verbis illud per ma-

nus traditum est, donatum, aut relictum consanguineo,

in dubio sanguinis contemplatione datum vi-

deri, præterquam si filio famil. militi coniunctus ali-

qua dederit, quo casu non coniunctionis, sed mili-

tiæ prætextu, & occasione donasse intelligendus est.

Vnde erit peculii castrensis ea acquisitio. l. hæredi-

tate. ff. de castr. pecul. Vtriusque pronuntiati ratio-

nem perscrutati sunt † multo labore Ioan. Crot. in l.

frater à fratre. ff. de condic. indeb. & Hispani quidam

in §. actiones. colum. vj. de actio. tandemq; confide-

rarunt, quod vbi donatario est utile sanguinis præ-

sumptione accipi, ad eam lex deflectat, ut in Papinia-

ni respõso. d. §. quæ tutoribus. quod pater filio cohæ-

redi impuberis, eidemq; tutori dedit tanquã filius, nõ

tanquã tutor patris iudiciũ creditur promeruisse, ne

post excusatione relictũ perdat. Quod si ea sanguinis

præ

Explicatus  
§. quæ à tu-  
toribus.

Cõsideratio  
Crot. &  
Gomes.

præsumptio donatario damnosa sit, aut minimè in  
moda, non ad eam lex recurrat, sed diuersam dona-  
tario commodiorem potius sequatur, vt cum filius  
militi, & coniuncto donatum est, tunc enim non fa-  
guinis, sed militiæ ratione datum esse credendum est.

3 *Filius fami-  
liis in ca-  
stris libus lo-  
co patris fa.*  
vt ea res castrensis peculii fiat. d. l. hæreditate. atq.  
ita nullū ius pater in ea habeat. l. iij. C. de cast. pecu-  
milit. lib. xij. C. sed liberè disponat filius actionē  
& persecutionē etiā inuito patre habeat. l. miles pro-  
cipuam. & l. sequen. ff. de castr. pecul. item testetur  
quib. nō est permiff. fac. test. in omnibusq; vice patris  
familias fingatur. l. ij. ff. ad Macedonia. quod & pe-  
pulchrè docet Iuuenal. aut quisquis is fuit, qui Satyrus  
de militū præmiis, & cōmodis scripsit: nā eam nō est  
Ioue. multi suspicātur. Authoris aut Verba hæc sunt

*Solis præterea testandi militibus ius*

*Vivo patre datur: Nam quæ sunt parta labore*

*Militia, placuit non esse in corpore census.*

4 *Improbata  
ratio Croc.  
& Hispa.*  
Cæterum hæc recentiorū declaratio nunquam  
placuit, nā præterquam quod nimium regulā restringit,  
est contra Inno. iij. constitutionē in cap. requisitus  
de testa. qua præsumit testantē magis diligere cōsanguineos,  
quā propriā animā, eo tempore quo nemini tamē suæ  
salutis immemorē esse verissimile est. Vnde relic-  
tū episcopo à consanguineo nō ecclesiæ, aut pater-  
perū Christi cōtemplatione, sed personæ episcopi re-  
lictū intelligitur. Nec diuersum in milite dicam, quod  
quod ab agnato donatū erit, sanguinis potius quā militiæ  
ratione donatū crediderim. † Nec nos mouet Traphonii  
respōsum in d. l. hæreditate, quod nihil de Papiani  
regula in d. §. quæ tutoribus. detrahit: illic quæ-  
re.

5 *Explicata  
liberedita-  
te.*

pē n  
mili  
cōm  
effi  
dona  
sting  
focio  
sis ca  
nihil  
cieta  
Cora

L  
poni  
sum  
Prain  
Expl  
L. fun  
Serui  
Expla



tura  
larin  
di. ff.  
cōred  
recipe

pè non fuerat simpliciter relicta hæreditas ab agnato militi, sed data erat hæreditas ab agnato, eodemque cõmilitone: quo casu vt ostendat Trypho, cõmilitium efficere, non solam donatarii militiæ disciplinam, vt donatum militiæ, contemplatione intelligatur, distinguit: vt si † post commilitium, hoc est ipsam belli societatem, factum est testamētum, sit peculii castrẽsis ea hæreditas, si ante, secus dicendum. Aliud autem nihil est commilitium, vt illic Bud. exponit, quam societas militaris, & contubernalis amicitia. *Ioannes Coras. Tolosæ.*

*Cõmilitiũ quid.*

*L. fundũ. & l. sed ante. ff. de except. aliter exponi debuisse quàm doctores faciant: & quẽ sensum accipiant ea verba, ne præiudiciũ prædio fiat.*

*Præiudicium quid.*

*Explicatus locus Paul. ad Timot.*

*L. fundum. & l. sed si non è enodat. e.*

*Seruitutem prædialem solus dominus petit.*

*Explicata Iul. Paul. verba.*

CAP. V.

**S**UNT quædam regulæ cumulationem impediētes, quarum hæc primas partes tenet: si duo iudicia inter se eius sint natura, vt absolutoria lata in primo, paritura sit in secundo exceptionem rei iudicatæ, cumulari nequeunt, quam ex. l. fundũ. l. sed si ante. & l. fundi. ff. de exce. Bar. & alii in l. adita. C. de edẽ. probari cõtēdūt. Verũm eas leges hæc interpretationẽ minime recipere in §. nihil cõe. ostēdimus. Earũ † tamẽ, vt verũ

*Cumulatio regulæ.*

sen

sensum habeas, scire debes præiudicium in titulo  
 excep. & aliis multis iuris partibus non damnatum  
 iacturam significare, quemadmodum Accursus. &  
 liqui eius farinae authores falso putauerunt, sed  
 tuis ante iudicatum, quod exemplum postea præiudicibus  
 ad iudicandum in eadem, aut pari causa.  
 Vnde Asco. Pædia. *Præiudicium*, inquit, dicitur res  
 cum statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum quod  
 quantur. Et præiudicare, inquit Bud. id est quod  
 te iudicare. Cū enim iudiciū sit res quæ causam, in  
 dirimit, liquet ante iudicata recte dici præiudicium  
 quæ sequētibus negotiis diiudicandis viā parant. Præ  
 inde si antea iudicatum est, & in alio negotio ferenda  
 sententia, si ea quæ ante iudicata sunt sequētibus  
 stant, aut sequētia limitat, tūc dicitur præiudicium.  
 † Hinc Paul. j. ad Timothæū 5. verba explicatur, quæ  
 quit: *Testificor corā Deo: & domino Iesu Christo, & de  
 angelis, ut hæc custodias sine præiudicio, nihil  
 aduocationē.* His verbis significans, quæ oportere in  
 iudiciis obeundis integrū, & incorruptū ad cognitum  
 accedere, æquūq; se præbere litigantibus, ne fiat præiudicium,  
 hoc est, ne quis ad alteram partem proprior  
 prior ante iudiciū sententiā ferat, quàm sibi seorsum  
 stillauerit fauor, odium, ira, aut alius quispiā affectus  
 sed ex ipsa re cognita sumens quod recte pronuntietur  
 nihil agēs per aduocationē, id est per gratiā nec in  
 nec in illā partē declinādo. Hierony. præterea in  
 illā dicit: Nō ex præiudicio Dei, sed ex factis nostris  
 misa pēsari, hoc est nō ex eo quod Deus Op. Max.

2  
 Verba Pau.  
 apostoli ex-  
 plicata.

3  
 Inuenerunt

iudicauit. † *In quibusdam locis dicitur: In iudicio dicitur  
 dicitur in quibusdam locis dicitur: In iudicio dicitur  
 dicitur in quibusdam locis dicitur: In iudicio dicitur*

~~Præiudicium dicitur quod in causa de qua agitur~~  
 Horum præiudiciorum vim, in tribus generibus  
 versari elegantissimè, vt & alia omnia ostēdit *Quin-*  
*tilia.* libro Instit. orator. v. capitulo ij. Et ita nobis vsui  
 tripliciter esse potest: vel enim explicatur præiudi- *Præiudicio-*  
 cium cū de pari, vel simili causa iudicatum est, quod *tum vsus.*  
 rectius (vt idem *Quintilia.* ait) exemplum appellatur,  
 quod parū, aut nihil vrget: siquidem non exemplis,  
 sed legibus sit iudicandum. l. nemo. C. de senten. &  
 non tam spectandum sit quod Romæ factum est,  
 quàm quod fieri debet. l. sed licet. ff. de offic. præsid.  
 Explicari potest secundò præiudicium in eadem cau-  
 sa, & tertio de eadem causa, quæ omnia ad exempla  
 nostræ disciplinæ clarificat *Zaf.* in rubrica. ff. de ex-  
 cep. Quo loco aliud præiudicij genus considerat,  
 quando præiudicium opponitur de re iudicanda, vt  
 cū petitioni hæreditatis quæstio status obiicitur. l. si  
 quis libertatem. ff. de petitione hæredita. † aut cū  
 actor rei vendicationi ad fundum, confessoriam ad *Vera decla-*  
 seruitutem eidem fundo debitam accumulare con- *ratio ad l.*  
 tendit. d. l. fundum. in qua vult *Africanus* cum qui rei *fundum.*  
 vendicatione ad proprietatem fundi *Titiani* conue-  
 nitur, si deinde confessoria super seruitute viæ, ad  
 eundem fundum *Titianum* per *Sempronianum*, qui  
 ad reum pertinet impediatur, habere exceptionem ne  
 præiudicium prædio fiat, hoc est, ne ante tempus, de  
 causa prima rei vendicationis iudicetur: iudicaretur  
 autem in confessoria dominium, cū seruitutem  
 viæ, itineris, vel aliam nemo nisi qui dominus est, pe-  
 tere possit. l. ij. §. j. ff. si serujt. vendi. Hoc est quod di-  
 cit *Africa.* in dicta l. fundum. Quoniam non aliter



mihi viam deberi probaturus sim, quàm si prius probauerim fundum Titianum meum esse. † Caterum viam ante petam, deinde fundum, nō nocebit exceptio petitioni præiudicium fiat, quoniam quod iudicatum erit in rei vendicatione, nō præiudicat, hoc est antedecedit confessoria. l. sed si ante. ff. de excep. quāquā etiam fundum suū esse actor probet, atq; ideo obtineat propterea probatū, vel etiā iudicatū erit ei fundi iurisdictionem deberi. Et propterea diuersitas quædam eorum, hoc est rerū petitarū, hoc casu intelligitur, et eo ordine propositæ petitiones fundi, & seruitutis nihil habeant cōe: videlicet quòd fundū Titianū me esse aliter probaturus sim, quàm vt mihi viam deberi probare oporteat. † Nō itē, inquit Iuriscōsult. *resistitum, hoc est victoriæ, causæ pares sunt*, siquidē in rei vendicatione causā restitutionis, & victoriæ sit dominus in confessoria verò sola probatio debitæ seruitutis iam fundū actoris esse cōstat. At in specie Africanæ l. fundum. causæ victoriæ pares esse videntur, propterea quòd in confessoria accumulata, dominium probare oporteat, de quo duntaxat, in primo rei vendicationis iudicio agimus. *Ioannes Corasius Tolosa.*

*L. Mora. ff. de vsur. duobus in locis nouè declarata: aduersusq; omnes probatum moram interpellatione non fieri.*

- 1 *L. Mora. nouè declaratur.*
- 2 *Explanata. l. omnis diffinitio.*
- 3 *Interpell. sola, an mora contrahatur.*
- 4 *Enodatus §. vsuras.*
- 5 *Explosus communis sensus ad l. Mora.*

*Explicata  
l. sed si ante.*

6 *Saly*  
7 *Nom*  
8 *Den*  
9 *Ad*  
10 *Itera*  
11 *Decl*  
12 *No. c*



proba  
ptero  
scrip  
ra. ff.  
ciant  
tion  
orat  
mati  
Et a re  
ni res  
& po  
fieri in  
tus, op  
nabit  
est hui  
psit: an  
iuris a  
iuris q  
illa. I

- 6 *Saly. interpretatio reiecta.*  
 7 *Nova opinio.*  
 8 *Denuntiandum sepe in praeiudicialibus.*  
 9 *Alciat. perperam emendat literam §. Seya.*  
 10 *Iterata interpell. purgationem non impedit.*  
 11 *Declaratus §. de illo.*  
 12 *No. consideratis.*

## CAP. VI.



**D**IFFICILIS **†** frequentissime doctores de Mora diffinitione, quibus tandem satis visum est, eam ita describere, ut sit debiti solvendi, vel crediti recipiendi à iure im-

*Declarata l. Mora.*

*Mora finitio.*

probat, & punita dilatio. Finire tamen non audent, propterea quod Pomp. libr. xij. Epistolarum apud Marcel. scripserit difficile esse huius rei diffinitionem. l. Mora. ff. de vsur. Quae tamen locum nos aliter atque ceteri faciunt, semper sumus interpretati, ut non de vera diffinitione, qua quid sit res explicatur, sed de brevis quadam oratione, & sententia, qua plurimum rerum breviter, summatim, & absolute fit traditio, quasi quae ad regulam exacta rerum doctrina, quam Graeci Aphorismum, Latini regulam dicunt, accipi debeat: quod satis & priora, & posteriora Marcell. verba significant. Mora (inquit) fieri intelligitur non ex re, sed ex persona, id est si interpellatus, opportuno loco non soluerit, quod apud iudicem examinabitur. Nam (ut Pompo. libr. xij. Epistolar. scripsit) difficilis est huius rei diffinitio. Diuus quoque Pius Tull. Balbo rescripsit: an mora facta intelligatur, neque constitutione ulla, neque iuris autorum quaestione decidi posse, cum sit magis facti, quam iuris quaestio. Haec tamen ille, qui satis demonstrat verba illa. Difficilis est huius rei diffinitio, non ad Morae

*Diffinitio quomodo accipiat.*

- finitionem, sed ad factum, quando videlicet moram  
 2<sup>a</sup> ita dicatur, referri. † Sic & alibi Vlpia. *Omnis diffinitio*  
*L. omnis diffinitio. expl. cat.* *in iure civili periculosa est: parum est enim, ut non subne-*  
*possit.* L. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Nam omnes pro  
 pe qui eum tex. exposuerunt, diffinitionem illic effe  
 rium rerum breuiter, & sub regula factam traditio  
 6  
 voluerunt: quod & verum est, quāquam Guliel. B.  
 autor alioqui grauissimus litem sub iudice relinqua  
 Fit autem mora ex persona, si interpellatus, oppor  
 no loco, & tēpore nō soluit. d. l. mora. & l. si ex lega  
 ff. de verbo. obligatio. semel autem interpellatione  
 etiam extra iudicium interuenisse sufficit. l. qui m  
 ri. & l. denuntiasse. ff. ad legem Iul. de adulter. in  
 7  
 3  
 † dici solet vnicam interpellationem, vt mora fiat  
 cere: in quam rem existimant interpretes, expressa  
 esse Iul. Pau. responsum. *Tamen, inquit Iul. Pau. non*  
*mora hoc habendum est, quam semel interuenisse sufficit*  
*perpetuò debeantur.* l. Titia Seyo. §. vsuras. ff. de lega.  
 Sed ea verba nihil probare ab ineunte aetate animi  
 uertimus: liquidem ad moram, non etiam ad interp  
 4  
 lationem referantur. Nec † præterea vera mihi videt  
 hæc communis sententia, cum apud illum ipsum Mo  
 cel. in d. l. mora. scriptū offenderim; non protinus  
 ram factā intelligi, si debitori denuntiātū sit, & co  
 sa fuerit debiti repetendi instantia. Vmbræ autē lo  
 8  
 & somnia quæ comminiscuntur, & subaudiūt An  
 Bart. & alij de danda dilatione, vt ita Marcel. velit  
 bitorem primò interpellatum in iudicio compar  
 se, seq; necdum satisfacere posse dixisse, cui credit  
 ideò dilationē dedit: itaq; licet in mora debitor fut  
 per solā interpellationē cōstitutus, quia tamen esse  
 credit

Contra Bu  
deum.

Enodatus  
§. vsuras.

creditor dilationem dedit, mora omnis censi debet purgata. † Hic enim sensus neque constat, neque literæ Marcelli concinnè adaptari potest. Nam præterquam quòd insolenter diuinat, cum de dilatione ne minimū quidem verbum in textu, huic sensui litera repugnat, idcirco † Saly. aliter Marcelli constitutione exponens intelligit, vt repetitio de qua illic, & instatia locū habeat vbi prima interpellatio nō tenuisset, vti facta in cōgruo loco, & tēpore. Nā vbi rectè & legitime facta est, sufficit vna (inquit ille) pura & simplex interpellatio. Qui intellectus etiam diuinat, neque literæ cōuenit. † Mibi proinde semper visum est ex eo textu, solā interpellationē extra iudiciū factam nō sufficere, vt quis in mora constituatur, nisi eo casu quo aduersarius interpellatus, sui copiā amplius nō facit: vt etenim ei denuntiātū legitime intelligatur, debet instare creditor, petendo semel, atque iterū, hoc est, sæpius. l. veluti. ff. de edēd. Cū enim semel tantum denūtiāuit creditor, & deinde cū possit iterū petere cessat, cōiectat lex eū non perseverare in ea volūtate, vt in mora debitorem velit cōstitui. Quare nō aliter sola interpellatione debitor in mora cōstituetur, quā si is admonitus sui amplius potestātē nō faciat, ita vt nō sit in creditoris potestate, amplius debitū petere: qui sensus clarus, & nitidus est, tametsi nouus ad d. l. Mora. † Vnde frequēter apud Iuriscōsultos legimus nō aliter interpellati morā argui, quā cū sæpius ei denūtiātū est. l. si cōuenit. ff. de pig. act. l. Acilius Larginus. ff. de mino. l. si mādato. Titij. §. ille aut ille. ff. mād. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbo. obl. Quod & rationem manifestā habet, profluūt quippè ex mora innumeri, graues, & præiu-

Saly. sententia consultata.

Nova opinio

Sæpius denūtiandum.



diciabiles effectus, quibus omnibus affici sola demer-  
tiatione interpellatum parum æquum esset: quocirca  
lex voluit vbi de graui tractatur negotio, aut præiudicio,  
non semel, sed instanter, & sæpius contestationem  
faciendam esse. l. j. §. de inspiciendo. ff. de vent. in sp. l. i.  
ff. de libell. dimisso. ca. j. de suppl. neglig. prælat. Sic

*Oblatio quã  
do in mora  
constituat  
creditorum.*

alibi Scæuola noluit oblationem à debitore credito-  
factam, aliter in mora credito-  
retur cursus vsurarum, quàm si cum sui potestate fa-  
ret creditor, non cessaret pecuniam debitor offerre.  
qui Romæ. §. Scya. alleg. qui tex. ita legi debet, vt ma-

9

*Emendata  
ab Alciat.  
perperam li-  
tera.*

uissimè Haloandri codex indicat, † tametsi Alciat. l. i.  
dispunctio. j. c. xiiij. & si ante cessasset. legendum docet  
Veru-  
nimenim uerò ex prædictis non tam rigidè docet  
mnibus casibus non vnã interpellationem sufficere,  
mora fiat: fieri siquidè potest aliquando, vt vnã suffi-  
re iudici æquum videatur, sed id habita ratione loci  
temporis, & personarum iudex examinabit, ad que-  
spectat scire, & prudenter iudicare quando mora facta

10

*Geminata  
interpellatio  
an more pur-  
gationem im-  
pediat.*

intelligatur. d. l. Mora. † Porro cum aduersus doctores  
ostensum sit vnã interpellationem non sufficere,  
mora ex persona fiat, vt dicamus consequens est, si  
sam esse communem aliam eorundem sententiam, quæ  
pluribus in locis prædicant moræ purgationem imp-  
diri, vbi interpellatio geminata est. Id ex Africæ  
constitutione probantes. l. Traiectitiæ. §. de illo. ff. de  
actio. & obligatio. in quam etiam opinionem conce-  
fit consulendo Roma. consi. ccclij. col. ij. subiiciens  
ctè intuente hoc expressim Vlpia. docuisse in l. si in  
lam. ff. de verbo. obli. cum tradit moram duplicatam  
per lapsum videlicet dici, & contestationem litis, per

gati  
rum  
qua  
tio,  
11 debi  
de il  
quic  
si in  
dup  
ped  
Afr  
mi:  
den  
12 in d  
me  
lati  
gati  
vtra  
mu

1 Com  
2 Nou  
3 Inte  
4 Imp  
5 Vsu  
6

gati

gationis excludere facultatem. Cæterum si hoc verum esset, nunquam purgationi moræ locus fieret, quando, vt probauimus, non vna sufficiat interpellatio, sed geminata, imò pluries facta sit necessaria, vt debitor morosus fiat. † Nec quicquam nos mouerit §. de illo. in quo non de duplici interpellatione agitur, quicquid Angel. Roma. & sequaces fabulentur in d. l. si insulam. & l. & si post tres. ff. si quis caut. & tametsi duplex interuenisset non fuit hoc in causa quare impediretur moræ purgatio. Deniq; non loquitur illic Africa. de publicis interpellatione vniuersali sed difformi: altera quippe per dici lapsam, altera per hominis denuntiationem fiebat, quod etiam est Vlpiani thema in d. l. si insulam. † Qua in re ego aliàs non omninò me à communi separans dicebam, duplicem interpellationem difformem seu diuersæ speciei, moræ purgationem impedire: quòd si eiusdem speciei sit, quia vtraque hominis, & extraiudicialis, secus. arg. l. sancimus. C. de fideiuss. & §. item mixta. de actio. in Instit.

*Ioannes Corasius Tolosa.*

*In iudiciis stricti iuris vsuras à tempore litis contestatae, citra stipulationem venire: & aliter intellecta plures leges quàm ab aliis fuerint.*

- 1 *Communis in questione nostra sententia.*
- 2 *Noua opinio.*
- 3 *Intellecta nouè legum.*
- 4 *Imperatoris responsa duo explicata.*
- 5 *Vsura in legatis ante contest. non veniunt.*
- 6 *Actio ex testamento stricti iuris.*

7 Mora aliter in Usuris, quam in interitu fit.

8 Explanata plures leges Iuriconsf.

9 Enodatus §. etiam. l. qui solidum.

## C A P. VII.

I  
Communis  
opinio.

CETERUM quia in tractatum no-  
lem moræ incidimus, illud quoq; bo-  
parti subscribēdū est, in quo scriptor  
nostros miserè conflictari animadu-  
timus, à verò longè aberrantes. Hoc

Usura à quo  
tempore ve-  
niant.

L. lite. ff. de  
usur. malè à  
doctoribus  
intellecta.

2

quidem inter bonæ fidei, & stricti iuris iudicia dif-  
minis cōstituūt, quòd in illis ex mora vsuræ debeā-  
l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vsu. In his verò cū cit-  
stipulatiōis vinculū nō veniāt. l. quāuis. C. de vsur.  
quidē à tēpore litis cōtestatæ currūt. l. j. C. de cōdi-  
de. l. quoties. C. de cōdi. ob tur. cau. quāquā fructus  
liæ uē accessiōes naturales, & intrinsecæ (quibus ut  
gis faueatur æquitas postulat cū ex re ipsa sint) ab  
tēpore veniāt. l. cū fundus. ff. de reb. cre. nō autē nisi  
tierit actor quod suū fuit, quo casu à tēpore moræ  
bētur. l. videamus. §. si actionē. ff. de vsur. Et quod  
Pau. dixit in l. lite. illo tit. *lite contestata Usuras currere*  
ex cōmuni doctorū calculo accipiendū est in contr-  
ctibus bonæ fidei, cū mora non præcessit litis cōtes-  
tationis. Quem sensum nos quā longissime à vero abesse  
namur, cū illud Pau. responsum, nō de iudicis bonæ  
dei loquatur, de quibus paulò ante Marcell. tractau-  
rat, sed de stricti iuris, in quibus quando vsuræ veniūt  
nihil dictū erat. Quod igitur cōstituit Pau. *lite con-*  
*testata Usuras currere*, docuit, vt nemo nō videt per  
dū regulæ, quā coarctare ad casum qui nunquā, aut  
rò euenit: nempe adiudicia bonæ fidei, in quibus aut

litis  
lera  
Nec  
non  
mif  
text.  
verit  
ftri  
& si  
quic  
pecu  
sttur  
duct  
hac,  
ideo  
debe  
milli  
solen  
d. l. T  
nebr  
tiocin  
est co  
non c  
sti iu  
nostr  
ftri  
enim  
cipar  
Legit  
prate  
quoti

liti

litis contestationem mora facta non est, præter intolerabilem diuinationem per quam absurdum videtur. Nec enim facile, inquit Vlpian. euenire potest, ut mora non præcedente perueniatur ad iudicem. I. in fidei commissi. ff. de usu. Propterea semper ipse existimaui eum text. in d. l. lite. in iudiciis stricti iuris loqui, quo fit, ut verius esse aduersus doct. crediderim, in contractibus stricti iuris vsuras à tempore litis contestatæ venire, & si solenni stipulatione promissæ non sunt. † Nec quicquam me mouerit d. l. quamuis. quæ specialiter in pecunia credita loquitur, in qua hoc singulariter constitutum reperitur, ut vsuræ non in stipulationem deductæ non debeantur. I. Titius. ff. de præscript. verb. hac, ut opinor, ratione, quòd mutuum recontrahatur, ideo noluit lex facitè concedere maiorem summam deberi, quam re ipsa numerata esset. I. si tibi decem millia. ff. de pac. l. rogasti. §. si tibi. ff. de reb. credit. sed solennem stipulationem desiderauit. d. l. quamuis. & d. l. Titius. Adde quòd cum Imp. in d. l. quauis. de fœnebris pecunia specialiter loquatur, ab speciali ita ratiocinabimur, si in fœnebris pecunia hoc singulariter est constitutum, ut vsuræ citra stipulationis vinculum non debeantur, ergo in aliis contractibus tamen si stricti iuris sint, secus est dicendū. Et ita cõstat interpretes nostros ex eo text. perperã decerpisse, in contractibus stricti iuris non nisi ex stipulatione vsuras deberi, hoc enim non ex puris particularibus, sed ex vno, & simplici particulari est aliqd inferre, quod nec Logicus, nec Legista admittit. Ang. in l. ij. ff. de verbo. oblig. † Nec præterea negotium nobis faciunt. l. j. C. de cõdi. inde. l. quoties. C. de cond. ob. tur. caus. nã leges illæ nõ negat

Retorquet  
l. quamuis.

Mutuum re  
contrahitur.

Fœnebris pecunia.

Dissoluit l.  
j. & l. quoties.



vsuras à tēpore litis contestatæ venire, sed nolunt  
 ras pecuniæ indebitæ solutæ, quã soluēs per cōditi-  
 nem indebiti ob turpē causam repetit ab eo tempo-  
 quo pecunia indebitē tradita est venire: fatis enim  
 sultum esse putauerunt legislatores ei qui pecunia  
 imprudens soluerat, si concederent ei pecuniæ sol-  
 repetitionem, nec negāt quin vsuræ lite cōtestata  
 rāt. Verumenimvero placuit mihi aliquāto in hac  
 teria liberius spatari, cū enim in legatis & fidei-  
 missis post morā vsuras deberi cōmunis sentētia sit  
 Titia Seyo. §. vsuras. l. si quis seruo. ff. de leg. ij. l. si  
 ff. de cōd. & demon. l. j. §. bellissimè. ff. vt leg. no. ca. e  
 si Respub. morā fecerit. l. qui solidū. §. etiā. ff. de leg.  
 quòd legata & fideicommissa iudiciis bonæ fidei ad  
 quata sint. l. in minorū. C. in quib. cau. in integ. resti-  
 est neces. † Exercitādi tamē ingenij gratia, de super-  
 re loco aliquando defendi etiā in legatis quæ ad  
 ex testamēto petūtur vsuras nō venire, nisi à tēpore  
 tis cōtestatæ: in quā sententiā fortissimè me impul-  
 j. C. de vsur. & fruc. le. Legatorū, seu fideicommissorū  
 (inquiūt illic Seuer. & Anto. Impp.) vsuras ex eo tē-  
 pore, quo lis cōtestata est exigī posse manifestū est  
 & idē Ant. in l. ij. illo tit. Et si constiterit legi Falcid-  
 locū nō esse, & vsuras, & fructus post litē contestat-  
 percipietis. Quæ cōstitutiones à doctoribus violen-  
 restringūtur, vt accipi debeāt, cū ante litē contestat-  
 mora facta nō est. Hæc autē declaratio quā par-  
 teræ cōueniat, vnusquisq; viderit. Facit & ad nos  
 opinionē regula, quā nos verā inexpugnabiliter pro-  
 uimus lite cōtestata in iudiciis stricti iuris vsuras  
 rere. l. lite. ff. de vsur. † Actionē autē ex testamēto

No. opinio.

Vsura an in  
 legatis ex  
 mora debeā-  
 tur.

5

Diminax do-  
 clorum in-  
 tellectus.

Actio ex te-  
 stamēto stri-  
 cti iuris.

6

Et iu-  
 rit, q-  
 ideo  
 etiā n-  
 sam, l-  
 cond.  
 tamen  
 contr-  
 quod  
 titio-  
 li rati-  
 mino-  
 tas: vt  
 bonæ  
 actio-  
 iusmo-  
 ij. liij.  
 poli.  
 testan-  
 iuris  
 que n-  
 litis cō-  
 in leg-  
 que le-  
 vsuras  
 post r-  
 non n-  
 ff. de v-  
 autem  
 fauen-  
 moran-

7

Et iurisse, nemo est dum civiles institutiones vide-  
 rit, qui nesciat. §. actionū. de actio. in Insti. nā & in ea  
 ideo in litē non iuratur. l. alias. ff. de in lit. iur. cū qua  
 etiā non cōcurrit: propterea condictio ob turpē cau-  
 sam, licet cum bonæ fidei iudiciis concurrat. l. fin. ff. de  
 cond. ob tur. caus. & sit arbitraria propter locum: cū  
 tamen in bonæ fidei contractibus actio tantum ex eo  
 contractu detur. l. si hæres. & l. in bonæ fidei. ff. de eo  
 quod cert. lo. Neq; inficior nonnunquam legatorū pe-  
 titiōnē bonæ fidei iudicis comparari, cæterū id specia-  
 li ratione constitutum, vt in minorum persona. d. l. in  
 minorū. aut cū subest alia vel naturæ, vel legis æqui-  
 tas: vt cū proditū est in actiōne ex testamēto sicut in  
 bonæ fidei iudiciis soluentem rem deteriore prima  
 actiōne non liberari, sed ea contra reū agi posse. l. hu-  
 iusmodi. §. ædes. ff. de leg. j. l. Meuius. §. fundo. ff. de le.  
 j. l. iij. §. si reddita. ff. cōmod. l. j. §. si res deposita. ff. de-  
 positi. Planē genuina, & natiua natura eius actiōnis ex  
 testamento est, vt stricti iuris sit, & iudiciorum stricti  
 iuris naturā sequatur. In quibus cū certum sit ex iis  
 quæ nos præter alios palam fecimus vsuras à tempore  
 litis contestatæ deberi, neq; tempus moræ spectari, cur  
 in legatis, & fideicommissis aliud constituendum sit ne-  
 que legem, neque rationem video: loquor respectu  
 vsurarum, † nam quod ad periculum interitus spectat,  
 post moram iure commissam ad hæredem pertinere  
 non negauerim. l. quod te. ff. de reb. cred. l. si ex legati.  
 ff. de verb. oblig. tunc quippè de re ipsa agitur, vsuræ  
 autem extra rem sunt, & odiosæ, quibus ideo non tam  
 fauendum est. † Et quod Marcel. in d. l. mora. dixit,  
 moram factam intelligi quoties opportuno loco, aut tem-  
 pore

Legata bo-  
 na fidei cō-  
 tractibus æ-  
 qui paratur

Diversum  
 in periculo  
 interitus.

Declarata  
 l. mora.

pore interpellatus non soluit, in legatis, & fideicommissis quod ad usuras spectat non procedit: in iis etiam tempus opportunum lex tantum esse voluit, tempus contestatae. d. l. j. C. de usur. & fruct. legat. Alia autem leges, quae dicunt ex mora in iis quae pendunt ex voluntate usuras venire. l. si quis seruo. l. qui solido. §. etiam. l. Titia Seyo. §. usuras. ff. de leg. ij. l. j. §. bellum. ff. ut leg. no. cau. ab Imp. interpretatae sunt, verum non tam fieri in usuris per factum extra iudicium intelligant, sed per litis contestationem. Quod nec durum videatur legendus est Papin. in d. l. qui solido. etiam. qui posteaquam docuit usuras legatorum, & fideicommissorum etiam Remp. post moram praestare oportere, moram interpretatus est per sententiam *sartiendum erit* (inquit) *ab his, qui post dictam sententiam soluere superfederunt.* Neque enim vult illic Iurisconsultus quod Doctores putant, a tempore morae factae interpellationem extrajudicalem teneri Repub. praestare, sed tantum post sententiam, per quam singula est in Repub. ut mora tantum facta intelligatur. Ergo in legatis ab haerede priuato relictis absurdum erit ex imperatoris l. j. C. de usur. moram ex litis contestatae tempore interpretari. *Ioann. Corn. Tit.*

*Actiones bonae fidei & stricti iuris, curae dictae sint plurimorum sententiarum consuetudine dilucidè explicatum.*

- 1 *Iustinianus improprietas arguitur.*
- 2 *Plus, & minus non differunt specie.*
- 3 *Francis. Curt. praeceptor auctoris.*
- 4 *Cur. consideratio explosa.*

Explicati §. etiam. §. usuras. & §. bellum. §. etiam.

9 Explicatus §. etiam.

Vera  
Bona  
Bona  
Causa  
Bona  
Actio  
Venditio  
Stricti  
Actio  
Thor  
Et ius  
negotio  
Imp  
ita d  
Et ius  
bra o  
genus  
neces  
mala  
nus p  
deat  
de ac  
naq  
obli  
ris fu  
boru

- 5 *vera declaratio.*  
 6 *Bona fides verbum quid.*  
 7 *Bona fidei possessor.*  
 8 *Causa iniusta excusat.*  
 9 *Bona fides & equitas idem.*  
 10 *Actiones bonæ fidei cur sit dictæ.*  
 11 *Vendito equo vendita ornamenta.*  
 12 *Strictum & summum ius.*  
 13 *Actiones stricti iuris cur sic appellatæ.*

## CAP. VIII.



T quoniam de actionibus bonæ fidei, & *Actiones bonæ fidei & stricti iuris.*  
 stricti iuris satis multa, nec citra delectū  
 congesimus, adiiciendū & illud opere-  
 pretium duximus † quam obrem iuris au-  
 thores actionum aliquas bonæ fidei, aliquas verò stri-  
 cti iuris esse voluerint: quæ res interpretibus nō semel  
 negotium fecit. Sed & hos illud anxie contorsit, quod  
 Imp. in §. actionū. de act. in Insti. actiones aliquando  
 ita diduxerit. Actionū quædā bonæ fidei, quædā stri-  
 cti iuris sunt. Cū etenim diuisionē omnē per mem-  
 bra opposita fieri oporteat, perperā Iust. eloquentū in-  
 genuē fatendū, quē ita per species contrarias diuidere  
 necessū erat, Actionū quædā bonæ fidei sunt, quædam  
 malæ fidei: vt & alibi Iul. Paul. de possessione dixit: ge-  
 nus possessionis in duas species diuidi posse, vt possi-  
 deatur vel bona fide, vel nō bona fide. l. iij. §. genera. ff.  
 de acq. pos. aut cū nulla actio malæ fidei sit: exigitur  
 nāq; in omnibus bona fides. l. bonā fidē. C. de actio. &  
 obli. Actionū quædā largi, siue ampli, quædā stricti iu-  
 ris sunt. Fab. Platea. & Ias. in d. §. actionū. fatetur ver-  
 borū proprietate spectata Imperatorē nō fat bene lo-  
 quutum:

Institutio-  
nes in Ty-  
ronum gra-  
tiam adite.

quutū: at cū in Tyronū, & puerorum gratiā Insti-  
tionū librū dederit. §. sed nec in primis, de leg. c. 1.  
& ruditer non verborū superficie attenda, sed effe-  
tantū considerato ita diuisit. Actionū quædam bonæ  
fidei, quædam stricti iuris: quasi dicat, Actionū quæ-  
dam magis in bona fide exuberāt quàm aliæ, & sic  
spectu bonæ fidei, sunt vberioris, & largioris iuris.  
Quædam minus exuberantis, & stricti iuris. Quædam  
solutio à vero longè lateq; abest: vt enim reliqua po-  
tereamus, illud apertissimū est, quòd licet in bonæ  
dei iudiciis, exuberantiō sit bona fides, & in stricti iuris  
minus exuberās, nō tamē ideo specie differre dici  
sunt † quādo cōstet ea quæ secundū plus & minus  
ferūt, nō propterea specie differre. l. si. ff. de fun. in  
† Aliter itaq; celeberrimus legū interpres, & mihi  
maioribus obseruandus præceptor, Fran. Curt. in l.  
actionibus. ff. de in lit. iuran. hunc obicē diluit. Pe-  
igitur, actiones bonæ fidei, ideo sic dictas, quòd in  
tractibus ex quibus profluūt, bona fides necessaria  
& ad substantiā contractus pertineat. Id autē vel

Dolus dans  
causam quā  
do contra-  
ctum vitiet.

cōstat, quòd si initio bona fides non interuenerit, dante  
cōtractui causam, ipso iure nullus sit cōtractus  
l. & elegāter. ff. de dol. l. in causæ. ff. de min. in stricti  
ris iudiciis nō itē, tametsi etenim dolus ab omni cō-  
tractu abesse, ac bona fides vbiq; adesse debeat: non  
mē de substantia in cōtractibus stricti iuris exigatur.  
cōsiderato tantū effectu, quibus propterea si dolus  
causam, mero iure valent, quanquam actione de do-  
rescindantur. l. dolo. C. de inu. stip. † Sed neq; hæc  
sideratio, tametsi ingeniosa & arguta, tollit diffini-  
tatem: alioqui dicendū esset, Imperatorē in d. §. ac-

4

num  
ciscu  
fidei  
diu  
tur. l.  
vtriu  
iudic  
næ fi  
cōtra  
resci  
Petr.  
mini  
liore  
tur te  
de in  
5 empt  
inter  
pta r  
actio  
omn  
iure,  
cund  
reno  
anim  
Proc  
dem,  
non  
pa. le  
ne. E  
omni  
j. ff. m

num. perperā collocasse iudicia diuisoria familiae er-  
 ciscundae; & communi diuidendo, inter iudicia bonae  
 fidei: cum iudiciis eiusmodi dolus dans causam, nullā  
 diuisionē non faciat, quanquā detecto dolo reforme-  
 tur. l. tres fratres. ff. de pact. l. maioribus. C. commun.  
 vtriusq; iud. Et quod non minus me mouet, adhuc sub  
 iudice lis est, vtrum dolus dans causam contractui bo-  
 nae fidei, nullum contractum faciat ipso iure, an verò  
 cōtractu mero iure effectum habente actione de dolo  
 rescindendus sit: in qua sententia procliuiiores fuerūt,  
 Petr. Cyn. Faber, Igne. & alij permulti non parui no-  
 minis doctores, quorum opinionem ego vt probabi-  
 liorem non semel defendi, vt quae apertioribus iue-  
 tur textibus. l. si dolo. C. de rescind. vendi. l. dolo. C.  
 de inutil. stip. l. Iulianus. §. per contrarium. ff. de actio.  
 5 empt. & d. l. maioribus. † Praetermissis itaque his quae  
 interpretum vulgus parum vtiliter in hanc rem scri-  
 pta reliquit: Placuit semper mihi quod Accur. in d. §.  
 actionū. Phil. Dec. pater meus in d. l. in actionibus. &  
 omnium elegantissimè Guliel. Bud. in l. j. ff. de iust. &  
 iure, docuerunt quibusdam hodie hoc parum vere-  
 6 cundè sibi adscribentibus. † Bona fides verbum in iu-  
 re nostro plerunq; simplicem illum purum, & rectum  
 animum ab omni fraude seiunctum significare, vt cum  
 Procul. dixit: *Existimo te in exigendo non solum bonam fi-  
 dem, sed etiam diligentiam prestare debere.* Id est vt  
 non solum à te dolus malus absit, sed etiam vt cul-  
 pa. lege si cum fundum. ff. de contrahenda emptio-  
 ne. Etcum dixit legislator, *equum esse bonam fidem in  
 omnibus contractibus considerari.* lege si mandato. §.  
 j. ff. mandat. lege bonam fidem. C. de actio. & obligat.  
 † ad

Dolus dans causam diuisionis.

Vera dissolutio.

Bona fides quid.

7 *Bona fidei emptor & possessor.* *†* ad quem sensum etiam dicimus, bonæ fidei emptor bonæ fidei; possessores, eos qui dolo carentes & fraude titulum habent vel ab eo qui dominus est, vel ab eo quem tutorem aut procuratorem domini esse existimant, l. quæcunque. §. fina. ff. de publicia. l. bonæ fidei. ff. de verbor. sig. adeò vt propter eam bonam fidem, fructus lucretur. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. dom. & longo tempore vsucapiat, l. si fur. §. j. ff. de vsucap. quanquam huic credulitati, iniusta aliqua aut facta causa, ansam dederit: nam fructus nihilominus lucribitur, quoniam vt eos suos faciat satis est, cum sine

8 *Iniusta causa excusat.* *†* & si iniustis rationibus ductus est, quod & Vlpian. scripsit. l. igitur. §. j. ff. de liberal. cau. *†* Ex cuius responso illud vulgare aduocatorum (inquit Bart. in l. iuste. ff. de acquir. posses.) defenditur. Excessari cum a pœna, qui possessionem intrat decreto iudicis præcedente etiam inualido, nam a dolo quælibet causa etiam iniusta excusat. l. j. in fi. ff. de abigeis. &

9 *Bona fides verbum.* *†* Porro latius interdum verbum bona fides patet, non tam sincere illam voluntatem dolo contrariam, quam æquitatem, & iustitiam ipsam significat. l. at si quis. §. hæc actio. ff. de religio. & tump. funer. cum Tryphon. dixit, *bona fides quæ in contractibus exigitur, summam æquitatem desiderat.* l. bona fides. ff. de pos. Et Vlpian. probans mandati obligationem consistere etiam in remeius qui mādatum suscepit: *si (inquit) pluribus heredibus vendentibus vni mandauero, verum hereditariam mihi emeret etiam pro ea parte, pro qua heredes sit, obligatur mandati actione, & me obligat. Et factus ille propter hoc rem extraneo non addixerit, quod mandatum suscepit: ex bona fide esse præstari ei pretium quæ*

*Vende*  
Eodem  
scripti  
de di  
de con  
bono  
cōstitu  
vno ve  
loc. ex  
confen  
† Inde  
quæda  
teri ob  
alteru  
præsta  
nus po  
namen  
re vend  
ff. de æ  
tame  
tem no  
ficium  
omnia  
tractib  
quod si  
de eo n  
ris, qua  
de act. e  
diciis b  
bonæ fi  
sed offi

*Vendere poterat. l. si mandauero. §. Iulianus. ff. manda.*  
 Eodem sensu dixit Iulianus iurisconsul. *actionem pra-*  
*scriptis verbis ex bona fide oriri. l. ij. §. si. ff. de precar.* In-  
 de dicimus bona fide praestare, bona fide agere, bona fi-  
 de condemnari, quod perinde est atque si diceretur, ex  
 bono & aequo statuere, arbitrari, censere, aestimare, &  
 constituere. Et Graeci, inquit Bud. in l. j. ff. de iust. & iu.  
 vno verbo dicunt *Epüicicare*, quod praeter l. quæro. ff. *Epüicicare.*  
 loc. ex Iuliani & Caij responsis dilucidè probatur. l.  
 consensu. in fi. & l. ex maleficiis. §. j. ff. de act. & obliga.  
 † Inde quisque videt claram rationem, quare actiones *Actiões cur*  
 quaedam dicantur bonæ fidei, quoniam in iis alter *dicta bona*  
 alteri obligatur, aut officio iudicis tenetur, de eo quod *fidei.*  
 alterum alteri ex bonâ fide, hoc est ex bono & aequo,  
 praestare oportet: † vt cum vendito equo, agi nihilomi- *Vedito equo,*  
 nus posse, per emptorem ad sellam, frænum, & alia or- *vendita cel*  
 namenta quibus praesertim ornatus erat equus tempo- *la.*  
 re venditionis celebratæ, dicimus. l. ædiles. ij. in princi.  
 ff. de ædil. edict. l. eum qui. §. non solum. ff. de furt. Et  
 tamen si lex aliquando ad ea quæ venire æquum est, par-  
 tem non obliget, subministrat tamen iudicem, qui of-  
 ficiam suam à parte imploratum, impertiendo, ad ea  
 omnia aduersarium condemnabit. Nam & in iis con-  
 tractibus iudex liberam habet potestatem iudicandi,  
 quod sibi bonum æquumq; visum fuerit: quanquam  
 de eo nihil à contrahentibus dictum est: veluti in vsu-  
 ris, quas cum æquum sit ex mora venire. l. Curabit. C.  
 de act. emp. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. illo tit. in iis iu-  
 diciis bonæ fidei, ex sola mora debentur. l. mora. §. in  
 bonæ fidei. ff. de vsuris. non quòd in obligatione sint,  
 sed officio iudicis praestantur. l. quæro. ff. locat. l. qui



12 per collusionē. ff. de act. emp. † Strictū autē ius (in  
*strictū ius.* Bud. in l. j. ff. de iustitia & iure.) peculiare est voca-  
 lum iuriconsultorum, significans ius prædurum  
 ctum, rigoris plenum, & propemodum iniquum  
 posuerunt quippe iuris autores strictum ius æquū  
 l. ij. §. item Verrus. ff. de aqua plu. arcen. l. placuit  
 de iud. & bono & æquo. l. in iis. ff. de condi. & dem.

*Ius subtile.*

Illud quandoque Iuriconsulti dixerunt, ius subtile  
 si ita scriptum. ff. de libe. & posthu. l. generaliter  
 quis seruo. ff. de liberis & posthumis. R. eliqui vero  
 ni autores summum ius appellant. Ex quo, inquit  
 cero. j. offic. Illud iam factum est tritum sermone

*Summū ius*

*summa cruce*

*& iniuria.*

uerbium, *summum ius, summa iniuria.* & Colu-  
 lib. j. rei rusti. *Summum ius, inquit. Antiqui sum-*  
*putabant cruce.* Summum autem ius appellant  
 de verbis tantum contenditur, neque spectatur  
 senserit qui scripsit, aut qui loquutus est, in quo  
 nere plerunque sub autoritate iuris scientiæ, pe-  
 tiosè erratur: vt Celsus adolescens apud Iul. Partic-  
 cebat. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verborum obli-

13  
*Stricti iuris*  
*actiones cur*  
*sic dicte.*

† Hinc patet cur actiones stricti iuris sic appel-  
 sint: quia in iis nihil venit nec quicquam iudex  
 test, nisi quatenus nominatim à partibus conuen-  
 est, tametsi iudex fortè id æquum esse statuit. Quo-  
 cunque enim palam verbis expressum non est, non  
 sum intelligi debet. l. quicquid astringendæ. l. si  
 stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verborum obligat.  
 Hoc enim ius perquam durum, exactum, ac strictum  
 est, vt vocibus tantum ac literis superstiosè ser-  
 tis, maxime ab æquitate discedatur.

Ioannes Corasius Tholosæ.

C  
 pt  
 t  
 ba

Si do pe  
 Do &  
 Pericul  
 Commu  
 Nouus  
 Conuen  
 Noue e  
 Reiecta  
 No. decl  
 Condi  
 No. inte

**V**

inquit,  
 tio est. Ex  
 chum d.  
 pam pra  
 ff. de cor  
 inquit,  
 contractu  
 est: an n  
 sequenda?  
 repetere p

Compositæ novè ab aliis haudquaquam perceptæ Domitij Vlpiani, & Iubentij Celsi constitutiones, quæ antea ex diametro pugnare videbantur.

*Si do pecuniam ut rem accipiam, an sit emptio.*

*Do & accipio verborum differentia.*

*Periculum ad quem pertineat.*

*Communis ad §. & si quidem, sensus exploratus.*

*Novus ad eum tex. intellect.*

*Conventiones à negotio contracto pendent.*

*Novè explicatum Iul. Paul. responsum.*

*Reiecta communis opinio.*

*No. declaratio.*

*Conditio ob causam, quando cesset.*

*No. intellect. ad l. si. de condi. ob caus.*

C A P.

I X.



VERSABAMVS nuper tractatum de præscriptis verbis, in quo Iul. Paul. in l. naturalis. §. & si quidem. ff. de præscript. verb. ita loquentem deprehendimus. † si,

*Explicatus §. & si quidem.*

inquit, pecuniam dem, ut rem accipiam emptio & venditio est. Et paulo post: sed si scyphum tibi dedi, ut mihi stichum dares, periculo meo stichus erit, actu duntaxat culpam præstare debes. Qui cum Iubentio Celso in l. fin. ff. de cond. cau. da. non satis convenire videtur. Dedi, inquit, tibi pecuniam, ut mihi stichum dares, utrum id contractus genus pro portione emptionis & venditionis est; an nulla hic alia obligatio, quam ob rem dati re non sequuta: in quo proclivior sum. Et ideo si mortuus est stichus

*Implacabile penè contractum.*

repetere possum: quia ideo tibi dedi ut mihi stichum dares.

Hæc ille. Suis planè verbis à Iul. Pau. dupliciter dissi-  
dens: cùm enim dicat Pau. in d. §. & si quidem. Si pecu-  
niam dem vt rem accipiam, emptionem & venditionē  
esse: cōtra Cel. in d. l. si existimat, si dem pecuniam vt  
mihi Stichum des, non emptionem, sed contractū in-  
nominatum esse, do vt des. Rursus cùm Vlp. doceat,  
quòd si dem syphum vt mihi Stichum des, Sticho mor-  
tuo, periculo meo pereat, tradit aduersans Celsus, si  
dem pecuniam, vt mihi Stichum des, si moriatur Sti-  
chus, non periculo meo intreat: quandoquidem ipse  
pecuniam repetere possim. In quorum obicum disso-  
lutione, miris crucibus se cruciant Doctores, qui tādē  
eò venerunt, vt putent quod ad primum vtriusque iu-  
ris consulti responsum attinet, in Celsi constitutione  
d. l. fin. ita datam fuisse pecuniā, vt res daretur: tuncq;  
verbum dari contineat dominij translationem. l. vbi  
autem. §. si. de verb. oblig. §. sic itaq; de actio. in Instit.  
& de natura emptionis fit, vt non ad dandum, sed ad  
tradendum obligetur venditor. l. ex empto. in prin. ff.  
de actio. emp. vt non mirum sit si res aliena vendi pos-  
sit. l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. quo cōtractu  
vsucapiendi duntaxat conditio paretur. l. clauibus. il-  
lo titu. obseruata verborum proprietate, à qua non te-  
merè est recedendum. l. non aliter. ff. de legat. iij. illic  
contractus innominatus fuit. At in Pau. responso da-  
ta fuit pecunia non vt res daretur, sed vt acciperetur:  
quod verbum accipere dominij translationem, nequa-  
quam significat, nisi adiectum esset quantitatis aut ge-  
neris obligationi. l. non amplius. §. si. ff. de leg. j. l. cum  
mota. C. de trāfac. quo casu non ex verbi proprietate,  
sed ex rei cui adicitur naturavt transferatur dominij  
imp

*Communis  
dissolutio.*

2  
*Verbum da-  
re.*

*Verbum ac-  
cipere.*

importat: vt & alibi de verbo tradi legimus Accur. in Tradere res  
 l. quæ de legato. ff. de lega. j. & de venditione generis, bum.

3 † Quod autem ad vltimum vtriusque l. respõsum spe-  
 ctat, si scyphum, aut pecuniã tibi dederim, vt mihi Sti-  
 chum des, cuius periculo Stichus mortuus pereat. Exi-  
 stimant iidem interpretes periculo eius, qui scyphum  
 aut pecuniam dedit, vt Stichus daretur, Stichum peri-  
 re, hoc nomine vt neque actione præscriptis verbis, ad  
 implementum contractus, hoc est ad præstandum Sti-  
 chum mortuum, neq; in id quod interest cõueniri pos-  
 sit: atque ita d. §. & si quidem intelligunt, satisq; titu-  
 lus ipse sub quo is §. insertus est, indicat. Verùm pecu-  
 niam ob id datam repetere non prohibetur, cõdictio-  
 ne ob causam. d. l. si. cuius conditionis respectu non di-  
 citur Stichus periculo eum recipere debentis perire.

4 † Ceterùm quod ad priorem interpretationẽ spectat, *Cõmunis so-*  
 non puto tam superstitiosè iuriscõsultos scrupulosas *lutio impro-*  
 verborum significaciones insectatos, in quibus, vt Cel- *bata.*  
 sus adolescens dicebat, pernitosè errari posset. l. si ser-  
 uum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. In quam sententiam  
 me plurimum impellit, quod Pau. mox subiicit in d. §.  
 & si quidem. *si, inquit, do rem, vt rem accipiam, quia non*  
*placet permutationem rerum emptionem esse, &c.* Quo lo-  
 co verbo accipiam vsus est, adiecto certæ rei, & tamen  
 censet eo casu permutationem esse, in qua rem acci-  
 pientis facere, hoc est transferre dominium oportet. l.  
 j. §. fina. ff. de rer. permuta. Quòd si ea esset verbi acci-  
 pere proprietate, vt dominij translationem non impor-  
 taret, in horum locorum altero, Iul. Pau. ineptè, per-  
 peram, & improprie, loquutum fuisse dicendum esset.

- Nec prætereà verum est, verbum dari, ad venditorem relatum, venditionis contractum impedire. l. si stipulatus. ff. de vsur. † Quare vt tandem quod sentio dicã, in ea semper ipse fui sententia, vt cum pecunia simpliciter non alio expresso datur, vt res vicissim detur, vel accipiat, (neq; enim in iis verbis superstitiosus sum) sit contractus innominatus. d. l. si. quod alium contractum partes non egerint. Cæterum si pretij mentio facta sit, cum tunc semper emptio præsumatur. d. l. si. de præd. curial. libro x. C. Accur. in l. apud Celsum. §. si cum legitima. ff. de excep. dol. & in l. cum dotem. C. de iur. dot. quod pretium ad emptionis substantiam pertineat. §. pretium. de emp. in Insti. emptionem semper celebrari intelligam. Idemq; si actum sit nominatim à partibus, vt res venderetur, quemadmodum quotidie fit: † priusquam enim ad contractus conclusionem & absolutionem partes deueniant, tractatum faciunt, qui principium cuiusque rei, & negotij dicitur. Bal. in c. in causis. de elect. à quo omnes nominate præcipue conuentiones pendent. l. v. §. conuentionales. ff. de ver. obl. quod vel maximè in emptione obseruatur, ad quã vix post multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autè huic quod obtulerit addente, accedunt cõtrahentes, ad certumq; consentiunt pretium. l. si voluntate. C. de rescin. vend. † Nec quicquam me mouerit §. & si quidem. qui simpliciter tradere videtur, vt si dem pecuniam vt rem accipiam, emptio & venditio sit. Non enim eò Iurisconsulti verba spectant, vt per modum regulæ docere velit, quod vbi datur pecunia vt res accipiat, sit emptio: sed vt ostendat articulum illum do vt des, de quo primum

5  
No. opinio.

Pretij mentio, emptio-  
nem arguit.

6  
Tractatus  
eiusq; ne-  
gotij princi-  
pium.

7  
No. declara-  
tio ad §. &  
si quidem.

etum dicturus erat, sic in genere consideratum, ita in duo membra diduci possit, ut alterum emptio sit: quod contingere non potest, nisi ubi eius contractus substantialia interuenerunt, res nempe, & pecunia. l. ij. ff. de contrahend. emptio. §. item pretium. illo titu. in Instit. de quo ideò illic breuissimè & summatim agit, quod ad tractatum contractuum innominatorum non pertineret. Alterum verò membrum, quo utrinque res datur & accipitur, emptio non est, cum pretium nullum interuenerit, proinde permutatio dicitur, quæ ciuilem parit obligationem, de qua satis abundè, in eo præscriptorum verborum tractatu. † Sed nec assentior communi interpretationi circa vltimū eiusdem §. & si quidem. responsum, ut si dem tibi scyphum aut pecuniam, ut mihi Stichum des, periculo meo sit Stichus, quantum ad hoc, ut non possit agere cōtra aduersarium, ut impleat vel præstet id quod interest per actionem præscriptis verbis. At si volo repetere per conditionem ob causam ex capite causæ non sequutæ, possum. d. l. fina. Nam ut permulta missa faciam, quæ huic communi declarationi aduersantur, illud eam omninò expugnat, quòd d. §. & si quidem. antea conditionis ob causam, nedum actionis præscriptis verbis meminerat, moxq; subiicit: Stichum periculo meo fuisse. Quòd si ad alteram tantum actionum de quibus verba fecerat, relatio faciunda esset, ad conditionem ob causam de qua proximius loquutus erat Iul. Pau. potius ea verba referenda erant, vel ex protrita regula quæ docet ad proximiora debere fieri relationem. † Mihi igitur quandoque placuit ut diceremus ideò in §. & si quidem, traditum fuis-

*Confutatus  
in alio com-  
muni sen-  
sus.*

*No. intellec.*

ad §. & si se, si scyphum tibi dederim, vt mihi Stichum dares, periculo meo Stichum esse: quia tu qui dare Stichum debebas, in mora non fueras. Vnd cum nihil sit quod tibi imputari possit, æquum non est Stichum periculo tuo perire. Quod autem in mora nõ fueris, satis ibidẽ Iul. Pau. significat, dum inquit: *actu duntaxat culpam prestare debes.* Nam si moram fecisses, in culpa proculdubio fuisses. † Hinc contra docto. nouè infero, quòd

10 *Illatio noua.* non solùm actione præscriptis verbis ad Stichum peremptum, vel eius æstimationẽ, aut in id quod mea interest, te conuenire non potero: sed nec cõdictione obcausam, pecuniam reperam: quandoquidem si cessat causa propter quam pecunia data est, non culpa accipientis, sed casu fortuito, cõdictio quoque ob causam cessat. l. pe. C. de cond. ob cau. quæ ex capite causæ nõ sequuta, minimè locum habet, nisi culpa vel mora eius qui dare debebat præcesserit. l. iij. §. sed si tibi. & §. sed si Stichus. ff. de cond. cau. da. † His patet facilis ad d. l. fi. ff. de cõd. cau. data. dissolutio: in ea quippe vel culpa, vel mora præcesserat: quod vel ex eo palam fit, quia cõdictione ob causam vti re non sequuta, datam pecuniã, repeti posse tradit. Id autẽ ex eo capite fieri nequit, mora aut culpa eius qui Stichum dare debebat, non præcedente: vt iam probatum est. *Ioann. Corasius, Tolosa.*

11  
No. dissolutio ad l. fi.

*Ex contractu facio vt des, vt ex aliis tribus contractibus innominatis, præscriptis verbis actionem dari demonstratum: textusq; permul ti aliter quàm hactenus declarati.*

- 1 *Communis sententia expugnata.*
- 2 *Castellio. & Fulg. opinio.*

*Præscrip.*

- 3 Præscrip. Verb. & de dolo actio concurrunt.  
 4 Actio præscrip. Verb. generalis & specialis.  
 5 Francisc. Curt. opinio.  
 6 Alciat. mutat sententiam.  
 7 Rationes Alciat. explosæ.  
 8 Articulus facio vt des, non è declaratus.  
 9 Ratio noua.  
 10 Manumittere seruum an factum momentaneum.

## CAP. X.

**C**ETERVM priusquam † ab hac actione præscri. verb. digrediamur, & illud adde-  
 dere libet, super quo diu mecum agitavi,  
 quænam fuerit Iul. Pauli ratio qua addu-  
 ctus in l. naturalis. §. quod si faciam. ff. de præscri. ver.  
 generaliter tradiderit: si faciã vt des, & posteaquã feci  
 cessas dare, nulla sit ciuilibus actio, sed de dolo detur:  
 cū ex aliis cōtractibus innominatis: nēpè do vt des, do  
 vt facias, & facio vt facias, actionem præscriptis verbis  
 eadē Pauli lege cōpetere manifestū sit? Et quod nō me-  
 diocrē peperit dubitationē, Imp. in l. cū mota. C. de  
 tras. ex hoc cōtractu facio vt des, actionem præscriptis  
 verbis dari voluit. Quæ & alia permulta huic quæstio  
 ni difficultatē afferētia, vt submouerēt. Accur. Bar. &  
 alij cōsiderarunt, vt si tale factū sit, vt aduersario nihil  
 utilitatis adsit, veluti vt nudus in plateã incedam, vt tu  
 des mihi x. de dolo detur actio. d. §. quod si faciã. non  
 itē præf. ver. quæ æquitati annitur, ideo vbi nihil a-  
 dest aduersario, ea actio veluti æquitatis filia nō se ex-  
 hibet, sed de dolo, quod qui fecit, ab altera parte quæ  
 non implet decipiatur. l. ij. §. circa. ff. de dol. except. vt  
 nō mirū sit si Dioc. & Max. Imp. Menãdræ respōde-

Interpreta-  
 tio §. quod  
 si faciam.

Communis  
 opinio.



rint, eum qui seruū manumisit, vt sibi daretur fundus, pecunia, aut alia res, habere aduersus non implentem, de dolo tantum actionem, cum nihil quaesitum utilitatis inde sit aduersario. l. cum proponas. C. de dolo. Nam si aliquid ex implemento adesset & dationi faci implementum responderet, daretur praescriptis verbis

*Communis error.*

actio. d. l. cum mota. Et haec est communis sententia, aut vt significantius loquar communis error, qui scriptores penè omnes secum in tenebras detraxit. Nam per Deum immortalem, quid absurdius dici potest? cū ita §. quod si faciam. qui per modum regulæ scriptus est, & generaliter loquitur, ad eum casum constringere sit necessarium qui vix aut nunquam euenire potest? Nemo enim tam stultus reperietur, qui alteri promittat, vt aliquid fiat, ex quo nullum commodum sit sensurus. Praeterea in d. l. cum proponas. ex facto aduersario aderat, & tamen text. vult dari de dolo actionem. Quod ego praeter alios sic solitus sum ostendere: nam cum desiderarem matrimonium cum ancilla tua contrahere, neq; possem, quòd inter liberas tantum personas, iure civili legitimæ nuptiæ sint. l. inter liberas. ff. ad l. iul. de adulter. l. cum ancillis. C. de incest. nupt. tu manumisisti vt ego darem, & ita tuo manumissionis facto mihi adest facultas contrahendi matrimonium, quam ante non habebam. Efficacius item prostermit hanc communem sententiam l. solent. ff. de praescrip. verb. cū vult si datum sit aliquid Titio, vt indicetur seruus fugitiuus dantis, & Titius indicauerit, dari Titio si dolus aliquis arguatur, actionem de dolo. Ergo ex contractu facio vt des, etiam si ex implemento adit aliquid aduersario, datur de dolo actio. Rectissime itaq;

*Matrimonium inter liberas personas.*

itaq; Alberic. in d. l. cum mota. hanc receptam opinionem terre non valens: Ego, inquit, hanc opin. neq; videri feruari, neq; video iure probari. & Cy. in d. l. cum proponas. hanc disputationem de apicibus iuris esse, dixit, cuius veritas & Tyronibus, & veteranis, est incognita. subiiciens: *Deus scit, quot sint in ea ignorantes*, super qua omnes laborarunt. Sed veretur Iason, in d. §. quod si faciam. ne omnium labores irriti facti sint. Christo. Castellio. vtriusque Raphaelis præceptor eruditissimus, actionem præscript. verbis indistinctè in contractu facio vt des, facienti, contra non dantem, competere defendit. † Quam sententiam Fulg. in d. §. quod si faciam: sibi vsurpatuit. Nec expedit, inquit ille, dubitari, cum sit de ea expressum Vlpia. responsum in l. iurifgentium. §. j. ff. de pact. & apertissima Iulia. constitutio in d. l. solent. idq; in articulo do vt facias Iul. Paulus tradiderit. l. naturalis. vers. sed si dedi. alle. Nec est, inquit Fulg. quòd opponas actionem de dolo subsidiariam, quæ ideo nõ datur, vbi alia competit. l. j. §. j. ff. de dolo. † Nam præscriptis verbis actio generalis est. l. j. ij. & iij. ff. de præscrip. verb. semper competens vbi deficit nomen contractus, & aquum est actionem dari, quam ideo cum actione de dolo concurrere, vt de condictio. certi, sine causa, & indebiti, Accurs. & alij prodiderunt in l. si legatarius. ff. de dolo. & in l. ij. C. illo titulo. Nec pugnant cum hac sententia secundum eum Iul. Paul. verba in d. §. quod si faciam. nam cum dicit nullam civilem actionem dari, si faciam vt des, accipienda sunt ea verba, de actione civili propria, speciali, & nominata: non quòd actionem præscript. verbis excludere velit, quo loquendi modo

Difficultas  
questionis  
quanta s. f.

Opi. Castr.  
& Fulg.

Actio de dolo.  
Actio præscriptis verbis.

forfu. in l. iurifgentium  
§. et ideo, col  
idem  
3. ff. de pact.

idem Iurifconsult. alibi vsus est in l. interdictum. ff. de precar. Et cum Aristo docuisset, si permiseris mihi, vt sererem in fundo tuo, & fructus tollerem, nec patiaris me fructus tollere, nullam iuris ciuilis actionem esse. Addubitauit Póp. nū in factū dāda esset, an de dolo. l. permisisti. §. si. ff. de præscr. verb. nimirū demonstrans, verba illa nullā ciuilē actionē de speciali tantū, & nominata intelligēda esse: atq; ita cōcludit, ex contractu facio vt des, dari & præscriptis verbis, et de dolo actionē, non ad diuersa, sed (dictū mirum) ad illud ipsum ad

Improbata  
Fulg. sententia.

quod altera cōpetit. Cæterū hæc opinio tametsi doctis sit, & arguta, vera nō est: nā in tractatu præscriptorum verborū, cū ciuilis actionis sit mentio, non aliā intelligimus, quā præscriptis verbis. d. l. solēt. Sed maximē in Iul. Paul. responso quod ante §. quod si faciam. scribitur, quo euidenter constat, eundē de ciuili actione mox loquētem perperā accipi, vt de actione alia speciali & nominata loquatur. Rursum itra ipsa negāt concursum actionū præscriptis verbis, & de dolo. d. l. solent. &

4

Generalis  
quomodo cōcurrat.

d. l. naturalis. vers. sed si dedi. † Nec quicquā facit quod generalis actio, cū actione de dolo concurrat: nā actio præscriptis verbis (inquit Cast. in d. l. cum proponas.) quæ datur ex cōtractibus innominatis specialis est, vt illa quæ ex pacto incontinēti appposito datur. l. ij. C. de pact. inter emp. quanquā generalis sit eo nomine, quia quoties deficit nomen contractus, & æquū est actionē dari, detur. l. j. ij. & iij. ff. de præscript. verb. subsidiaria tamē est, quia non datur, vbi alia competit. l. quoties. illo titulo. quod non est in certi conditione generalis, & sine causa: quæ proculdubio cum alia quacung; speciali concurrunt. Non etiam iuuerit Fulgosijs sententiam

Dissoluitur  
obex. §. j. l.  
iurisgen.

tiam

tiam d. l. iurifgētium. §. j. quoniam ibi qui dedit, contractum approbavit, licet malè dederit dādo rem alienam. Vnde tamen ex facto alterius nihil sibi adsit, potest conveniri præscriptis verbis, ut iterum det: quod si nullo modo contractum approbasset, nulla actione ad dandum cogi posset, sed tantum in eo quod facientis interfuit actione doli conveniretur, qua teneri in Ulpiani responso non potuit, cum in dolo non esset: Nam, ut Alexan. in alleg. l. cum proponas. ait, contractum quantum fuit ei possibile, implevit. Quod si hæc dissolutio non tibi arrideat, verius dicemus, ex sententia Iurisconsulti in d. l. iurifgentium, quod sicut in contractu do ut des, vestitur pactum implemento, seu datione, ita in facio ut des, ex ipso facto causatur vestimentum, quia feci quod promisi, unde cum pactum causam habeat, dari debet actio. Etenim dicere quod in ea l. iurifgent. ideo non detur de dolo, quia fecerit quod potuit: & dando approbaverit contractum, refellitur vel ex §. at cum do. versi. sed si dedi. d. l. naturalis. ubi eadem est species, quæ in l. iurifgent. §. j. & tamen text. dicit: de dolo actionem competere aduersus eum qui sciens seruum alienum dedit. † Francif. tandem Curt. celeberrimus legum professor, & præceptor nobis in maioribus obseruandus, ut erat in nostra hac disciplina perquam acutus, veterum interpretationibus exploris nouè considerat, actionem præscriptis verbis, ex contractu facio ut des competere. Nec hoc negat Paul. in d. §. quod si faciam. qui cum dicit nullam ciuilem actionem esse, accipiendus est, ut de ea loquatur, qua plenè consulitur actori: cum enim ex reliquis tribus contractibus innominatis, duæ proditæ sint

Curt. præceptor  
antho-  
ris.

tæ sint actiones, præscriptis verbis, in id quod inter-  
 est, & conditio ob causam, ad repetendum, maxime  
 iniquum videretur in facio vt des, ei qui fecit, actio-  
 nem præscriptis verbis non dari, qua id quod inter-  
 est consequi possit. l. solent. ff. de præscriptis verbis.  
 Conditionem autem ob causam, lex neq; voluit, ne-  
 que potuit, dare, cum ea ad repetendum competat,  
 & facta ipsa repeti non possint. Factæ siquidem cau-  
 sæ, nulla constitutione infectæ fieri possunt. lege, in  
 bello. §. factæ. ff. de capt. quanquam legis potestate  
 fiat, vt pro non factis habeantur. Accurs. in l. verum.  
 ff. de re regulis iuris. Bartol. in l. si is qui. columna. xij.  
 de vsucapio. Cum itaq; factum meum, hoc est, imple-  
 mentum, condici non possit, loco conditionis ob  
 causam, data est actio de dolo, vt consequar quanti  
 mea interest, factum esse: quæ ab actione præscriptis  
 verbis eo nomine differt, quòd ea aduersus non im-  
 plementem detur, in id quod implentis interest imple-  
 tum esse, hoc est aduersarium dedisse vel fecisse: & ita  
 non pugnat l. cum mota. C. de transact. quam admit-  
 timus de contractu facio vt des tractare. Cæterum  
 neminem clam est, eam de transactione loqui, in qua  
 pœnitentiæ locum non esse notissimum est. l. quam-  
 uis. C. de transactioni. Proinde nec de dolo actio da-  
 ri potest, cum ea in locum conditionis ob causam,  
 substituta sit, quæ in transactione locum non habet,  
 quocirca datur præscriptis verbis. Instabis video (in-  
 quit præceptor Curt.) cur ex contractu facio vt fa-  
 cias actio de dolo, eadem ratione non datur, quòd  
 facta regulariter repeti nequaquam possint? Re-  
 spondetq; cum Barto. in d. §. quod si faciam. hoc effi-  
 cere

Factis pro-  
 infecto non  
 habetur.

cere aequalitatem, quæ ex utraq; parte adest: quoniam  
 factum utrinque est in obligatione. Hæc ille argute  
 quidem & doctè: in cuius tamen sententiam per plura  
 me mouent. Sed illud potissimum, quòd non videam  
 constantem aliquam diuersitatis rationem, inter con-  
 tractum facio ut des, & facio ut facias. Nam quod de  
 aequalitate cum Bart. ratiocinatur, leue est. Præterea  
 & conditio ob causam, in quibusdam factis intendi  
 potest, veluti in obligatione rem tradi. † Et si admise-  
 ris, inquit Alciat. lib. paradox. v. capit. vij. eo casu quo  
 factum repeti valet, & conditione ob causam, & præ-  
 scriptis verbis agi posse, ut & Alexandr. in lege actio-  
 ne. columa. iij. C. de transact. existimauit: non minus  
 Paul. verba in alleg. §. quod si faciam. restringes, quam  
 vel Bar. vel Fulg. vel quiuis alius fecerit. † Quãobrem  
 eodem locò idem Alciat. generaliter intelligit ex con-  
 tractu facio ut des, solam dari actionem de dolo, non  
 item præscriptis verbis. Cuius rationes non referro,  
 quòd nec satis auctori placeant, ut quem non pudue-  
 rit quandoque mutare sententiam, & in commenta-  
 riis de verborum significat. ad l. Labeo. ij. rem ipsam  
 aliter interpretari, posterioribus semper, ut dici solet,  
 & ille ait, melioribus. Is autem nouissime putat, ideo  
 ex contractu facio ut des oriri de dolo, & non præ-  
 scriptis verbis actionem, ut ex aliis tribus, quo-  
 niam actio præscriptis verbis tunc duntaxat datur,  
 quoties est mutuum factum obligatorium, id est ex  
 vtriusq; parte aliquid factum, quo vterq; sit obligatus,  
 ut in do ut facias, aut do ut des: nam cum dare sit domi-  
 nium transferre: non nisi in consentientem transferri  
 potest. Cum ergo tibi dederim, & cõsequenter vtriusq;  
 factum

Improbata  
 Curt. opin.

Alciat. sen-  
 tentia.

factum interuenerit, mei transferentis, & tui domi-  
 nium accipientis, meritò præscriptis verbis agetur.  
 Cui dissolutioni obstat. d. l. cum proponas. ubi tradita  
 fuit ancilla manumittenda, ut is cui tradebatur man-  
 cipium daret, in qua traditione quæ facti est, vtriusq;  
 factum intercedit: & tamen eo loco proditum est, non  
 præscriptis verbis, sed de dolo agi. Sed inquit Alciat.  
 cum traditione acceptans, nullum ius acquirat merum  
 id factum lex tradenti potius imputat, in cuius facti  
 executionem venit. † Quæ verba non tollunt me iudi-  
 ce difficultatem, quinimo nec vera sunt, quandoqui-  
 dem traditione ius manumittendi quæsitum sit, ei cui  
 tradita est, atq; inde ius patronatus, facultas præterea  
 contrahendi matrimonium. Adde quòd hanc Alciat.  
 sententiã consernit contractus facio, ut facias, in quo  
 præscriptis verbis, semper agitur: cum attenda hac ra-  
 tione de dolo agendum esset. Cæterum hoc ideo est,  
 inquit Alciatus, quia ultra promissionem videtur v-  
 trinq; interpositum mādatur. Ideoq; Iul. Paulus actio-  
 nem præscriptis verbis dat, quam similem esse man-  
 dati actioni dicit. d. l. naturalis. §. penult. Quæ ratio  
 licet inferat, actionem dari, non tamen concludit  
 actionem præscriptis verbis potius quàm de dolo  
 competere. Non enim prohibet lex, etiam quo ca-  
 su mandatum intercessisse videtur, si quid dolo fa-  
 ctum sit, actionem de dolo dari. lege idemque. §. si  
 quis ea. ff. mandat. Ex his non dubito quin omnes in-  
 terpretationes commentitiæ, & in concinnæ paulò do-  
 ctioribus videantur, qua de causa aliter quàm à cæte-  
 ris salebrosus hic articulus declarandus est. † Ego seq;  
 ptem ab hinc annis docui, quod Accurs. nostrum post-  
 ca)

8  
Cont. Alciat.9  
Ne. opinio.

ea comperi ex antiquorum sententia præsensisse, in l. *author hic*  
 quoties. ff. de præscriptis verbis. ex contractu facio vt *transcripta*  
 des, quemadmodum ex reliquis tribus contractibus *a deio, in l.*  
 innominatis, dari præscriptis verbis actionē, nisi do- *cum nota, nō*  
 lus arguatur, quo casu de dolo cōpetit: idq; nō modo *7.º infine. C*  
 ex §. quod si faciam, si præcedenti annectatur, quā *de transactio,*  
 ex l. solent, alleg. suadebam. Nam & ita omnes in vni- *ipso facto*  
 versum innominatos cōtractus accipimus, vt si dolus *perda morez*  
 arguatur, de dolo detur actio: quod in cōtractu do vt *suum*  
 facias palām fecit Iurisconsult. in d. l. naturalis, versic.  
 sed si dedi. Et quod me plurimum mouebat fuit, quod  
 nunquam potuerim intelligere rationem differentiae  
 inter contractum facio vt des, & alios contractus in-  
 nominatos, cur non in omnibus præscriptis verbis  
 actio dari debeat, cūm tota eorum vis, in implemento  
 consistat. l. iuris gentium. §. j. ff. de pactis. At hic addu- *Nona diffi-*  
 bitauerit quispiam, si nihil constituendum est disci- *cultas.*  
 minis, cur in contractu facio vt des generaliter, & in  
 formam regulæ, dictum est actionem de dolo dari?  
 Dicebā hoc esse quia in contractu facio vt des, si post-  
 ea quā feci tu cessas dare, dolus præsumitur: dolo  
 nanque facit, qui cessat dare quod promiserat, vt face-  
 rem: cūm quod factum, infectū fieri nequit, nimirum  
 si de dolo actio detur, quæ toties datur, quoties dolo  
 aliquid factum est. Nec actus in delicti nomen cadit. l.  
 iij. ff. de cri. Itellio. quinimo etiā si sit delictum, si ta-  
 men ex eo specialis actio non detur. l. si quis tabulas.  
 ff. de dol. Addidit autem Iul. Paul. in d. §. quod si fa-  
 ciam, nullam civilem dari, quia cūm dolus arguatur,  
 actionem de dolo dedit: quam tunc duntaxat se da-  
 turum pollicetur prætor, cūm non alia erit actio. l. j.



§. j. ff. de dol. quare eo casu præscriptis verbis civilis cessat, vt & quæuis alia. Nam si dolum abesse constaret, quia is qui dare debet, dare nõ possit, aut difficultate aliqua impediretur: cum de dolo dari nequeat, quia nihil dolo factum sit, dabitur quod æquissimum est præscriptis verbis. Nec quenquam sanæ mentis negaturum credo. In do vt des autem, aut in do vt facias, non idem est: cum etenim datum ipsum repeti possit, non tantus dulus arguitur, vt qui parum ei qui impleuit obesse possit. † Quam rationem ob oculos videtur habuisse Imper. in d. l. cum proponas. alloquens eum qui manumiserat seruum, aut eum manumittendum tradiderat, vt vicissim mancipiũ reciperet. Si, inquit, manumisisti, vel tradidisti, & ille manumisit reuocandæ libertatis potestatem nõ habens, desiderare debes de dolo decerni tibi actionem. Si quid est in hac nostra opinione difficultatis, ea tota ex contractu facio vt facias manat, in qua illa ipsa ratio, quam in contractu facio vt des prodidimus, militat: dolo enim videtur facere, is qui facere cessat, ex quo alter fecit. Qua in re verum esse intelligo, quod Claud. Seyfell. vir eruditus & disertus, hunc articulum tractans, in d. l. cum mota. dicere solebat, difficile esse, hũc modum per rationes demonstratiuas soluere, & vix cõcludentem rationem dari posse. Quanquam aliquando placuerit hanc proferre, vt in facere debente non tantus dulus præsumatur, quãtus in eo qui dare debet, & cessat: cum enim datio facile, & vel vno momento explicari possit, facta autem, vt plurimũ tractum habeant successiuum. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. col. v. ff. de verbo. oblig. in grauiore dolo is qui dare debet.

IO  
Expensa l.  
cum propo-  
v. 11.

Claud. Seyf-  
fell.

debet, quiq; paruo negotio se liberare potest, esse videtur, quam is qui non nisi difficulter promissum explere potest. Propterea iurisconsultus generalius tradidit in contractu facio ut des, si posteaquam factum est, is qui dare debebat cesset dare, actionem de dolo competere. Nec existimet quispiam verum esse, quod Bart. & alij scriptum reliquerunt in d.l. naturalis. §. at cum do. manumittere esse factum momentaneum: hoc enim à vero lōge est alienum, siquidem manumissio, siue vindicta fiat vel testamēto facto successiuo expediri. Vindicta autem cum sit virga qua licitor prætoris præmissis solennibus verbis seruum tangebatur, mox dominus apprehensum dextra manu vertebar, quo modo seruus libertatem consecutus ciuis Romanus erat: id quod Appia. libro iij. bell. ciuil. tradit, satis ostendit manumissionem vindicta, quæ præuia hac solennitate fiebat, non potuisse momento expediri. Sed nec ea quæ testamento, quandoquidem non statim declarata à testante voluntate, liber fieret seruus, sed testantis mors expectaretur. Vnde id singulariter Imperatori cōcessum, ut momento sine aliqua solennitate seruū liberū efficiat, ut est apud Iul. Paul. l. apud cum. ff. de manumiss. Postremò neque illud contiscendum putauimus, quod ad nostræ quæstionis dissolutionem, cōsiderabat noster Anto. Goueanus, vir insignis doctrinæ, & acerrimi ingenij, cum Tolosæ sub nobis militaret, actionē scilicet præscriptis verbis ex eo tantum cōtractu dari, qui alicuius certi & nominati naturam redolet, idq; per l. j. §. si quis seruum. ff. deposit. & d.l. naturalis. §. sed si facio. Cùm itaq; cōtractus facio ut des, neque nominatus sit, neque nominato simi-

Vindicta  
manumit-  
tere.

Antonius  
Goueanus.

lis, actio certa non ex eo datur, quia non certus, non nominatus, non etiam præscriptis verbis, quia nec ad certi contractus naturam accedens: nulla denique civilis, proinde itur, ad actionem de dolo, quam prætor daturum se pollicetur, ubi alia actio non erit. l. j. §. j. ff. de dol. vt dubitandum non sit, quamobrem in contractibus do vt des, do vt facias, & facio vt facias, actio de dolo non datur, sed tantum præscriptis verbis, quæ ex contractibus innominatis, qui nominatorum contractuum naturam referunt, duntaxat competit, vt ex do vt des, qui contractus emptioni similis est. d. l. naturalis. §. j. ex do vt facias, qui affinitatem habet cum locatione. d. l. naturalis. §. at cum do. ex facio, vt facias, qui accedit ad mandatū. d. l. naturalis. §. sed si facio. ex facio vt des, qui nullius ex nominatis naturam refert, nequaquam, quare ad actionē de dolo confugiendum fuit. Hinc & illud acutē inferebat, falsò doctores prædicare: Ex quocunque contractu innominato, actionem præscriptis verbis dari, cum ex iis tantum per supradicta competere dicendum sit, qui similitudinem aliquam habent, cum nominatis. Hoc autē quam recte traditū sit ab eo, tum ex iam dictis, tum ex l. iurifgentiū. §. j. ff. de pact. l. j. ij. & iij. ff. de præscript. verbis arbitror non valde obscurum esse.

*Ioannes Corasius, Tolosæ.*

*Non esse necessum mercedem in pecunia numerata consistere vt sit locatio, aduersus omnes defensum.*

- 1 *Communis sententia refutata.*
- 2 *Novè explicata dua leges.*

*Pecunia*

- 3 Pecunia appellatione quid veniat,
- 4 Interpretata præter alios l. si olei,
- 5 Salyc. opinto.
- 6 Mercede conducere,
- 7 Merces quid,

CAP. XI.



**A**NIM ADVERTIMVS quâdoque † & in illo erratum esse à doctoribus, cum dicunt, familiaritatē tantam esse inter venditionem, & locationem, vt quemadmodum in venditione certum, & in pecunia numeratâ pretium esse debet. l. ij. ff. de cōtrahenda emptione. §. item pretium. de emptione & vendit. ita in locatione, quod Accurs. & alij vbiq̃ tradiderunt in l. j. §. si quis seruum. ff. deposit. in §. j. de locat. & alibi sæpè. Sed vt breuissimè dicam verum non est: iura nanque tantum desiderant mercedem, nō etiam pecuniâ numeratam, ideo Caus: Locatio & cōductio, inquit, proxima est emptioni & venditioni, eisdēq̃ iuris regulis consistit, Nam vt emptio & venditio contrahitur, si de pretio cōuenerit: sic & locatio, & cōductio contrahi intelligitur, si de mercede conuenerit. l. ij. in princ. ff. locat. quæ verba & ab Imp. referuntur in §. j. de locat. in inst. sed & alibi Papinia. in l. si vir vxori. ff. de donat. inter vir. & vxō, Hoc ideo, inquit, tam Variè, quia locatio quidē sine certa mercede contrahi non potest. Absurdum autem est, quod Accurs. & alij p̃sīm subaudiunt, mercedem scilicet (aiunt) in pecunia consistentem, † Nec nos mouerint leges, quæ de contractu locationis verba facientes, ita demum contractum intelligunt locationis, si pecunia interueniat, alioqui præscriptis ver-

Merces in locat. an in pecunia numerata esse debeat.

*Di. latissimè  
Princ. 2. par  
se Rub. C. de  
rescind. vend  
C. 3. v. r. f. q.  
pluribus seq.*

Explicata non è duo responsa Iurisc.

3  
Pecunie ver-  
bum.

bis actionem dari censent. l. j. §. si quis seruū. ff. de posi.  
l. naturalis. §. at cū do. ff. de præscript. verb. † Nam illic  
pecunie verbum, eas etiam res cōprehendit, quæ pon-  
dere, numero, mensurave constant: cum & quancūque  
rem, aut quodcunque corpus, veteres pecunie appel-  
latione, significari voluerint. l. fin. §. fin. C. de constit.  
pec. quod omnes res in pecuniam cōverti possint. Ac-  
cursi. in l. pecunie nomine. ff. de verb. sig. idq; Arist. in  
Ethic. prænotauit. At in iure ciuili frequens est, vt pe-  
cunie verbo, res pondere, numero, mensurave cōstan-  
tes, intelligantur. l. ij. §. creditum. ff. de reb. credit. l. ta-  
lis scriptura. ff. de leg. j. Nec in tractatu nostro absur-  
dum videri debet, cū, vt ostendimus, de locatione  
agentes iurisperiti, mercedem duotaxat exigant,  
idq; euidenter. l. j. §. fin. ff. mand. demonstrat. *Manda-  
tum, inquit Iul. Paul. nisi gratuitum nullum est: nam ori-  
ginem ex officio, atque amicitia trahit: contrarium porro  
est officii merces, interueniente enim pecunia, res ad loca-  
tionē & conductionē potius respicit.* † Cæterum & Imp.  
audiendus est, qui in l. si olei. C. de locat. Antonie in  
hæc verba rescripsit. *si olei certa pōderatione, fructus an-  
ni locasti, de contractu bona fide habito, propter hoc solum,  
quod alter maiore obtulit ponderationē, recedi non oportet.*  
Et ludo autem, & risu dignus est communis sensus,  
cū imprimis verbum locasti, id est vlui concessisset,  
exponit: vt sic de contractu innominato loquatur

4  
Declarat  
si olei

Communis  
sensus im-  
probatur.

Imper. non etiam de locatione, quo nihil magis in-  
concinnum, & repugnās verbis legis dici posset. Præ-  
terea titulo, qui cū de locato inscriptus sit manife-  
stum facit cōstitutiones omnes sub se insertas, de aliis  
contractibus accipiendas non esse. Sed & non agi illic  
de

de contractu innominato, alia ratione liquet. Nam, ut docet Imper. in ea specie partes pœnitere nō possunt, aduersus innominati contractus naturam. l. si pecuniam. ff. de condic. caus. dat. quem obicem, ut tollant, ita cauillantur interpretes d. l. si olei. ut illi res non fuerit integra: **Acutius** † itaque **Salyc.** qui cauillos huiusmodi ferre non potuit: illic existimauit, etiam quod pondere & mensura constat, ut vinū, oleum, frumentum, & similia, si detur pro vlu rei, quæ suapte natura fructus similes producit, locatione nō impediatur, ut cum oleū, pro oliucto, vinū, pro vinea, frumentum, pro terra aratoria, quod tunc qui ita cōducit, colono partiaro sit similis. Verum hæc dissolutio, arguta sane plus nimio diuinat, ad Imp. respōsum, illudq; supra modum cōstringit. Proinde nec à vera nostra sentētia recedimus, ut ad locationē & conductionē, pecuniam numeratā interuenire nō oporteat, sed mercedem: † indeq; cōducere mercede dicimus. Cice. in ij. Offic. Aut spe largitionis, inquit, promissionisq; capti, aut postremò, ut sæpè in nostra Repub. videmus, mercede conducti. † Mercedis autē verbo, bonarum literarum studiosis constat, non tantum pecuniam numeratam intelligi, sed generaliter quodcunque præmiū, quod pro labore seu stipēdio datur: ut Varro lib. iij. de lingua Latina scriptum reliquit. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Quemadmodum intelligendum sit: mora rei non augeri fideiussoris obligationem, dilucidataq; præter alios l. quero. ff. locat.*

- 1 *Mora rei an fideiuss. oblig. augeatur.*
- 2 *Accessoria quo modo veniant.*

*Salyc. opinio.*

*Idem tenuit ipsemet Salyc. in l. 1. n. 3. ad fin. C. de jur. emphiteot.*

*Vera sententia.*

*Mercede conducere.*

*Merces.*

- 3 Fideiussor an ex sua mora conveniatur.
- 4 Fideiussor quandoque in duriores causas.
- 5 In oblig. faciendi fideiuss. nulla mora.
- 6 Refutata communis dissolutio.
- 7 Dies & locus pars obligationis.
- 8 Placen. sententia ab omnium cavillis defensa.
- 9 Novè explicata l. quæro.
- 10 Indefinita quando equipollet vniuersali.
- 11 Interpretatio l. si postea.
- 12 Enodatus sensus l. ij. s. fin. ff. qui satisfac.
- 13 Declaratus s. si nummos.

CAP. XII.

**I**  
Mora rei  
quædo fi-  
deiussoris  
obli. au-  
geat.



**V**ARIIS opinionibus inter scriptores certatum est, † quædo per morâ rei principalis adaugeatur fideiussoris obligatio; cum enim Africanus in l. centû Capuæ. ff. de eo quod cert. loc. tradiderit, eum qui centum Capuæ dari stipulatus, fideiussorem accepit, si per reum steterit, quominus ea centum Capuæ soluerentur, neque fideiussor moram fecerit non posse fideiussorem in id quod sua (puta stipulatoris) propter locû interest, vrgere: quod ob morâ principalis, accessoriam fideiussoris obligationē, augeri nō oporteat. Et Iul. Paul. in l. quæro. ff. locat. respōderit fideiussorem coloni, vsuras etiam nō illatarum pensionû præstare debere, quo palam fit propter rei, id est coloni morâ, fideiussoris augeri obligationē: tenetur namq; vltra sortem vsurarû onus agnoscere. In causa fuerit duo hæc responsa, (quæ prima facie ex diametro pugnare videntur,) vt in diuersas & longè alienas à vero sententias, ab interpretibus nostris itû sit: quas omnes si per

si pergerem referre, lectori planè fastidiosus essem. Quamobrem eam tantum quæ creberrimè recepta est, referam: eiusque veritatem exactè excutiã. † Exi-  
 3 stimant itaque Accur. Barto. & alii in d.l. centum, *Communis opinio.*  
 & d.l. quæro. ex Ioan. antiqui glossatoris sententia, Jul. Pau. in d.l. quæro loqui de accessoriis, quæ veniunt  
 secundum naturam actionis, vt vsuræ in bonæ fidei iu-  
 diciis. l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vsu. Ad ea autem  
 fideiussor ex mora principalis ideo tenetur, quòd sim-  
 pliciter acceptus, intelligatur in omnem causam fide-  
 iubere, quæ sit de natura actionis. Cæterùm id quod  
 interest in arbitrariis, præter naturam stricti iuris pe-  
 titur: cum enim in iudiciis stricti iuris, quæ sola arbi-  
 traria faciuntur, l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert.  
 loc. præduro, exacto, & stricto iure vtamur, in quibus  
 ideo nõ veniat nisi quod palàm verbis expressum est.  
 l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obliga. patet in iis  
 accessoria non secundum, sed præter aut cõtra natu-  
 3 ram venire: † ad quæ propterea fideiussor teneri non  
 debet, ex mora rei principalis, quanquam ex sua mo-  
 ra, quam impunitam esse non oportet, in id quod sti-  
 pulatoris interest, propter loci adiectionem, conueni-  
 ri possit. d.l. centum. si tamen & ipse quoque reus in  
 4 mora fuerit. l. si testamento. §. si. ff. de fideiussor. † Ne-  
 que est quòd dicat fideiussor, ideo non obligari, quòd  
 in duriorẽ causam adhibitus videatur. l. Gracè. §. si  
 illud. & l. hii qui accessions. ff. de fideiussor. tamen si  
 enim respectu eorum, quæ principaliter in obliga-  
 tionem deducuntur, in deteriore causam accipi fi-  
 deiussores nequeant, in iis tamẽ quæ accessorie, & ex  
 accidenti, propter culpam aut moram veniunt, in plus

*Accessoria  
quãdo præ-  
ter aut secũ-  
dum natu-  
rã veniant.*

*Fideiussor  
quãdo indur-  
iore causam  
adhibetur.*



quàm reus principalis, fideiussor obligari potest: unde & pœnam ad quam debitor non tenetur, fideiussor rectè promittit. Accurs. in l. sicut reus. ff. de publ. iud. qui ex mora sua, sine controuersia, in contractibus etiam stricti iuris, se in aliud quàm deductum sit in principalem obligationem adstringit. d. l. centum in princi. modò tamen obligationes in dando consistant. † Nā si in faciendo, fideiussoris nulla mora est. l. si libertus moram. ff. de oper. libert. l. cum filius. §. j. ff. de verbor. obligati. Si etenim domum edificare promiseris, dato fideiussore, cum factum persone promissoris cohæreat, inutiliter fideiussor interpellatur, quandoquidem non ab ipso, sed à reo factum explicandum est: unde licet non faciat fideiussor, non dicitur contra suam promissionem venire, quòd non factum suum promiserit. Sed quoniam de iis satis, ad rem ipsam redeundum est, & excutiendum rectè ab interpretibus nostris, & Africa. & Iul. Paul. mens in d. l. centum, & d. l. quæro. percepta sit.

6 † Et quanquam hæc cõmunis conciliatio coloris habeat plurimū, mihi tamen nunquam placuit. Si enim ad vsuras, quæ exosæ sunt, quæque, vt lucrum percipiuntur, fideiussoris obligationem legislator propter moram rei principalis, augeri voluit. alle. l. quæro. cur non & in eo quod interest, propter loci adiectionem, idem constitutū intelligi debet, in d. l. cētū. in hoc enim maior ratio proculdubio videbatur, quando id quod interest ratione damni emergentis, vt plurimum petatur. l. iij. §. nunc de officio. ff. de eo quod cert. loc. & soleant leges magis fauere iis, qui de dāno, quàm qui de lucro certant. l. si. §. licētia. C. de iur. delib.

5  
Fideiussoris  
nulla mora  
in oblig. faciendi.

Explosa cõ-  
munis opi-  
nio.

Dānicans-  
sa fauora-  
bilior.

delib. vt non iniuria ab Impe. dictum sit, non parem  
 eandemq; rationem esse, damni & lucri. l. fi. C. de co-  
 dicil. Nec mihi facit satis, differētiæ ratio, quā scripto  
 7 res nostri prodiderunt: † cum enim locus destinatæ so- *Dies et la-*  
 lutionis, vt i dies, pars sit ipsius obligationis. l. j. §. diē. *eius pars obli-*  
 ff. de edend. nam & eius detractio, adiectione, *gationis.*  
 plus aut minus deberi dicitur. §. loco. de actio. in Inst.  
 cum item pacta incontinenti facta, contractui inesse  
 credantur. l. lecta. vers. dicebam. ff. de reb. cred. imo  
 pars intelligatur ipsius contractus. l. fundi partem.  
 ff. de contrah. emp. datum arbitrium iudici propter  
 loci adiectionem, non præter naturam cōtractus stri-  
 cti iuris, (quem cū qualitate loci spectamus, nō etiam  
 per se, & in suo statu originali, primo, & genuino,) *ut nō*  
 sed maximè secundum eiusdem contractus cui ita no-  
 minatim locus destinatæ solutionis adiectus est, natu-  
 ram censemus. Nec Iul. Paul. in d. l. quæro. vim in eo  
 aliquo modo facit, sed tantum quia in omnem cau-  
 8 sam fideiussor intercesserit. † Quamobrē ipse breuius *Veratō*  
 & melius crediderim, vt si acceptus fideiussor simpli-  
 citer intercesserit ex morā rei principalis eius nō au-  
 geatur quoquo modo obligatio: cū enim semper ef-  
 fectus contractus, se referat ad tempus cōtractæ obli-  
 gationis. l. Rutilia Polla. ff. de contrah. emp. nō vide-  
 tur fideiussor simpliciter intercedēs, in aliud se obli-  
 gare, quam intercessionis tēpore debitum esset. l. per  
 retentionē. & l. pignoribus. C. de vsur. Ideo nec ei mo-  
 rā debitoris obesse in futurū oportebit, vt eius cresce-  
 re debeat obligatio. l. libertus. §. fi. ff. ad muni. neq; est  
 imputādū fideiuf. quōd reus propter morā suā nō præ-  
 stitit. l. fi. ff. de fideiuf. tradit Roma. cōsi. ccccvj. quā-  
 do qui

doquidem iniquum sit, ex alterius facto, alterum dam-  
nificari. l. si ex duobus. ff. de nego. gest. l. paterfamil.  
9 ff. de hæredi. instit. Att. Iul. Pau. species in d. l. quæro  
longè diuersa est. Namque illic fideiussor non sim-  
pliciter, sed generaliter in omnem causam intercesse-  
rat; in quo intercedendi modo duntaxat vim fecisse  
ibidem Iurisconl. manifestissimum est. Hæc autem fi-  
deiusionis verba palam faciebant, fideiussoris men-  
tem eam fuisse, vt se ad accessoria quoque obligaret.  
Qui sensus Placētini fuit literæ amicissimus, vt quæ-

*Cōtra Ful.* doque dixerit Fulg. in. d. l. centum. col. iij, vix potuisse  
à capite suo extirpare (ita enim loquitur) quin opinio  
Placen. vera fuerit. Sed tandem pollicetur eam falsam  
esse se ostensurum, cum tamen nihil adferat quod vel  
tātillum Placentinum offendat. Nam quod in l. quæ-  
ro. induxit vt ostenderet eo ipso quòd fideiussor in-  
tercedit simpliciter, intelligi se in omnem causam ap-  
plicare, † scilicet in nostra iurisprudencia indefinitam

10 *Indefinita*  
*quædo equi*  
*polleat vni*  
*uersali.*  
elocutionem vniuersali equipollere. l. si necessarias. §.  
si annua. ff. de pig. act. l. si pluribus. ff. de leg. ij. Pre-  
terquam quòd est contra mentem Iuriscon. qui differe-  
ntiam egregiam inter fideiusionem simplicem, &  
in omnem causam semper fecerunt, nihil vrger: liqui-  
dem quòd indefinita æquipolleat vniuersali, sic spe-  
cialis quædam, & favorabilis legis interpretatio, et  
æquitate & humanitate promanans, contra proprie-  
tatem verborum, l. si seruitus imposta. ff. de seruit.  
urb. præd. Et vt rectè dicebat Petr. cui adstipulantur  
Bartol. & ceteri in d. l. si pluribus, hæc oratio, omnis  
homo currit, quæ falsa redditur vno non currente,  
longè diuersa est ab hac homo currit. l. si is qui de-  
centa

centa. §. vtrum. ff. de reb. dub. Vnde in materia fauorabili tantum vulgaris illa regula obtinet. l. si quis ita. §. j. ff. de test. tutel. non etiam in odiosa. l. ij. ff. de liber. & posthum. Idque omnes in locis communibus tradiderunt. Quare perperam in proposito detorqueat hanc regulam Fulgos. cum simus in materia odiosissima. Mihi itaque, vt dixi, Placentini sensus semper verissimus visus est, quem maximè iuuant & l. in initio. C. de pact. int. emp. & vendit. & l. fideiussiores magistratuū. §. j. ff. de fideiuss. Constituit enim in hoc. §. j. Iul. Paul. Petronium Thallum, & alios fideiussiores, qui pro Aurelio Romulo conductore vectigalis intercessant in vsuras non teneri: quod ex subscriptione fideiussionis constitisset, in annuis centum, non in omnem conductionem se obligasse. Qui tex. velut Achilles communem prosternit sententiam: agebatur quippe illic de contractu bonæ fidei, in quo vsure secundum iudicii naturam veniunt, & tamen ad vsuras qui fideiusserunt non aliter conueniuntur, quam si pro conductore vectigalis, in vniuersam conductionem fideiusserint. Idemque alibi Ulpianus respondit. l. ij. §. fi. ff. de administ. rerum ad ciuitat. pertinent. † Sed nec nostræ sententiæ offecerint leges, quibus adducti Accursius & reliqui à Placentini opinione verissima recesserunt. Nam quod in primis dixit African. in. l. si postea. ff. rem pupilli saluam fore fideiussiores qui rem saluam fore pupillo cauerunt, & fructuum, & vsurarum mediū temporis nomine teneri, speciali pupillorum fauore induxit. l. etiam. l. si cum fideiussoribus. & l. penult. ff. de fideiussor. tutor. vt & alia pleraque in illorū gratiā, aduersus etiam illos

Defessus Placent. sensus.

l. si postea declarata.

illos ipsos fideiussores legislator constituit: quale & illud non continendum quod Vlpian. scriptum reliquit in l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideiussor. tutor. *Fideiussores, inquit, a tutoribus nominati, si praesentes fuerunt, nec contradixerunt, & nomina sua referri in acta publica passi sunt: aequum est perinde teneri, atque si iure legitimo stipulatio interposita fuisset.* Id autem pupilli fauore constitutum dubium non est: & plene docent scriptores in d. §. fin. & in l. j. in princip. ff. de verborum obligationib. Vt & in Reipublicae gratiam inductum legimus, vt pater qui praesens nominationi filii ad decurionatum non contradixit, pro filio sit quasi fideiussor obstrictus. l. ij. ff. ad municipales. † Nō etiā nos

12  
Explicatus  
§. fin. l. ij. ff.  
qui satisfd.

mouerit quod idem Vlpianus ad edictum scribit in l. ij. §. fi. ff. qui satisfacere cogant, in fideiussorem qui aliquem iudicio sistit promiserit, tanti quanti ea res erit actionem dari: vt in veram quantitatem fideiussor teneatur, nisi pro certa quantitate accesserit. Subiicitque Caius in lege siue in duplum, quae sequitur, quod siue in duplum sit actio, veluti furti nec manifesti: siue tripli, veluti concepti oblati: aut quadrupli, veluti furti manifesti, tanti eundem fideiussorem teneri dicemus, quanti res esse intelligitur. Nam illic ideo traditum est fideiussorem de iudicio sisti, in id quod interest, vel etiam duplum, triplum, aut quadruplum, teneri: quoniam actio super qua res principalis conueniebatur, ad id originaliter competebat, alioqui ad augmentum proueniens ex mora, vel culpa principalis debitoris, non teneretur fideiussor, qui in id tantum se obligasse intelligitur, ad quod actio origine dabatur. l. finali. ff. de fideiussori

for  
qu  
in  
pal  
in  
ribu  
gat  
ram  
prin  
cess  
erat  
con  
tene  
con  
que  
bito  
pra  
nali  
qua  
cipa  
que  
etiar

I  
pra  
1 Decl  
2 Com  
3 Mora  
4 No in  
5 Loc

foribus lege libertus. §. finali. ff. ad municipal. Id-  
 que rectissime Accursius, Castrensis. Iason, & alii  
 in dicta lege siue in duplum. annotauerunt. Quo  
 palam fit, † aliam eiusdem Pauli constitutionem,  
 in lege si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiussoribus. non ob-  
 stare. Neque enim illic agitur de obli-  
 gatione accessoria, quæ ex accidenti propter mo-  
 ram, aut culpam debitoris enascitur, sed de ea quæ  
 principaliter venit ex re super qua facta est inter-  
 cesso, & ita respiciebat principalem obligationem:  
 erat quippe data aliena pecunia, in qua mutuum non  
 consistit, quandiu nummi extant, ideo nec fideiussor  
 tenetur. Quod si consumpti sint, facta mutui re-  
 conciliatione, fideiussor quoque obstringetur. Sic  
 que non dicit Iurisconsultus, ex mora aut culpa de-  
 bitoris, augeri fideiussoris obligationem: vt in aliud  
 præter sortem teneatur. sed tantum eam ante in-  
 ualidam, confirmari, & roborari, tam respectu rei,  
 quam fideiussoris, sed & respectu eius quod prin-  
 cipaliter deductum erat in contractu: in mutuo nan-  
 que fit reconciliatio, sequuta consumptione, quæ  
 etiam fideiussori obest.

Explanatus  
 §. si nummos.

Ioannes Corasius. Tolosa.

*Lex centum, aliter declarata quam ab alijs in  
 presentem diem fuerit.*

- 1 Declaratur. l. centum Capua.
- 2 Communis sensus expressus.
- 3 Mora est delictum.
- 4 No. intellectus ad l. centum.
- 5 Loco non destinato, nec creus soluit. nec actor petit.

CAP.

1  
De intelle-  
ctu princi-  
pū. l. centū.



**P**LANE quia † in nobilissimam. l. centū  
Capuæ. incidimus, de eius intellectu ali-  
qua dicere operæpretium duxi: quòd an-  
notauerim priorem huius responsi par-  
tem, ab anterioribus malè intellectam. Africani in ea,  
l. verba hæc sunt. *Centum Capuæ dari stipulatus, fideiussu-  
rem accepisti: ea pecunia ab eo similiter, vt ab ipso promissa  
re peti debebit, id est vt si alibi quàm Capuæ petatur, arbitra-  
ria agi debeat, lis q̄, tanti æstimetur, quanti eius vel alteri  
interfuerit, eam summā Capuæ, potius quàm alibi solui.* In  
horum verborum interpretatione, scriptores omnes  
existimant Africanū decidere, quòd si promiseris mi-  
hi solenni stipulatione, cētum Capuæ dare, fideiussu-  
remq̄; eius rei nomine dederis, vtroque & reo & fide-  
iussore moram faciente, possum alibi quàm Capuæ  
petere à fideiussore, nedum à reo principali: contraq̄  
fideiussorem ob suam moram, fit actio propter loci  
arbitraria, quemadmodum aduersus debitorem prin-  
cipalem. Vnde iudex in id quod mea stipulatoris in-  
terest, Capuæ solutum esse, fideiussorem ex sua mora  
cōdemnabit, modò & eius quod sua quoque interest,  
ratio habeatur. † Qui intellectus bona scriptorū, ve-  
nia dixerim, parum verbis, minus menti Iuriscōnd. cō-  
uenit: tum quòd illic non fiat mentio de mora, quam  
subaudire non oportet, † cum mora sit delictū, licet in-  
omittendo consistat. Accurf. in. l. si mora. ff. sol. matr.  
delicti autem præsumptio semper effugienda. l. merito. ff. pro soc. Et huic nostræ sententiæ suffragatur  
vers. nec oportebit. d. l. centum. dum inquit iuriscōnd.  
*Quòd si forte per reum steterit, quominus pecunia debitale-*  
ade

2  
Explosus cō-  
munis sen-  
sus.

3  
Mora est de-  
lictum.

- 4 tor  
igi-  
tion  
effie-  
vt in  
hoc v  
co qu  
gat, t  
habe  
5 deiu  
quic  
quo p  
ff. de  
stipu  
ma. v  
niam  
gi po  
sua in  
inl. ij  
Q  
tu  
1 Depre  
2 Gell. a  
3 Ouid.  
4 Buceph  
5 Valle  
6 Recusa  
7 Depre

eo destinato solueretur, non oportere fideiussoris obligationem augeri. Apertè innuens, in priore parte legis, per debitorem nõ stetisse, quominus se debito liberaret. † Hac No. intelloc.  
 4 igitur interpretatione tanquam absurda, minimeq; rationi consentanea, explosa, non fortasse incommodũ esset prius illud Africani responsum ita interpretari, vt in eo de mora, nec rei, nec fideiussoris agatur: sed hoc vnum ibi doceat Iuriscon. quòd si creditor alio loco quàm destinato solutioni à fideiussore debitũ exigat, tunc eius, hoc est fideiussoris propter locum, ratio habeatur. Item etiam actoris, id est creditoris, si ei à fideiussore, alio loco debitum offeratur. † Vt enim is qui certo loco dare promisit, nullo alio loco, quàm in quo promiserit, soluere inuito stipulatore potest. l. pe. ff. de eo quod certo loco, nisi promissor id totũ quod stipulatoris interest offerat. Accursius in l. qui Romæ. vbi doctores. ff. de verbo. obliga. & in l. qui pecuniam. ff. de rebus credit. Ita nec alio loco soluere cogi potest. l. vsuras. C. de solutio. nisi eius quoq; quod sua interest, stipulator rationem habere velit. Accurs. in l. ij. ff. de eo quod certo loco. Ioannes Corasius Tolosa.

*Quid sit deprecari, declarata Iul. Paul. constitutio.*

- 1 Deprecari quid.
- 2 Gell. à Valla taxatus.
- 3 Ouid. locus explicatus.
- 4 Bucephalus equus Alex.
- 5 Valla sententia reiecta.
- 6 Recusare, & deprecari differunt.
- 7 Deprecator fortunarum.

K





- 8 *Deprecatio Rhetorica.*  
 9 *Explicatus §. in delictis.*  
 10 *Declaratus §. j. l. fideiussores magistratuum.*

## C A P. XIII.



**R**o Aurelio Romulo conductore vectigalis, cum in cētū annua Petronius Thal-  
 lus, & alij fideiussissent, iiq; tam in sorte,  
 quam in vsuras cōuenirentur: *deprecaban-*  
*tur* (inquit Iul. Paul. in l. fideiussores magistratuum. §.  
 j. ff. de fideiuss.) *lecta subscriptione fideiussionis, quoniam*  
*in sola centum annua se obligauerant, non in omnem conda-*  
*ctionem, & cætera quæ sequuntur. † Hoc loco quid de-*

- 1** *Deprecari*  
*quid signifi-*  
*cat.*  
 precari verbum significaret ab homine multi nomi-  
 nis, quandoque quæsiui: qui respondit idem esse quod  
 valde, vehementer & obnixè precari. Etenim preca-  
 bantur suppliciter apud Iul. Paul. fideiussores, vt ne le-  
 cta subscriptione fideiussionis, in vsuras condemna-  
 rentur. Animaduerti ipse variè verbum deprecari, ab  
 autoribus probatissimis accipi. Nā Aul. Gell. lib. noct.  
 Attica. vj. cap. xvj. deprecari, abominari, vel detestari  
**2** esse dixit. Vnde deprecor supplicium † idem Gell. di-  
 ctum ait, quasi detestor, & execror: quem taxat Lau-  
 ren. Val. libr. vj. cap. xxiiij. existimatq; deprecari nihil  
**3** aliud esse, quàm dicto, vel facto recusare. † Idq; au-  
 toritate Ouidij de Ponto probat.

*Locus Ovi. Sapè precor mortem, mortem quoque deprecor idem.*  
*Ne mea Sarmaticum, contegat ossa solum.*

- 4** *Quare non ineptè, vt ait, dixeris † Bucephalū qui præ-*  
*Bucephalus* *ter vnum Alexandrum, omnem alium recusabat scello*  
*rem*

- 5 rem: deprecari alios seffores, præter regem. † Sed Val- equus nemi  
 lam multis verbis, iisdemq; elegantissimis ridet Alex. nem seffore  
 ab Alexan. lib. Genial. dier. iij. capitu. xiiij. pluribusq; præter Ale-  
 veterum autoritatibus probat, nos ineptè, absurdè, & xan. unum  
 barbarè loqui, si deprecari pro recusare dixerimus: admittebat.  
 tandemq; ostēdit, veterem probabilemq; sensum esse,  
 ut deprecari idem sit, quòd suppliciter petere, & pre-  
 cibus exposcere, ne quid fiat quod vitare cupimus, &  
 contendimus ne eueniat. Mortem ergo, inquit Ouid.  
 deprecatur, non simpliciter recusans mortem, sed sup-  
 pliciter exposcens, ne mors cōtingat, inter tot truces  
 6 immanesq; homines. † Vnde deprecari, distare mul- Deprecari et  
 tum longeq; a recusare probat: quippe deprecari est recusari dif-  
 precibus rogare, & summissè obtectari, ne quid fiat. ferunt.  
 Recusare verò iure & manu contendere, & quadam  
 mentis vecordia minaciter magis quàm precibus, de-  
 poscere. Cicer. lib. ij. Tuscul. De Anaxarcho, inquit,  
 Democritoq; cogitetur, qui cum in manu Cyri, Nicocreontis  
 incidisset, nullum genus supplicij deprecatus est, neque recu-  
 sauit. Et Cæsar. in commen. lib. v. Hedui nec deprecandi,  
 nec recusandi causa, legatos ad Cæsarem mittere vole-  
 bant. Quibus liquet deprecari, idem esse quòd preci-  
 bus eniti & rogare, ne quid fiat, seu eueniat, tale quod  
 tu nolles euenire, & futurum detestaris. Ut & il-  
 le plenius prosequitur, cui ipse assentior. Existimo-  
 que deprecari esse idem quod precibus auertere & Deprecari  
 periculum.  
 depellere malum quod impendet. Vnde Cicer. in  
 vij. Ver. deprecari periculum dixit, id est precari ne  
 eueniret. illi, inquit, ad deprecandum periculum pro-  
 ferebant, alij purpuram Tyriam, thus alij, atque odo-  
 res. Dixit quoque deprecari avaritiæ crimina. Nunc

Verò ait in iiii. Ver. quid faciat Hortensius? avari-  
tiene crimina frugalitatis laudibus deprecetur? Hoc est  
depelléne, & orabit vt ne avarus existimetur, sed ma-

Deprecari  
exilium. 7  
Deprecator  
fortunarū. 8  
Deprecatio  
color Retho-  
ricus. 9  
Explanatus  
§. in delictis. 10

gis frugalis. Dixit item deprecari exilium, & fugam:  
hoc est precibus orare, ne exul esse, fugamq; facere co-  
geretur, cū inquit sibi non incolumem fortunam,  
sed exilium, & fugam deprecaretur esse coactum, vt  
vita sese ipse priuaret. † Et pro Plancio, deprecato rem  
fortunarum appellauit eum, qui precibus deposcebat,  
ne fortunæ sibi suæ adnumerentur. Hoc est ne con-  
demnaretur, & bonis publicatis in exilium iret. Et pro  
Sylla. *Multorum*, inquit, *hic vitam est à L. Sylla deprecatus*.  
Hoc est precibus impetrauit, vt multis L. Sylla  
ignosceret. † Hinc color ille Rhetoricus, qui deprecatio  
dicitur, cū & peccasse, & consultò peccasse se  
reus fatetur, & tamen vt ignoscatur postulat. † Hoc  
autem colore vsus Trypho. in l. auxilium, §. in deli-

ctis. ff. de minor. ait. *Sed vt ad legis Iulie de adulteris  
coercendis, præcepta veniamus, vti que nulla deprecatio  
adulterij pœna est, si se minor annis adulterum fateatur.*

† Cū itaque, vt è diuerticulo in viam redeamus,  
probatum sit deprecari idem esse quòd vehementi  
studio, & enixe precari, ne quid fiat quod futurum ve-  
remur: cognitu facillimum est, quid intellexerit Iul.

Sensus §. j. l. fideiussores. Paul. in d. l. fideiussores. §. j. ff. de fideiussor. referens  
fideiussores qui & in sortem, & in vsuras conuenie-  
bantur, lecta subscriptione fideiussionis, quoniam  
in centum annua duntaxat se obligassent, hoc est  
precibus enitebantur, ne in vsuras in quas non se  
obligauerant, condemnarentur.

Ioannes Corasius Tolosæ.

Nihil

Nihil aliud esse permutationem, quàm contractum do ut des, aduersus Accurf. Bart. & reliquos omnes probatum.

- 1 *Vulgaris inter eos contractus differentia.*
- 2 *Isaon parum sobrie loquutus.*
- 3 *Recentiorum ratio explosa.*
- 4 *Actio præscript. verb. quando bona fidei.*
- 5 *Nova opinio.*
- 6 *Explicata aliquot leges.*
- 7 *Permutatio contractus innominatus.*

## CAP. XV.

1 **S**OLENT Accurf. † Bar. & alij propè oēs in l. j. ff. de rer. perm. in l. j. C. illo tit. in l. ij. ff. de reb. cre. & alibi passim, hãc inter permutationē, & cōtractū do ut des, constituit differentia: vt si agatur vt species pro specie detur, puta Stichus pro Pãphilo, vel etiam quæ non sint eiusdē generis, sicuti refertur apud Homerum libro Iliados vj. Glaucum cum Dyomede arma sua aurea, pro æreis permutasse, sit permutatio. l. quoniam asseueras. C. de rerum permutat. Quòd si genus pro genere, puta decem modij tritici, pro viginti cadis vini: aut genus pro specie, vt decem modij tritici pro Stichotho seruo, erit contractus innominatus do ut des. l. naturalis. §. j. ff. de præscript. verbis. l. penulti. & fin. C. de rerum permutatio. Cuius differentia rationem Ias. ratio. Iaso. in dicta l. ij. ff. si certum petatur. nouè affert, sed talem vt profiteatur Iureconsultum si viueret, non aliam reddere posse: cùm enim permuto verbum, a per & muto componatur, dictioque per, notet perfe-

Dyomedes  
Glauci per-  
mutatio.

Ias. ratio.

Per dictio.

tionem. l. urbana. §. pernoctare. ff. de verbo. significa. constat vtrunque rem seu speciem certam tradi oportere, vt sit perfecta mutatio, quæ in genere non cadit.

Quam rationem ridet & meritò Curt. præceptor, &

Recentiores in d. l. ij. † Ex quibus sunt qui Iason. som-

2  
Ias. parum  
sobrie loquu-  
tus.

niafle, aut parum sobrie loquutum affirmare non ve-

reantur. Neque enim, inquit, lege aliqua aut ratio-

ne, probari potest, in iis quæ in genere consistunt, non

fieri illam perfectam mutationem, & dominij transla-

tionem, vti in speciebus: cum præsertim mutuuum con-

tractus sit perfectissimus dominij translationem desi-

derans. d. l. ij. §. appellata. quod in iis tantummodo re-

bus consistit, quæ generis sunt, quæ uè pondere, nume-

ro, mensuræ constant. d. l. ij. §. mutui datio. Quare

aliam rationem considerant, vt in speciebus magis

proprie permutatio dicatur, quòd illæ ab ipso princi-

pio certæ sint: cum genus non nisi post solutionem

certitudinem habeat. l. cum incertus. ff. de legatis pri-

mo. l. in ratione. §. incertæ. ff. ad legem Falcidiam. me-

ritò cum datur species pro specie, contractus nomen

accipit permutationis, tanquam certius, ratione ma-

terix in qua cõtrahitur, quæ est certior. † Sed neq; hæc

ratio, quæ tamen plurimum habet coloris, mihi pla-

cet: name ea attenda, cur cum genus pro specie datur,

contractus certum nomen accipit, sicut fit in emptio-

ne: aut cur tum emptionis contractus, eadem ratio-

ne sub generis nomine, non remansit? Dixerit quis-

piam, cum contractus do vt des, & permutatio, con-

tractus sint innominati, inquisitio hæc omninò in-

4  
fructuosa videtur. † Sed dicunt Ias. & nouissimi in d.  
l. ij. fructum huius disputationis vberrimum esse, cum  
actio

3  
Recentiorū  
ratio explo-  
sa.

actio praescriptis verbis, quæ ex permutatione oritur, bonæ fidei sit. §. actionum. de actionibus. Illa verò quæ ex contractu innominato do ut des, stricti iuris. Bartolus in l. jin fine. ff. de rerum permutatio. † Ego *No. opinio.* vt tandem finiam, existimo nihil aliud esse permutationem, quàm contractum do ut des, quod meo iudicio aperte probat Iul. Paul. in dicta l. naturalis. §. primo. vbi cum vniuersum tractatum ob rem dati in quatuor articulos diduxisset, prioreque loco de contractu do ut des, dicturus esset, tradit, quòd si pecuniam dem vt rem accipiam, emptio est: quòd si rem dederim, vt rem accipiam, permutatio: quia, inquit, placet permutationem rerum, emptionem non esse. & in fine adiicit, explicatum esse articulum, do ut des. † Non est igitur constituenda hæc differentia, sed simpliciter, & absolute dicendum, utroque casu permutationem esse: quod etiam ex iis quæ ab Imperat. in l. penulti. C. de rerum permutatio. Timotheo rescripta sunt colligitur, vbi vtrunque genus datum est. Nam Timotheus frumenti certam modiationem Callimacho, & Archamacho dederat, vt olei designatum pondus reciperet, eum contractum permutationis esse, Imperat. dixit, & titulus ipse, sub quo lex inserta est, indicat. l. Imperator. ff. de in diem addict. Quòd si Accurs. Bartol. & reliquorum differentia vera esset, nonne ineptiæ, & absurditatis non tolerandæ accusandi essent legislatores, qui tanto opere laborarunt, in assignanda differentia inter permutationem, & emptionem. l. prima. §. primo. ff. de rerum permutatio. §. item pretium. de empt. in Instit. Si etenim permutatio tunc duntaxat dici poterat,

quo utrinque species daretur, & emptio non aliter consistat, quam si pretium in pecunia numerata interueniat, quorsum, bone Deus, hæsitare oportebat, an idem essent? Non igitur hoc discriminis constituendum, sed existimandum omni casu permutationem esse, ideoque actione præscriptis verbis bonæ fidei nasci. † Et hinc noua ratione tueri potes, quod doctores communiter sed sine fundamento tradunt, permutationis contractum innominatum esse: nam nisi hæc ratio pugnet, reliquæ à doctoribus productæ, nudæ sunt & fragiles.

Ioannes Corasius Tholosa.

*Verus & planus intellect. ad §. pactus ne peteret. Alciatiq; interpretatio explosa.*

Permutatio  
contractus  
innominatus.

- 1 Declaratio communis ad §. pactus.
- 2 Elidere quid.
- 3 Naturalis obligatio pacto tollitur.
- 4 Sensus verus ad §. pactus.
- 5 In stip. ius in pacto factum versatur.
- 6 Stipulatio solennia pactum solum consensum exigit.
- 7 Refutata Alciat. opinio.
- 8 Exceptio ius non factum.
- 9 Actiones de iure gentium.
- 10 Declaratus §. deinde. de orig. iur.
- 11 Exceptio est defensio, quomodo accipiendum.
- 12 No. sensus ad §. pactus ne peteret.

C A P. XVI.



1 *L* L. Paul. Iurisconsulti † clarissimi ad edictum scribentis in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. verba hæc sunt: *Pactus ne peteret. postea conuenit ut peteret, prim*

pa

pactum per posterius elidetur: non quidem ipso iure, sicut sti-  
 pulatio tollitur per stipulationem, si hoc actum est: quia in  
 stipulationibus ius continetur, in pactis verò factum versa-  
 tur, & ideo replicatione elidetur exceptio: eadem ratione  
 contingit ne fideiussoribus prius pactum proficiat. Quæ verba  
 ita legum doctores interpretantur, ut pactum de pe-  
 tendo præcedentem pactionem de non petendo, ipso  
 iure non tollat, sed tantum elidat eam, hoc est in-  
 quiunt infirmet, & debilitet. † Elisio enim debilitatio-  
 nem significat, non quod in totum eam tolli vellit, *Elidere.*  
 Jul. Paul. quod vel ex eo palam fit, quia paulò post in  
 versis. & ideo, subiicit exceptionem ortam ex priore  
 pactione de non petendo, per sequentem de petendo,  
 non omnino perimi, sed replicatione opus esse, qua  
 maxime iuuatur actio ex principali contractu descen-  
 dens: quæ prorsus sublata non fuit per pactum de non  
 petendo, sed elisa, hoc est debilitata, & infirmata,  
 ideo & aduersus fideiussorem, nedum principalem,  
 intendi poterit. Atque ita propè omnes intelligunt,  
 actionem vel exceptionem elidi, idem esse quòd de-  
 bilitari, non quòd peremptionem significet, contra  
 propriam, puram, & notissimam verbi significatio-  
 nem: quandoquidem elidere idem sit quòd effringere, *Elidere*  
 destruere, & dissipare. Vnde Cicero libro iij. quæ- *quid pro-*  
 stion. Tusculanar. sicut, inquit ille, omnes fibra stir- *pric.*  
 pium elidenda, ne vlla vnquam possit existere. Et Vergi-  
 lius. Geminosq; premens eliserit angues. † Cùm itaque  
 per pactum de non petendo, si tamen illud perpe-  
 tuum sit, naturalis ipso iure tollatur obligatio. lege  
 Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de solutio-  
 nibus, vult Iurisconsultus in d. §. pactus. quòd si cre-



ditor reum cui pactum de non petendo fecit, in ius  
vocaerit, isque reus pacti exceptionem opposuerit,  
extincta primum solo pacto naturali, civilis nunc  
per pacti oppositionem elidatur, hoc est extingua-  
tur, & perimatur. Nec quispiam tumultuetur, cum  
doctoribus, intelligendum necessario elidi, id est  
debilitari, propterea quod si civilis extincta dicere-  
tur, naturali etiam paulò antè sublata, dicendum  
esset, creditorem nullo iure agere: cum tamen eo-  
dem loco traditum sit, actorem actionem intende-  
re, quæ quanquam elidatur, per pactum de non pe-  
tendo, in vim tamen posterioris pacti de petendo,  
eius replicatione firmabitur. Nam ut hoc tollamus  
est considerandum, quod si prius duntaxat pactum  
interuenisset de non petendo, eius pacti opposi-  
ta exceptio penitus civilem obligationem, ex præ-  
cedenti contractu promanantem, sine controuersia  
peremisset. Cæterum quia post huiusmodi pactum  
non petendi, ut peti posset alio pacto conuenit, facta  
replicatione posterioris pacti de petendo, prioris ex-  
ceptionis pacti de non petendo virtus ad eò effrin-  
gatur, & enecatur, ut ea amplius civilis obligatio, et  
contractu principalis fluens elidi, & extingui ne-  
queat, imò suis viribus subsistet. † Creditor igitur  
in Iulian. Paul. specie, quam nos hoc exemplo ple-  
nam, & expeditam facere non diffidimus, ad debi-  
tum ager, in actorem reus conuentus de priore pa-  
cto de non petendo excipiet, tumque creditor de po-  
steriore pacti de petendo, replicabit: quæ poste-  
rioris pacti replicatio exceptionem prioris pacti tol-  
lit, eamque impedit, ne contra civilem (ut Zas. ele-

*Diffinitas.*

4

*Clarè expli-  
cata species  
§. pactus.*

gant

ganter dicebat) sc̄uiat. Proinde cū per eam replicationem, pacti de petendo, sublata sit, & enecata, virtus omnis præcedentis ciuilibus firmabitur, intactaque manebit, quam non effrinxit, pacti de non petendo exceptio, propter posterioris pacti de petendo replicationem. Ideoque rectissime Iulian. Paul. subiecit: *Et ideo replicatione elidetur. † Non item ipso iure, sicut stipulatio tollitur per stipulationem: quia in stipulationibus ius, in pactis vero factum versatur.* Quæ etiam verba concisa, breuia, atque ideo subobscura Accursius & alij variis modis sunt interpretati, quos omnes referro præsentis non est instituti. Communi tamen declaratione verba hæc ita accipiuntur, vt in stipulationibus dicat. Iuriconsultus, † ius contineri propter maximam illam quæ adhibenda est in contrahendo solennitatem: nam & verba necessaria sunt, atque ita vt præcedere interrogationem, responsionem autem subsequi oporteat. lege, quinta. §. stipulatio. ff. de verborum obligationibus. lege prima. C. de vsuris. idque ex continenti: continuus siquidem actus interrogantis, & promittentis, esse debet. l. j. §. qui præsens. & lege continuus. ff. de verborum obligationibus. & inter præsentis: nam inter absentes lex noluit stipulationem contrahi posse. d. l. j. in princip. Contracta deinde stipulatio, verborum obligatio dicitur. l. j. §. verborum. ff. de actionibus, & obligationibus. & d. §. stipulatio. Et ita iuris vinculum. §. j. de obligat. in Institut. Roboris plurimum habens, nam tollit stipulatio quamcumque obligationem præcedentem, siue iuris sit ciuilibus, siue gentium. l. j. ff. de nouationibus. §. præterea. quibus modis tollit.

Declaratus  
versicul. Et  
ideo.

Solennia sti  
pulat.

Virtus stip.

tollit. obligatio. in Institut. Licet igitur stipulatio cum contrahitur facti sit, l. consilio. ff. de curator. furios. quia tamen contractus iuris ciuilis est, §. de constituta. de actionib. quem lex non temerè produci voluit, sed adhibitis pluribus solennibus. Cumq; plurimum hic contractus ex iure mutuetur, in eo rectè dictum est à Iul. Paulo ius contineri. Cæterum in pactis factum versari, quandoquidem pactorum substantia, in mero & puro facto consistat: nempe in consensu, etiam inter absentes intercedente. lege prima. in princip. & lege secunda. ff. de pactis. vt propterea per stipulationem, in qua multum iuris admixtum est, præcedens tollitur ipso iure stipulatio, hoc est eius virtus & effectus, à lege datus perimitur, pactum autem ipso iure cum infirmum sit, neque iuris, sed facti tantum viribus adnitatur, præcedens ipso iure non tollit. † Verùm hanc interpretationem Andr. Alciatus libro j. Paradox. capit. xxj. non probat, aliumq; intellectum ea verba admittere ostendit. Neque aliud Iurisconsultum voluisse docet, quàm in stipulationibus versari ius, id est actionem: in pactis factum, id est exceptionem. Nam actionem, inquit iuris esse, definitio demonstrat. l. nihil. ff. de actionibus & obligationibus. §. j. de actio. in Institut. exceptionem autem pacti ne petatur, esse facti, & Bald. in rubri. extra de pact. & Iaso. in l. auus. ff. illo titulo attestantur: quos Alciat. sequitur, quoniam à iure naturali prouenit, & lex ea quæ solo naturali iure inducta sunt, facti esse interpretatur. Cæterum nec hoc sensisse Iulium Paulum existimauerim, nam vt & actio ipsa ius est, ita exceptio. §. j. de replicatione in Institutionibus. Agit enim

7  
Intellect.  
Alciat.

Cõtra Alci.

enit  
dec.  
Vna  
ne  
men  
suam  
reic.  
8 §. La  
iicel  
fluat,  
fit Pa  
9 dimu  
nes at  
in l. fi  
veriu  
guer.  
10 facit  
esse a  
iur. e  
dem,  
temp  
fran  
dine p  
Cum  
excep  
iure o  
ption  
nem f  
11 tauter  
ceptio  
nem i

enim qui exceptit, & in exceptione reus actor fit. l. j. ff. de exception. l. in exceptionibus. ff. de probationibus. Vnde quemadmodum actor pertinēter, & apte actionem suam proponere debet. lege prima. §. primo. ff. si mens. fal. mod. dixer. cap. examinata. de iudic. Ita reus suam exceptionem, quam ineptam, & impertinentem, reicit iudex, atque dilacerat, vt ineptam actionem. l. j. §. Labeo. ff. de fluminibus. † Quod verò Alciatus subiiciebat exceptionem facti esse, quia à iure naturali fluat, minus probamus, quamuis eius sententiæ author sit Panormitanus in rubric. de exceptionibus. sed credimus eas eius iuris esse, cuius sunt actiones. † Actiones autem iuris civilis sunt, vt Bartol. & alij docent, in l. frater à fratre. ff. de condition. indebit. aut quod verius est, iurifgentium: cum & eo iure iudicia vigerint, vnde & actiones esse oportuit. Nec quicquam facit quod † Pomponius ex his legibus compositas esse actiones dixit. lege secunda. §. deinde. ff. de origi. iur. cum enim ante l. xij. tabularum inquit Zas. ibidem legitima agendi series non esset, ruditer enim eo tempore, pro cuiusque arbitrio agebatur, iniectum est frænum, actionesque ante informes compositz, & ordine positæ sunt, ne populus prout vellet, in titueret. Cum itaque exceptio sit actionis exclusio. l. ij. ff. de exceptio. & actiones iurifgentium inuentione, sint à iure civili in ordinem positæ, dici non potest, exceptionem iure naturali inductam: sic enim ante actionem fuisset, quo quid absurdius dici potest? Parum tautem me mouet quod Panor. induxit in rub. de exceptio. & alios plerosq; passim vt crederent, exceptionem iure naturali inuentã, exceptio defensio est: atqui inquirunt

*Cōtra Alci.*

*Actiones quo iure inuenta.*

*Exceptio est defensio.*



Defensio an  
de iure na-  
turali.

12  
Nova inter-  
pretatio.

inquit defensio iuris naturalis esse, nemini non est  
cognitū. clem. pastoralis. de re iudic. Fateor etenim  
quod si defensio in genere consideremus, excep-  
tio defensio potest appellari. l. si quidem l. defensio-  
nes. C. de exceptio. cap. cum inter. cap. significauit illo  
tit. in authen. sed si defensio in specie attendamus,  
vt in iudicio fit, ea iuris naturalis nullo modo dici po-  
test, cum eo iure iudicia non vigerint. † Exponebam  
ego aliquando aliter eum textum, vt quoniam ipsius  
ius, in stipulatione effectum operatur, hoc est tollit  
precedentem: solo iuris misterio, & nullo alio homi-  
nis facto intercedente: neque enim necessum est, vt  
opponatur: in pactis vero hominis factum, vel exci-  
pientis, vel replicantis, vt tollatur precedens exigitur  
ita quod in effectum tantum operatur sola stipulatio  
quantum pactum ab homine oppositum, vel allega-  
tum. Appositē dicit Iul. Paul. in stipulationibus ius, in  
pactis vero factum versatur: hoc est stipulatio sequitur  
precedentem ipso iure tollit, etiam non opposita: pactum  
autem non, nisi de eo nominatim excipiantur  
ideo adiicit iurisconsultus, & ideo replicatione elabo-  
tur. *Ioannes Corasius Tolosæ.*

*Declaratus præter alios versi. pro ea verò parte.  
l. in quartam.*

- 1 *Explicatus uersi. pro ea verò parte.*
- 2 *Iterantur verba tollenda dubitationis gratia.*
- 3 *Battalogia vitium.*
- 4 *Battus ineptus poeta.*
- 5 *Dictiones id est, separandæ.*
- 6 *No. declaratio.*

## CAP. XVII.



**R**EDDIDIT verbi. † pro ea verò parte. l. in quartam. ff. ad l. falci. cam constitutio- nem aliis in locis satis obscuram (vt & nos in interpretatione. l. filium quem. C. fam. circun. profusè diximus) multò obscuriorem, quòd in eo & verba deficere, & nonnulla otiosè addita videantur: proinde rectam & grammaticalem constructionem non recipere, quàmquam illius sensus clarus & certus est. Vult namq; illic Mætianus, vt omnes consen- tiunt, vt quod dictũ est, hæredem omnia quocunq; iure accepta, in Trebell. imputare, obtineat si vno iure, nam si diformi nempè iure partim hæreditario, partim iure legati, id tantum imputat, quod vt hæres acci- pit. Nam quod à cohærede capit, extra quartã est. Difficultatem ad hunc tex. facit, quòd principium carere verbo videatur. *Pro ea verò parte*, inquit Mætianus, *quam accepit à cohærede*: nam cætera quæ sequuntur ver- ba separata sunt, quæ etiam superflua videntur, cum di- ctiones istæ à cohærede accepit, geminentur. Dubitatio- nem præterea non mediocrem faciunt dictiones *id est*, quas pleriq; omnes coniunctim, & expositiue legunt. Hæc Paul. Pic. in d. l. in quartam. col. vj. adeò contor- quent, vt tandem quid dicturus sit se nescire ingenuè profiteatur, sed ea in recensat amplius cogitandum.

*Explanata  
l. in quar-  
tam.*

† Ego aliquando Tolosæ docui fieri illic eam itera- tionem, & conduplicationem verborum, dubitationis tollendæ gratia, vt alibi Vlpia. in l. j. §. sed sciendum. ff. de edil. edic. Ego puto, inquit, Aediles tollendæ dubi- tationis gratia bis idẽ dixisse, ne qua dubitatio super- esset. Et maior orationi quãdoq; comparatur gratia, quam

*Nota confi-  
deratio.*

quàm si semel forent pronuntiata, vt cùm ille dicebat. Nunc etiam audes in horum conspectum venire, proditor patriæ, patriæ inquam proditor, venire audes in horum conspectum? Et cùm Ouid. dixit ij. *Metamot.*

*At senior postquam merces geminata sub illis  
Montibus inquit erant, & erant sub montibus illis.  
Risit Atlantiades, & me mihi perfide prodis,  
Me mihi prodis ait: periurâq; pectora vertit.*

3 In † quibus versibus sunt qui Battalogiæ vitium esse opinantur, quo Ouidium plurimum laborasse, Seneca scribit. Ego verò puto, quæsitam potius orationi gratiam. Obseruauerat hæc Merula quoque, ab eodem pronuntiatum Ouidio prodens.

*si nisi qua facie, poterit te digna videri,  
Nulla futura tua est, Nulla futura tua est.*

4 † Planè fuit Battus poëta ineptus, qui dum simulachra, & statuas, versibus ac hymnis celebraret, eandem sapissimè cantilenam recinebat: inde iterationis vitium, & nimietatis, Battalogia nuncupatur. Sunt qui Battum malint fuisse quempiam Balbū, & hæsitanti oris, impeditaq; lingua: cui videlicet hominum generi, peculiare, videmus, cùm ne semel quidem quod cupiunt possint effari voces easdem iterum atque iterum repetere. Sed in viam redeundum est. † Dictionem *id, à verbo est*, hoc loco separandam esse, cùm Grammatices tum vetustissima quæ vidi exemplaria me cogunt, vt doceam. Nam quòd permulti has duas particulas *id est* expositiuè legunt, erroneum est, & planè ridiculum: neque ij qui dicunt separandas esse, & non coniunctim sumendas magis sapiunt, cùm existiment, ali-

5 *Id est.* quando coniunctim sumi posse, nam siue exponant & decla

de  
da  
me  
a  
6 re  
hæ  
fun  
dit  
ext  
tim  
mo  
ner  
ita  
hoc  
est:  
aca  
hæ  
tum

1 Ins  
2 Bon  
3 Ae  
4 Bon  
5 Sab  
6 Ae  
7 Stri  
8 Scri

declarent, siue referant, utrobique separatim sumen-  
 dae sunt. Atque hoc loco, ut planius faciamus quod  
 mente complectimur, id antecedens est: neque nos sic  
 accipere oportet, ut aliquid exponat, ut sit in eisdem fe-  
 6 re particulis, hoc est. † Placet itaque nobis perfacile  
 haec verba quae tantopere doctoribus difficilia visa  
 sunt, explanare: ea autem ut lectori magis res sit expe-  
 dita, haec sunt. *Pro ea vero parte, quam accipit à cohærede,  
 extra quartam, id est, quod ab hærede accipitur.* Nam in vl-  
 timo ab hærede, non item à cohærede, legendum, & ser-  
 monis structura, & castigatiores codices nos admo-  
 nent: quare crasse & si cupis grammaticaliter, verba  
 ita coniungenda sunt. *Id vero quod ab hærede accipitur,*  
 hoc est, id quod hæres grauatus accipit, *extra quartam*  
*est: id est non imputatur in quartam pro ea parte quam*  
*accipit à cohærede.* quasi dicat: extra quartam esse, quod  
 hæres grauatus à cohærede accipit, non tamen in to-  
 tum, sed pro ea parte, quam accipit à cohærede.

Declaratio  
 facili.

*Ioannes Corasius, Tholosa.*

*Quid sit ius, quidq; æquum bonum, dilucidè præ-  
 ter alios explicatum.*

- 1 *Ius quid.*
- 2 *Bonum ab æquo separatum.*
- 3 *Æquum.*
- 4 *Bonum non æquum.*
- 5 *Sabina raptæ a Romanis.*
- 6 *Æquum, Bonum.*
- 7 *strictum ius.*
- 8 *Scripti & Voluntatis questio.*



9 *Ridicula doctorum opinio.*10 *Chirurgus Bononiensis.*

## CAP. XVIII.

1  
*Ius quid.*

Ars.

Bonum &  
*equum.*

2

LEGANTER apud Vipian. Celsus ius finiuit, vt sit *ars boni & aequi*. l. j. §. j. ff. de iustitia & iure. in quorum verborum interpretatione, acerbissime doctores affliguntur. Ego planam & expeditam literam puto, si tamen cum ceruicosis non nobis sit negotium. Ius enim ars est, hoc est scientia, & disciplina quaedam, aequi ac boni praecepta, regulasq; continens. Quod & idem Celsus palam alibi fecit, dum ius ipsum iuris scientiam esse dixit, cuius velamento, plerique decipiuntur, a bono & aequo recedentes. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obliga. Inde iurisprudencia dicta est, hoc est, inquit Vlpia. diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atq; iniusti scientia. l. iustitia. §. si. ff. de iustia & iur. Nimum ergo absurdi & ridiculi sunt, qui verorum quorundam apud Accurs. expositionem suffragati, artem pro praecepto interpretantur, quasi verò non alia sint iuris praecepta, à iure ipso. Quos item si sequeremur, dicendum esset, rectam quancunque & iustam priuati praeceptionem, illud ius esse quod finit Iuriscòsult. Id autem absurdus est, quam vt pluribus sit refutandum. Sed nec artem alicubi pro praecepto ponimus: nec nisi per Metonymiam nullo modo huic loco còuenientem, defendi potest. Ius igitur ars est, hoc est scientia, boni & aequi regulas continens. † Vnde postulat hic locus, vt de bono & aequo, cuius in iure nostro mentio fit frequentissima, aliqua dicamus.

† Scien

3 Sciendum ergo bonum ab æquo separatum, gene- Bonum ab æ-  
 nomen esse, honesta pariter atque utilia comple- quo separa-  
 ctens, inquit Vall. libro quarto. capitulo 100. Inde tum.  
 bonam conditionem, pro honesta & utili Latini di-  
 cunt. Et Cato libro primo. de re rust. capitulo pri-  
 mo. Bonum cœlum, pro non calamitoso, non ærum-  
 noso, nec aliquibus malis prægrauato, sed potius foe-  
 cundo, gratiofo, & commodo, posuit. † Est & in iure  
 nostro non infrequens hic loquendi modus, vt bo-  
 num, vtile, id quod nobis aut Reipublicæ confert, &  
 est emolumento significet. l. si vsusfructus. §. denique.  
 ff. de vsufructu. l. tertia. §. si quis ex liberis. & l. si post  
 mortem. §. liberi. ff. de bonorum possess. contra tabu.  
 Hinc bono publico introductam vsucapionem Caius  
 dixit l. prima. ff. de vsucapionibus. significans expedi-  
 dire Reipublicæ, vsucapionibus locum esse. Ad hunc  
 sensum Imperator bonum fuisse mulieri quæ com-  
 miserit se marito, sua quoque omnia credidisse di-  
 cit. l. hac lege. C. de pactis conuentis. Et dominus,  
 Matthæi xxvj. cum dixit: *Va homini illi per quem fi-*  
*lius hominis proditur, Bonum erat ei, si natus non fuis-*  
*set homo ille.* In eoque loco Paul. j. Chorin. ij. *Bonum est*  
*homini mulierem non tangere,* bonum accipitur pro  
 commodo non vt opponitur vitio. Aequum verò Aequum.  
 ab æquitate fluit. Est autem æquitas cōstantia ani- Aequitas.  
 mi, ac perfecta quædam ratio, & natura, quæ ad-  
 mirabili temperamento, omnia moderatur. l. diuus. ff.  
 de restitutione in integrum. l. si seruo fideicommissa-  
 ria. ff. de hæredibus instituendis. Vnde & æquum ni-  
 hil aliud est, quàm iusta rerum moderatio, & æqua-  
 litatis quædam conseruatio. l. non tantum. ff. de re

iudicata. ~~Quod ad raptores saluandum~~

~~non est in hoc non ante raptores secundo de iuribus~~

5 *Sabinarum  
raptus.* ~~si possent~~ † Nec possem commodius exemplum pro-  
ferre, quam ex audacissimo illo Romanorum facino-  
re, in rapiendis Sabinarum virginibus: bonum quippe  
fuit vrbi Romæ, vt coniuges habentes, quibus ante ca-  
rebant, liberos susciperent, magnisq; necessitudinibus  
fibi Sabinos iungerent. Cæterum illud non æquum  
fuit, proinde rectissime Accursi, quem plerique om-  
nes futiliter improbant, in l. j. ff. de iustitia & iure  
curf.

6 *Æquum bo-  
num.* † Fallunturq; grauius Salomo & reli-  
qui credentes, nihil bonum esse, quod non idem sit æ-  
quum: cum & nonnunquam hæc duo opponantur ad  
l. hac lege. Planè æquum & bonum, seu æquum bonum  
(interdum enim sine copula legitur) exactam quanti-  
tatem probitatem significat, secundum quam, locis, perso-  
nis, rebus, ac temporibus conuenienter aptatam, nul-  
loq; scripto perpenso arbitramur, & statuimus. l. si sit  
me. ff. de rebus cred. l. si quid venditor. ff. de ædi. edictis  
l. in iis. ff. de conditio. & demonstrat. l. consensu. ff. de  
actio. & oblig.

7 *strictum ius.* † Huic opponitur strictum ius, hoc est  
callida & superstitiosa verborum, & præscripti legis  
interpretatio, quam si neglecto bono, & æquo, sequi-  
remur: & summo illo iure, summam crucem, & iniuri-  
am faceremus. † Tumq; potissimum ad bonum &  
æquum recurrimus, cum scripti & voluntatis est que-  
stio: frequentissima sanè inter Iurisconsultos, vt in  
non minima iuris pars pendere videatur, quemadmo-  
dum Quintilia. libro septimo. Orator. instit. scri-  
ptum reliquit. Nos in primo artis nostræ libro, ab  
dicat

8 *Scripti &  
voluntatis  
questio.* † Tumq; potissimum ad bonum &  
æquum recurrimus, cum scripti & voluntatis est que-  
stio: frequentissima sanè inter Iurisconsultos, vt in  
non minima iuris pars pendere videatur, quemadmo-  
dum Quintilia. libro septimo. Orator. instit. scri-  
ptum reliquit. Nos in primo artis nostræ libro, ab  
dicat

dicimus. Interim aliquot exempla, in lectoris gratiam proponere, ab instituto non alienum erit. Lex xij. tab. dicebat. *Magistratus non obedientem ciuem multa, vinculis, verberibusq. coercendo.* Si magistratus communis salutis desertor, hostibus patriam proditurus, idem facinus ciui præcipiat: an hic ciuis magistratus dicto non audiens, coercendus erit? Pugnat hic cum scripto, voluntas: cum præscripto legis, bonum & æquum, quod præualeat. Nemo enim dixerit puniendum eum qui præmiis potius fuit honestandus. Lex item est, vt si quis muros transcenderit capite puniatur, cuius legis primus violator Remus, a Romulo fratre interemptus est. l. si. ff. de rerum diuisi. Cùm hostes ciuitatem oppugnarent, & murum ascendissent, ciuis muros transcendens, eos strenue depulit. Si ex præscripto legis petatur ad supplicium, nonne ex bono & æquo defendetur? cùm seruandæ patriæ aut ciuitatis causa, muros conscendere vetitum intelligi non debeat. † Hic mihi temperare non possum, quominus absurdam scriptorum quorundam opinionem rideam, qui in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. docent, legem Bononiæ quæ sanguinem in palatio facientem, vitam multat. † Chirurghum, qui secta vena ægrum in palatio iuuat comprehendere. Quis enim existimet, inquit eleganter Alciat. libro primo de verborum significatio. medicam manum quæ potius præmio inuitanda erat, vlla penitus pœna afficiendam? & eam legem non interpretetur, ex subiecta materia, vt de ea sanguinis fusione intelligatur, quæ in speciem delicti cadat? Boni ergo & æqui viri est, legis mentem, non verba sequi. Baldus in l. si defunctus. C. de suis & legitimis. Euenit

Remus a  
Romulo occi-  
sus.

Chirurgus  
Bononiensis.

enim sapere, ut tamen si verba legis vnum habeant intel-  
lectum, mens tamen legislatoris alia sit. l. promitten-  
do. ff. de iur. dotium. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu-  
sa. tut. Vnde eleganter Cicero pro Cecinna. *Scriptum  
sequi calumniatoris est, boni autem iudicis voluntatem, scri-  
ptoris, auctoritatemque defendere.* Quod sapienter ostendit  
Crassus in causa M. Curij, contra Scæuolam. Tum enim  
Crassus, ut est apud Cicer. in Bruto, tam multa con-  
tra scriptum pro æquo & bono dixit, ut Q. Scæuo-  
lam in iure, in quo causa illa versabatur peritissimum,

*Ius quid.* obrueret, exemplorum argumentorumque copia. Ius  
igitur (ut eo redeat sermo noster vnde fluxit) est ars  
boni & æqui: hoc est, scientia, & facultas, continens  
præcepta ac regulas boni & æqui. His etiã verbis ad-  
monens iurisconsultus, non pro stultitiæ & leuitatis  
nostræ captu, aduersus præscripta legum deberè què  
bonum & æquum fingere, sed ex perfecta æquitate, le-  
gibus comprehensa, respiciente publicam vtilitatem:  
quæ, ut Hora. ait, est *iusti propè mater & æqui.*

*Ioannes Corasius, Tholosæ.*

*Liberos per clausulam, si sine liberis, in disposi-  
tione esse, in omnium fermè opinionem, & no-  
uo intellectu percepta. l. prima. C. de pac. aliæque  
quamplurimæ leges declarata, aliter quàm cæ-  
teri faciant.*

- 1 *Ex testamento, an vocentur liberi per clausulam, si sine li-  
beris.*
- 2 *Conditio non disponit.*
- 3 *Masculorum mentio quid operetur.*

- 4 *Gruamen iniunctum quid faciat.*
- 5 *Quid in legatis.*
- 6 *Nova opinio.*
- 7 *Voluntas in fideicom. Regina.*
- 8 *Explosa communis interpret. ad l. Lucium.*
- 9 *Alienata reuocantur a filio.*
- 10 *No. intellect. ad l. j. C. de pact.*
- 11 *Conditio quandoque disponit.*
- 12 *Exposita noue l. si ita quis haeres.*

C A P. XIX.



**A**GIATA diu multumq; inter doctores vetus illa quaestio, † an positi liberi sub illa conditione, si sine liberis, vocati ex testamento intelligantur. In qua scriptores tere omnes crediderunt, liberos ab intestato tantum vocatos. Accurs. in l. Lucius. ij. ff. de haere. instit. Et vt Bart. in l. sed & si sic. ff. de leg. j. tradit, ex fortuna potiusquam defuncti iudicio haereditatem consequi. Conditionaliter enim liberorum testator meminit.

*Si sine liberis an per hanc clausulam sint liberi vocati ex testamento.*

† At qui in conditione positus est, vocatus non intelligitur. l. si quis sub conditione. ff. si quis omisi. caus. test. l. ex facto etiam. ff. de haered. instit. Vnde vulgo dici solet, conditionem non disponere: vt ~~hinc~~ existimauerint Christi discipuli, Ioannem non moriturum, quod dixisset Petro Dominus: *Si cum volo manere donec veniam, quid ad te?* Quod si diceremus liberos ex testamento vocari, alienata per patrem grauatum, si ne dubio per eum reuocarentur. l. si. §. sed quia. & athen. res qua. C. com. de leg. cum tamen id neget Imp. in l. j. C. de pact. Denique confirmant hanc sententiam. l. si ita quis haeres instituat. ff. de haere. instit. & leges

*Conditio non disponit.*

- sexcentæq; rationes commemoratæ ab Alexan. confi.  
 3 clxxxv. volu. ij. † A communi tamen recedunt docto-  
*Masculorū*  
*mentis.* res nonnullis casibus, vt si in conditione testator ma-  
 sculorum qualitatem expresserit. Guid. Pap. q. clxxx-  
 4 iij. Philip. Deci. confi. cccxviii. † Vel liberis in condi-  
*Grauamen*  
*inimictum.* tione politis, grauamen iniunxerit. Barto. in l. centu-  
 rio. colum. x. ff. de vulg. vel digressus sit ad plures sub-  
 stitutionum gradus. Anchar. confi. lxx. Alexand. confi.  
 5 fi. lxiiij. volu. v. † Sed & in legatis, non putat communi  
*In legatis di*  
*uersum.* hærendum Angel. Perus. in l. in legatis. C. de leg. Dif-  
 ferentiæ rationem adnectens. quia nutu legata relin-  
 quuntur. l. nutu. ff. de leg. iij. quod non est in hæredita-  
 6 te. l. iubemus. C. de testa. † Ego verò aduersus doctores  
*No. opinio.* indiscriminatim existimo, liberos per hanc clausulā si  
 sine liberis, ex testamento vocatos: ideo & alienata re-  
 uocare. d. l. fi. §. sed quia. Euidenter quippè constat, eū  
 qui testatus est, liberos instituti præ cæteris post insti-  
 tutū vocasse, cum & eos substitutis anteposuerit, quos  
 tamen ex testamento venire nemini non est cognitū.  
 Spectemus ergo inanem quādam verborum subtilita-  
 tem, sub qua, vt adolescens Celsus dicebat, plerūq; per-  
 7 nitiosè erratur: † sed voluntatem ipsam defuncti, que  
*Voluntas so*  
*la in fideicō*  
*missu atten*  
*ditur.* in fideicommissis sola attenditur, & veluti regina do-  
 minatur. l. hæredi. ff. de legat. j. l. in conditionibus. & l.  
 pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de condi. &  
 demonstr. Et nemo est qui non eam defuncti mentem  
 esse intelligat, vt instituti liberos vocare voluerit: &  
 quod eos in conditione posuit, celerioris locationis  
 8 gratia fecisse. † Quod & aperte l. Lucius. in fine. ff. de  
*L. Lucius.*  
*declarata.* hæredibus instituen. tradit, vt nobis officiat tantum  
 abest. Nam (inquit illic Scæuola) prudens consilium  
 testas

testantis animadvertitur: non enim fratrem solum heredem  
 praelatis substituitur, sed etiam eius liberos. Quibus verbis  
 quis negauerit liberos ex testamento vocatos? Scio  
 hæc verba ita ab Accursi. & cæteris exposita, vt ab in-  
 testato vti proximiores liberi à testatore praelati cen-  
 seantur, non ex testamento. Quæ dissolutio absurda  
 est, verbisq; legis repugnans, quæ hoc docere voluit,  
 quòd sicut frater præfertur ex testamento substitutis,  
 ita & eius liberi: quod & suadent verba illa non so-  
 lum, quæ eandem dispositionem in singulis orationis  
 partibus implicant, l. cum non solum. C. de bon. quæ  
 lib. Et quod controuersiam finire videtur, alibi Papi-  
 nian. tradidit, verba si sine liberis, dispositionem face-  
 re. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pactis dot. qui  
 text. sine cauillo tolli non potest. Alia permulta legen-  
 do inducere ad nostræ sententiæ probationem solitus  
 sum, quæ hîc consultò à me prætereuntur. † Nobis  
 9 duntaxat facere negotium videtur l. j. C. de pactis.  
 10 † in qua, vt paucis concludamus, ea ratione dicimus  
 alienata per patrem institutum non reuocari ab eius  
 liberis, quòd non simpliciter, sed in vim pacti, & trans-  
 actionis facta esset alienatio: aduersus autem trans-  
 actionem bona fide interpositam, nec quidem fidei-  
 commissarius venire potest. Si enim tenetur approba-  
 recompromissum, ab hærede factum. l. cum heredi-  
 tas. ff. ad Trebellian. multo magis transactionem, quæ  
 facilius permittitur. l. non distinguemus. §. de libera-  
 li. ff. de recept. arbitr. coniuncta l. fratris. C. de transac.  
 11 Quod autem spectat ad illud vulgare: † conditio non  
 disponit, expeditam habet solutionem: siquidem no-  
 uum non sit, conditionalia verba disponere. l. auia.

No. intellec.  
 ad l. j. C. de  
 pactis.

Conditio  
 quandoque  
 disponit.



§. fin. ff. de condit. & demonstrat. l. si ita stipulatio. ff. de operis libertorum. quod & regulare videtur, ubi favor liberorum versatur, ut & in enuntiatiuis verbis proditum est. l. vnum ex familia. §. final. ff. de legat. j. Nec in specie nostra diuersum dicere possumus, nisi enim disponerent, verborum expressio inanis reddi posset: cum sine illis grauato ex descendentibus superstitite, substitutus excludatur. l. cum auus. ff. de conditionibus & demonstrationibus. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. Atqui ubi conditionalia verba sine effectu reddi possent, nisi dispositionem inducant, proculdubio disponunt. l. proculus. ff. de usufructu. Quod verò ad l. si ita quis hæres. ff. de hæredib. institutendis pertinet, verius est quod Accursius in lege quandiu. ff. de regul. iur. subodoratus est, & nos aperte in l. Gallus defendimus. in ea. l. legitimum hæredem ex testamento, & ut institutum, hæreditatem vendicare. l. cum in testamento. in princ. ff. de hæred. instit. Alioqui perperam sub eo titulo l. illam insertam esse dicendum foret. Et violanda intolerabiliter regula. l. quandiu. ff. de acquirēda hæreditat. & l. antequam. C. commun. de success. Ioannes Corasius, I. V. D. Tolosa.

12  
L. Si ita quis  
hæres.

Quid sit Reatus, apud Iuriconsult. Et plures leges aduersus Accursianos declarata.

1. Reatus crimen est autore Accurs.
2. Interpretatio l. si diutino.
3. Poena dilata grauior.
4. Accurs. & doctorum ridicula expositio.
5. Reatus quid.

- 6 *Scipioni Africano dicta dies.*  
 7 *Confutata communis declaratio.*  
 8 *Expositæ Verè innumeræ leges.*

C A P. X X.



**Q**UONIAM *MNES* ferme iuris interpretes, quorum signifer est *Accur.* † Reatū pro crimine ubique sunt interpretati. Vnde cum dixisset *Modest.* *pœnam eius subleuandam,*

*Reatus Deorum. crimen putant.*

*qui diutino tempore in reatu fuerit.* l. si diutino. ff. de pœ.

- 2 † ita *Iurisc.* verba exposuerūt, vt velit in eum seuerius animaduertendum, qui recenter delictum patrauerit, atq; in eum qui permultis ante annis illud cōmiserit: quasi verò criminum impunitas, longi temporis præscriptione queratur, & non ea quæ diu impunita fuerunt, potius vliscēda grauius sint. † Ad quod & quotidianis Deorum factis admonemur, qui, vt *Cæsar lib. j. comment. ait,* consueuerunt, quo grauius homines ex rerum permutatione doleant, quos pro scelere eorum vlisci velint, iis secundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere, vt grauior pœna sequatur. Ridebis fortasse lector, si alium ad eam legem sensum, quem tertio loco *Accurs.* profert, referā.
- 4 † Nisi hominis de ciuili iure benè meriti diligentiam, admirari potius quàm probris & risu insectari velis. Exponit itaq; *Accurs.* illic dictionem subleuanda, id est augenda, sicut, inquit ille, in pasta, quæ leuatur, hoc est augetur, & maioratur, cum debet fieri panis. Nihil enim ex eius verbis omittendum duxi. Sed iam interpretum nœniis & affamiis satis datum est, nos scopum attingamus. † est reatus, status & conditio in qua rei sunt, donec vel absoluantur, vel condemnentur.

*Accurs. laudatur.*

*Ridicula expositio Accurs.*

*Reatus.*

Olim

Olim inter reos relati, in conspicua & miseranda calamitate, erant, capillo submisso, (vt Plin. lib. vij. ad Suram scribens significat.) quem non antè fas fuit rescindere, quàm omnium sententiis absoluerentur. Squalore & illuue confecti, promissa barba, habitu sordido, pannoso, & vt Bud. inquit, misericordiae aucupatore.

6  
Error inter  
pretum.

Qui status reatus dicebatur. † In pudendum ergo errorem se immergunt scriptores post Accurs. existimantes, à Iuriconsultis, Reatus verbo, crimen significari: quorum sententia præterea confutatur. l. iij. §. quod pater. ff. de muner. & honor. Non enim crimen, sed habitum illum pannosum, statumq; demissum significat. l. fin. ff. ad l. Iul. maieft. l. cum ratio. §. fraudus. ff. de portio. quæ lib. damnat. conced. l. finali. §. de illis. ff. de bonis eorum. qui ante sentent. mortem sibi conscie. Vt ita velit Modestinus in d. l. si diutino. eum mitius puniendum, qui diu in eo statu fuerit. Nam atiquis miseranda hæc & diuturna calamitas, pars pænæ nec iniuria visa est. † Solum Publium Scipionem

Intellect. l.  
si diutino.

7  
Scipio reus  
nō fuit cul-  
tu reorum.

Africanum legimus cùm reus esset, eiq; à Claud. Asellio Tribuno Plebis dicta dies esset, ad populum nequam barbam radere, neque non candida veste vti desistit, minimeq; fuisse cultu solito reorum: vt est apud Gellium libro tertio, cap. iij. † Hodie in reatu sunt, inquit Budæus, qui vel carcere detenti sordibus & illuue conficiuntur, aut qui honoris causa custodiam seu,

8  
Hodie qui  
sunt in reatu.

aut apparitorum commisi, aut vadimonio, aut vadibus obstricti sunt, aut expromissoribus. Iustinus Historicus in iij. Breui post tempore reuocato ad reatum accipiade, duo praelia pedestria secunda, Nicias & Lamachus faciunt. Ioannes Corasius, Tolosa.

Cum

Cum nono mense mulier pariat, cur ad decimum leges se referant, declaratum.

- 1 Natus post decem menses.
- 2 Pariendi tempus.
- 3 Romulus annum x. mensium fecit.

C A P. XXI.



TEMPUS decem + mēsiū, à Gallo præfinitū doctores in l. Gallus. ff. de liber. & posthu. putauerunt: quod & secundum communem cursum, & ciuiles constitu-

Cur leges x. mensium memnerint cum mulier ix. pariat.

tionēs, mulier partum in vtero vltra id tempus non gefet. Quamobrem constitutum, vt post decem menses mortis natus, ad legitimam hæreditatem non admittatur. l. in testat. §. si. ff. de suis & legi. Sed si communem naturæ cursum attendamus, verum non videtur, quod doctores tradunt, cum nunquam aut perrarò mulier, vt vsu videmus, nonum mensem egrediat. Hæc igitur paulò altius repetenda, & aliter declaranda sunt, quam à doctoribus fiat. + Sciendum igitur quòd vt hæc ætate omnibus ferè persuasum est, partum nono mēse edi: ita veteres mēse decimo, parere mulieres credebant. autor est Aristoteles lib. de nat. animal. vij. Cum vnum, inquit, pariendi tempus natura constitutum sit, cæteris animantibus homini multiplex datum. Nam septimo mense, octauo, & nono, mulier parere potest: & quod sæpissimè sit, decimo, nonnullæ etiam vndecimum tangunt. + Et Ouid. causas cur Romulus annum decem mensium constituerit, lib. j. Falto. exponens, hanc quoque elegantè in hæc verba scripsit.

Nova declaratio.

Annum x. mensium Romulus constituit.

Quod satis est vtero, matris dum prodeat infans.

Hoc

*Hoc anno statuit, temporis esse satis.*

Iis assentitur Cicer. Pro Cluent. cum ait: *Nihil iam ad hanc improbitatem addi posse videtur, attendite exitum, quæ mulier obtestatione viri decem illis mensibus, ne domum quidem ullam nisi socrus sua, nosce debuit.* Plaut. item in Cistellaria.

*Tum illa quam compresserat,*

*Decimo post mense exacto, hic peperit filium.*

Deniq; Salomon Sapien. vij. *In ventre matris meæ, inquit, figuratus sum caro, Decem mensium tempore coagulatus sum, in sanguinem ex sanguine hominis & delectamento somni conueniente.* Ioannes Corafius, Tolosa.

*Ridiculam esse phantasiam Butrig. & aliorum omnium ferè, existimantium minus imitos esse similes marito filios.*

- 1 *Filius nono mense natus, an primi vel secundi mariti præsumatur.*
- 2 *Similis marito, an eius filius præsumatur.*
- 3 *Æthiopi simulachrum.*
- 4 *Iacob astutia.*
- 5 *Adultera de marito cogitat.*

CAP. XXII.

**I**n eadem l. Gallus. Barto. & alij quærun-  
t Si mulier statim post mortem primi viri  
secundo nubat, & nono vel decimo mense  
pariat, cuius filius præsumatur. In qua  
quæstione tot feruntur sententiæ, quot capita. Sunt  
inter cæteros qui putent, non negligenter spectan-  
dum esse cui similis sit filius, vt eius iudicetur cuius  
imagine & lineamenta refert. l. quod si nolit. §. qui  
manci

*Filius in se-  
cundis nu-  
ptijs natus  
qui priorum  
esse poterat.  
quarum præ-  
sumatur.*



mancia. ff. de edil. edict. Quam opinionem Bart. &  
 2 alij crebrò rideant: † cùm enim ex cogitatione figurati  
 partus adantur, sæpè contingit nasci filios vero patri  
 dissimiles. Accurs. in l. non sunt liberi. ff. de stat. hom.  
 & in l. quæret aliquis. ff. de verbor. signifi. Quo fit vt  
 cùm adultera aduentum viri metuens, de marito sem-  
 per cogitet, ex adultero filios pariat patri tam similes,  
 vt non lac magis lacti simile, (vt Plaut. in Amphitri-  
 one dicebat) videri possit: quod & Butrigar. in l. fin. C.  
 de carbon. edict. didicisse ab amico quodam suo re-  
 fert. Illud certum est, viso sub conceptum oblato, vt  
 Empedocles dicebat, informari infantem Vnde mu-  
 lieres simulachra sæpiusculè statuasq; in delitiis ha-  
 buisse, similesq; iis partus enixas. Nec desunt in eam  
 rem exempla, ex bonis autoribus. Nā Hieronimus in  
 Genesim, Hippocratem summum illum medicum, &  
 aliorum omnium facilè principem, scriptũ reliquisse  
 tradit: suspitione adulterij mulierem liberatam, quæ  
 pulcherimũ infantem pepererat, vtriq; stirpi & pater-  
 næ, & maternæ dissimilem, quod è regione cubilis nõ  
 3 ab similes effigies depicta esset. † Extat itè declamatio  
 Quintiliani qua adulterij accusatam, quod Aethiopè  
 peperisset validissimè defendit probato Aethiopis si-  
 mulachro. † Vulgata est itè Jacob astutia, Gen. xxx. is  
 4 virgas varij coloris effictas in canalibus posuit, vt cùm  
 venirent greges ad bibendum, in aspectu earum con-  
 ciperent: factumque est, vt in ipso calore coitus, oves  
 intuerentur virgas, & parerent, maculosa varia &  
 5 diuerso colore resperfa. † Verum ego quotidiana  
 experientia edoctus, præsumptionem illam ex si-  
 militudine, lineamentisque paternis promanentem,  
 melio

*Adultera  
 semp de ma-  
 rito cogitat.*

*Aethiopis  
 effigies.*

*Jacob astu-  
 tia.*

*Contra Do-  
 ctiores.*

meliozem multo, & certiozem quam doctozes existi-  
ment putauerim: cum & Parmenides, aliiq; permulti  
philosophi, & docti viri, foetum à dextra vuluæ parte  
æditum patrem semper referre apud Plutarcum de  
Placitis philosophorum tradiderint. Nèc verisimile  
est quod de adultera effertur, in titillatione veneris, &  
voluptaria illa seminis per meatus emissionè, de mar-  
ito cogitare adulteram. Quamobrem sine controuer-  
sia opinor, homines genitali lege trahi, vt in animal-  
ibus, & plantis, sibi similia gignentibus: vt non immer-  
tò Phauorinus insignis philosophus apud Gell. li. xij.  
c. j. existimauerit, ad fingendas animi & corporis si-  
militudines, naturam & vim seminis plurimū valere.  
Et cum similitudo vt naturæ magis consentanea  
multum valeat, videmus patres familias, omni studio  
curare, canum atque equorum generationem, et  
optimis atque pulcherrimis fieri: quod Plato de Re-  
publica & admiratur & ridet, quòd non idem operari  
in copulandis hominibus nauant. Culpam igitur pro-  
lis abesse matrimonio, patris similitudinè aduersari  
But. & alios suam sententiam tam accuratè effere-  
tes, crediderim. Quin & puto certissimum illud esse  
maternæ pudicitiaè testimonium: quod & Mar. Lepidus  
significat, cum ait.

*Est tibi quæ patri signatur imagine vultus,  
Testis materna nata pudicitia.*

Et Horat. in Odis ad Augustum.

*Culpari metuit fides,  
Nullis polluitur casta domus stupris.  
Mos & lex maculosum edomuit Nefas.  
Laudantur simili prole puerpera.*

Homines ge-  
nitali lege  
trahuntur.

Et  
in l.  
M  
Huc  
quer  
Sa  
A  
Lu

NOVA

- 1 Lex
- 2 Bald.
- 3 Testa
- 4 Victim
- 5 Iaso.
- 6 Alci
- 7 Nova
- 8 Lex P
- 9 Laced
- 10 Iuven.



agnati  
luit su  
moriat

E

Et Phocillides poeta Græcus, cuius meminit Alciat.  
in l. quæret. ff. de verb. signifi.

*Non faciunt similes, stuprata cubilia natos.*

Huc etiam quodammodo pertinere videtur Didonis *Didonis*  
querela, sic apud Virgiliū in iiiij. Aeneidos loquentis. *querela.*

*Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset*

*Ante fugam soboles, si quis mihi paruulus aula,*

*Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.*

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Formula Galli, legem Papiam non officere,  
nova ratione probatum.*

- 1 Lex Papia.
- 2 Bald. & Ang. sensus confutatus.
- 3 Testamentum a secundo gradu vires sumit.
- 4 Ultima voluntas non suspenditur.
- 5 Iaso. absurda diuinatio.
- 6 Alciat. opinio reiecta.
- 7 Nova opinio.
- 8 Lex Papia multiplex.
- 9 Lacedæmoniorum lex.
- 10 Iuuenal. locus explicatus.

C A P. X X I I I.



**V**ERVM quia de l. Gallus verba facta sunt,  
eiusdem legis locum vnum paulò impli-  
cationem explicare pergamus. Voluit sua  
formula Gallus providere, ne nepotis  
agnatione rumperetur testamentum. Ideo sic consu-  
luit substitutionem concipiendam: *si filius me vivo*  
*moriatur, &c.* At verendum est, ne in Syllam inciderit

M



- 1 putās vitare Charybdim: † siquidem testamentū tuum  
*Lex Papia.* non cōsistat ex lege Papia, quæ constituit, vt si primo  
gradu hæres institutus diem suū viuo testāte obierit  
testamentū sit in causam caduci: ideo hæreditas nō ad  
substitutum pertineat, sed fisco deferatur. l. vna. §. p  
secūdo. C. de cad. tol. l. item veniūt. §. cum antequam  
ff. de petit. hære. frustra ergo Gallus prouidit, ne testa  
menta rumperentur, quæ iam rupta erant, & in cau  
sam caduci deuoluta, morte filii. l. nam & si sub con  
ditione. §. post defectum. ff. de iniust. testam. † Bald. de  
2 *Sensus Bal.* Angel. fratres in ea lege putauerunt, formulam Galli  
*et Ang.* necessariò intelligendam, cum filio datus est cohæres  
cuius aditione filio etiam subducto de medio in viuo  
testantis, testamentum confirmari potuit. Qui sensus  
diuinatorius est, & confutatur aperte per d. l. Gallus  
§. in omnibus. vt Moder. verbosè prosequitur: in qua  
ad Bald. & Angel. defensionem, ego in d. l. Gallus  
in omnibus, nouè intellexi. Ias. plurimorum relatiō  
cōfutatis opinionibus tandem putat filio hærede vni  
uersali viuo testatore moriente, eius institutionem in  
3 causam caduci verti: † at testamentum nihilominus  
valere, propterea quòd nepos substitutus sit, & à secū  
do gradu vires testamentū sumat. l. iij. §. fin. ff. de lib.  
& posthu. etiam si institutus viuo testante decedat  
si pater filium. ff. de vulg. Sed tunc ex eiusdem Ias. sen  
tentia obstat, quoniā si fingamus non substitutum ne  
potem, sed præteritū, filiumq; viuo testante decedissē  
iam durat argumentū. neque enim posthumi præte  
riti natiuitate, testamentum rumpi potest, quod iam  
(quia in causam caduci versum est,) irritum fuit, quod  
circa inanis Galli prouisio, quæ ideo inducta est, vt  
testa

*Opin. Ias.  
refutata.*

tel  
per  
qu  
res  
tus  
test  
4 test  
nom  
effe  
seer  
sent  
aut  
tis v  
5 tu. C  
præ  
d. l. C  
pot  
lius  
rum  
diui  
me  
6 † Al  
rius  
confi  
solu  
est, q  
locu  
tus e  
rem i  
bari  
sentē

testamēta nepotis posthumi prateriti natiuitate, rum  
perētur: cum ante posthumi existentia ruptū esset. Et Testamentū  
quando à  
substitutio-  
ne vires su-  
mat.  
quod dicimus testamentū à substitutione sumere vi-  
res, verū est, si substitutus mortis testantis tēpore na-  
tus erat: alioqui à secundo gradu nō accipit effectum  
testamentum. Nam quo pacto id quod non est robur

4 testamentum dare potest? † Denique voluntates vltimæ Vltima vo-  
luntas nō est  
in suspensio.  
non suspenduntur. l. si. ff. com. præd. In pendentī autē  
esset huiusmodi voluntas, quoniam fieri posset, vt na-

sceretur posthumus: quo casu testamentū vires ex hac  
sententia sumeret. Fieri etiā posset vt non nasceretur,  
aut nasceretur, sed abortiuus, & tūc nullo esset testan-  
tis voluntati, vel damno, vel adiumento. l. vxoris abor-  
tu. C. de posthum. hæred. instit. † Hæc omnia fortasse  
5 præsentens Ias. intolerabiliter diuinat, necessarioq;  
d. l. Gallus. intelligendam dicit, cum adiunctus est ne-  
poti nascituro, (non purè, sed post mortem filij, si fi-  
lius viuo testatore moriatur,) alius substitutus, in re-  
rum natura existens. Quæ declaratio quàm absurde  
diuinet, quàmq; parum congrua sit, non est necessum  
me pluribus demonstrare: seipsam enim ostendit.

6 † Alciat. nouissimè lib. Paradox. iij. cap. vj. longè cla- Alciat. opi-  
nio.  
rius difficultates omnes tolli dicit, si filium secūdam  
consilium Galli nominatum, non institutum esse, sed  
solum in conditione positū teneamus: tunc enim nihil  
est, quod de Papia lege obiiciatur, quæ tunc duntaxat  
locum habet, cum is qui primo gradu hæres institu-  
tus est, viuo testatore decessit. Sed nec hæc dissolutio, Cōt. Alciat.  
rem ipsam satis concludit, nobisq; potissimum pro-  
bari non potest, qui semper in ea verissima fuimus  
sentētia, vt in formula Galli filius tacite institutus sit

ideo ex testamento veniat. l. cum in testamento. ff. de hæred. instit. quare non in conditione, sed in dispositione positus intelligi debet. † Quid igitur nos in tam

7 salebroso articulo dicemus? Et mihi hic nodus alio

No. & vera  
opinio.

8 pacto dissoluendus videtur. † Sciendum igitur quam-

Lex Papia.

Peregrini  
vrbe exter-  
minati.

dam fuisse legem Papiam, olim à Papio latam, cuius Cicero pro Archia poëta meminit. Ea vsu vrbis pere-

grini prohibebantur, imo verò omnes, qui Romani ciues nō erant, exire cogebantur. Quam legem idem Cicero in iij. Offic. detestatur. *Malè, inquit, qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eosq; exterminant: vt Petronius apud patres nostros fecit, & nuper Papius*: quam tamen

legem primū tulisse apud Lacedæmonios Lycurgum historici prodiderunt. Cū enim Lacedæmonij rei bellicæ studiosissimi essent, iuuetutem suam omni laborum genere, exercebant: quo ea ad rem bellicam

9 aptior esset. † Ne autem peregrinis voluptatibus corrumpere-  
tur, Lycurgus peregrinos vsu ciuitatis prohibuit: fecitq; vt numo ferreo Lacedæmonij vteretur,

Lex Papia  
Iulia.

ne exterarum gentiū corrumpere-  
ntur cōmercio. Fuit & alia lex Papia, ab Augusto lata, Papio Poppæo, ut opinor, inuentore, quam ideo appellari Papiam Augustus voluit: quod ea instituta sunt vestigalia. Cum

Pecunia bel-  
li neruus.

enim propter innumerofam exercituū multitudinem quos Augustus Cæsar alebat, pecunia quæ bellorum

neruus est, indigeret, lege lata vestigalia instituit: quæ ne noua & dura nimium populo viderentur, & vt se excusaret professus est, diui Iulij cōmentariis se edoctum, vt ea institueret. Qua fortasse ratione Iuuenalis hanc legem quandoque Iuliam dixit. *Nam placet* (in-

quit) *vrfsidio lex Iulia*. Habuit porrò lex hæc Papia alia

capita

capita, quorum bona pars non alio spectabat, quam ut  
 ararium adaugeretur. Ex his illud vnum fuit, ut quod  
 coniunx coniugi reliquisset non existentibus liberis,  
 eius decima pars fisco addiceretur. Quæ lex hodie  
 noua C. constitutione, antiquata est, concessumq; ut  
 tantum sibi inuicem coniuges derelinquant, quatum  
 superstitis amor exegerit. l. fin. C. de infir. pœn. celib.

10 † Ad quã l. allusifse videtur Iuue. Saty. ix. cum inquit. Locus Iuue-

*Iam pater es dedimus, quod fama opponere possis,*

*Iura parentis habes, propter me scriberis hæres.*

*Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.*

*nal. enoda-*  
*tus.*

Si enim filios nõ gignebant, decima legati per te mul-  
 tabantur. Alterum caput erat, ut si quis extraneus hæ-  
 res institutus fuisset, is priusquam hæreditatem adi-  
 ret, vicesimam partem fisco impendere teneretur: qua  
 lege filij & proximiores hæredes, nõ tenebãtur. Quæ  
 lex item sublata fuit. l. fin. C. de edic. di. Adria. tol.  
 Tertium caput erat, ut si hæres institutus viuente te-  
 statore, aut mortuo, sed ante aditam hæreditatem, de-  
 cessisset, fisco bona addicerentur: ita tamen ut in libe-  
 ris vsque ad tertium gradum locum nõ haberet. Quæ  
 lex hodie quoque ab aula recessit: quodq; ea liberis ad  
 tertiu vsque gradum permiserat, Iustiniani lex omni-  
 bus concessit. l. vna. vers. cum lex. C. de cad. tol. Quod  
 ergo doctores dicunt, in consilio Galli institutionem  
 filij caducam esse: verum non est, duplici ratione. Pri-  
 ma quia lex Papia ad filij, nepotis, vel etiam prone-  
 potis institutionem non pertinebat. d. l. vna. vers. cum  
 lex. Altera quia Galli tempore, nulla erat lex Papia  
 de caducis: quemadmodum neque hodie, utpotè per  
 Iustinia. explosa.

*Concludit*  
*& declarat*  
*nonè.*

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Simplaria, vel potius simplaria venditiones, quid iurisconsultis significant: & Pomponij responsum, non ita debuisse exponi à Budæo, ut factum est.*

- 1 *Stipulatio duplæ.*
- 2 *Simplaria venditiones.*
- 3 *Opinio Budæi reiecta.*
- 4 *Expositio noua.*
- 5 *Simpulum.*
- 6 *Simplatrices.*
- 7 *Excitare fluctus in simpulo.*
- 8 *Simplaria venditiones.*
- 9 *Declaratus nouè. §. fin. l. si tamen.*
- 10 *Quadruplatores qui.*

## CAP. XXIIII.

1  
*Duple stip.*



**P***VICTA* re ab emptore, † agi potest et duplæ stipulatione: quam duplam oportet venditorem emptori promittere, hoc est duplū pretij, quo casu res emittatur l. ij. & l. emptori. ff. de euic. *Quod sic accipiendum est, inquit Vlpia. si res pretiosiores venierint. d. l. emptori. §. si* nam si aliæ res nō pretiosæ vaneant, secus erit. † *Quorum rerū venditiones* Guil. Bud. vir Græcè, Latineq; impensè doctus, multarumq; rerū cognitione clarus, ideo simplarias à Pomponio dici putat in l. si tamen. §. fin. ff. de ædil. edic. quòd pro illis nō cogatur venditor, emptori de dupla repromittere. Verba Pomponij hæc sunt. *simpliarum venditionum causa, ne sit redemptio, in usu est. †* Quæ verba acutè appensa demonstrant Bud. interpretationē veram non esse: quandoquidem certo

2  
*Guil. Bud. sententia.*

*Cōtra Bud.*

3

certo  
esse  
super  
4 vendi  
expon  
ris fia  
simpla  
lectio  
vidim  
5 liusq;  
dam e  
simile  
bat. N  
6 ipso  
rebus  
7 tur. In  
citare  
agens  
pulo f  
humil  
in Ch  
per an  
8 dam ex  
lat Por  
minut  
9 tio: †  
propte  
quam  
empt. &  
benefic  
l. scio. t

certo fit certius, de equo, iumento, & similibus rebus esse redhibitionem. l. Aediles aiunt. ff. de ædil. edic. super quibus tamen, quia pretiosæ non sunt, de dupla venditor nõ repromittit. d. l. emptori. §. j. † Propterea exponendus est alle. §. fin. aliter quam à Bud. & cæteris fiat: quod commodissimè facturi sumus, si illic nõ *simpulariarum*, sed *simpularium*, legamus. Nam & huic lectioni plerosque ex vetustissimis codices consentire vidimus. Appellabant autè autiqui, res minutas, nulliusq; pretij, *simpularias*. † à *simpulo* quod vas quoddam exiguum est, & minutim fundens, cyato non dissimile, quo Pop. Rom. Diis immortalibus sacrificabat. Nam & M. Varro apud No. Marcellum ait, Deos ipsos vili *simpulo* inuitari. † Vnde mulieres diuinis rebus deditæ, *simpulatricæ*, vt Festus scribit, vocantur. Inde quoque & illud diuerbium manauit. † Excitare fluctus in *Simpulo*, quo de tabellaria lege Cicero agens in iij. de legib. vsus est. Dicebant autem in *simpulo* fieri, quod vel clanculum, vel in re minuta, atque humili fieret. Allegoria sumpta, vt ~~non gurgulio~~ Eras. in Chiliad. tradit, à puerorù lusu, quo in *simpulum* per angustum fistulam inflantes, quasi fluctus quosdam excitare solent. † Ad rem nostram igitur appellat Pomp. *Simpularias* venditiones, rerum humilium, minutarum, & vilium, quæ in nullo fermè sunt pretio: † quarum causa ideo non est redhibitio, quòd propter has causas minimas, res inemptas fieri sit perquam absurdum. l. res bona fide. ff. de contrahenda empt. & contractum perfectum, rescindi speciali legis beneficio, quod ideo in his causis lex non indulget. l. scio. ff. de in integrum restitut. l. si oleum. §. fina.

*Nova expositio.*

*Simpularia*

*Simpulatricæ mulieres.*

*Excitari fluctus in Simpulo.*

*Simpularia venditiones.*

*Intellect. d. §. fin.*

Quadrupla  
tores.

ff. de dolo. Porrò cum Budæ. docet, simplarias actio-  
nes, duplarias, & quadruplarias dictas esse, quæ in  
simplum, duplum, aut quadruplum dabantur, non  
memini me alibi legisse. † Cunque subiicit Qua-  
druplatores delatores fuisse, qui eo sese quæstu to-  
lerabant, vt ea persequerentur, quorum ex legibus  
quadrupli erat actio. Magis, vt opinor, dixit Budæ.  
vt suæ declarationi subiectæque materiæ seruiret,  
quam quòd rem ita se habere crederet, siquidem con-  
stet, Quadruplatores genus delatorum fuisse qui-  
bus præmiu loco, quarta pars de proscriptorum bo-  
nis constituta erat, quòd & Asconius Pædianus tra-  
dit. Fuerunt autem lege Papia certa delatoribus  
præfinita præmia, quæ cum dimidium illata multa  
antea fuissent, Nero princeps delatorum licentiam  
volens comprimere, eadem præmia ad quartas re-  
uocauit. Author est Alex. in diebus Genial.

*Ioannes Cora. Tolosæ.*

*Princeps an legibus teneatur, expositeque plu-  
res leges, ad eam rem pertinentes.*

- 1 *Iulia vox scelerata.*
- 2 *Zaleuci memorabile factum.*
- 3 *Princeps legibus solutus, & quibus.*
- 4 *Lex omnium regina.*
- 5 *Princeps ex contractu obligatur.*
- 6 *Vxor principis an legibus teneatur.*
- 7 *Mulieres lanificium curent.*
- 8 *Mulier quando iurisdictionem habeat.*
- 9 *Vxor fulgore mariti splendet.*
- 10 *Donatio vxori facta cur prohibita.*

## C. A. P. XXV.



CCINITVR assidue auribus regum,  
etiam à theologis, vox illa scelerata. *Prin-*  
*ceps qui legibus nō tenetur, quodcūque potest,*  
*etiā contra ius. l. princeps. ff. de legi. c. pro-*

- 1 posuit. de cōcesso. præb. † Vnde Antonino Caracallo *Iulia nouer.*  
Imperator. Julia nouerca ad illā prope sententiā respō- *ce ad Cara-*  
dit: cum enim ea quæ pulcherrima erat, quasi per ne- *callum vox*  
gligentiam se maxima corporis parte nudasset: dixit *impura.*  
setque Anton. *Vellem si liceret,* respondisse fertur: *si li-*  
*bet, licet, An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non*  
*accipere?* Vox infamis & impura, scorto famoso, ma-  
gis quàm Augusta digna. Non idem Plato censuit,  
qui in iij. de Repub. se videre interitum ei Reipubli.  
paratum dicebat, in qua non lex principi, & magistra-  
tui, sed legi princeps, ac magistratus præfesset: salu-  
tem verò illi, vbi lex seruientibus magistratibus do-  
2 minatur. † Itaque laudabitur in omne æuum memo-  
randum Zaleuci factum, qui Locris leges consti- *Zaleuci fa-*  
tuens, cum sanxisset ne quis armis obseptus senatum *ctum memo-*  
ingrederetur, & vrente bello armatus senatum ad- *randum.*  
iisset, succlamassetque quidam legem soluit Zaleu-  
cus: conuersus non soluturum quidem, sed corro-  
boraturum pronuntiauit: moxque cum gladio, se-  
ipsum tradens vitam adrupit, quæ trāsgradienti san-  
3 ciebatur pœna. † Oportet enim vt Chrysippus di- *Lex omisit*  
cebat, legem omnium ducem, & principem esse. Si *princeps.*  
ergo sola lex omnium dux, & princeps esse debet: non  
alius esse potest. Et quis principi princeps erit? lex (in-  
4 quit Plutar.) quæ † omnium regina est, mortalium,  
& immortalium, vt pindarus ait, Sunt itaque impuri



ascentatores qui occupandæ voluntatis principū gra-  
 tia, eius authoritatē effusē, & plerūq; falsō ex tollētes,  
 cū legibus obedire non oportere impiè prædicāt, cum  
 lex ipsa inuētū sit, & munus deorū. l. ij. ff. de leg. quo-  
 rum decretis principē solutū esse, nemo sanæ mētis est  
 dicturus. c. cū inferior. de ma. & obed. Nec aduersatur  
 his illud Vlpi. responsum ex. d. l. princeps. verissimum  
 siquidē est, principē legibus solutū: non enim legibus  
 ab alio cōditis tenetur, cū par in parem imperiū nō  
 habeat. l. nam & magistratus. ff. de arb. c. innotuit. de  
 elect. non à seipso promulgatis, cum nemo possit sibi  
 imperare. l. pen. ff. de arb. aut legē talem imponere, à  
 qua non liceat recedere. l. si quis, in prin. ff. de leg. iij.  
 Cæterum hæc in solēniū legibus, & similibus obtinet.  
 l. ex imperfecto. & l. omniū. C. de testa. non in legibus  
 naturæ, iustitiæ, & honestatis. l. ij. §. j. ff. de reb. cor.  
 Ideo Bal. in. l. ij. C. de serui. & aqu. quā tumuis, inquit  
 princeps, solutū se legibus dicat: rationis tamē natu-  
 ralis dictamine tenetur, & obstringitur, cū ius natu-  
 rale potētius sit, quā principatus, aut imperiū. Bald. in  
 c. j. §. fi. qui feu. da. pos. † Qua etiā ratione cōstat, prin-  
 cipē lege cōventionis, & cōtractus obligari. Bal. in. l. j.  
 ff. de cōst. prin. quādo nihil magis sit naturale, & con-  
 grūū fidei humanæ, quā pacta seruare. l. j. ff. de pac. &  
 nihil sit quod lumine clariore præfulgeat, quā recta  
 fides in principe. l. inter claras. C. de sum. trini. legi-  
 bus itaque solennitatis, solutus est princeps, veluti ne  
 testādo ad testamētariā, iudicādo ad iudiciariā obser-  
 uationē, cōstringatur. l. ex imperfecto. C. de test. cū  
 eius præsentia suppleat omnes solennitates. l. omniū.  
 C. de test. iis verò legibus quibus à principe neglectis,  
 publi

Intellect. l.  
 princeps.

5  
 Princeps ob-  
 ligatur ex  
 contractu.

publi  
 tene  
 in A  
 solut  
 gi, vo  
 cu. pr  
 ratio  
 illa p  
 cum l  
 mulie  
 inter  
 & inc  
 rint,  
 7 uere.  
 in his  
 aliqu  
 ceptu  
 bina  
 nunc  
 gno s  
 8 palam  
 lio se  
 Ange  
 aliqua  
 de arb  
 minif  
 pontif  
 Planē  
 tamen  
 habet.  
 Vnde

publicum bonum offenderetur, principem quemcūq;  
 6 teneri iura omnia voluerunt. † Quid autem dicemus  
 in Augusta, hoc est in vxore principis? Et eam legibus  
 solutā non esse, sed vt reliquū hominū genus obstrin-  
 gi, verius est. d. l. princeps. & l. j. C. de conduc. & pro-  
 cu. præd. do. Augu. lib. xj. Cessant quippe in Augusta  
 rationes, quæ tantam dederūt principi authoritatem:  
 illa præsertim condende legis, quæ in solo principe lo-  
 cum habēt. l. si. C. de legi. aliis omnibus denegata est,  
 mulieribus maximē, quæ legibus cōdendis nec quidē  
 interesse possunt. l. j. ff. de legi. Imbecillis enim sunt,  
 & inconstantis animi, vt nō immeritō veteres volue-  
 rint, fœminas à ciuilibus seu publicis officiis remo-  
 7 uere. l. ij. ff. de reg. iur. † neq; vlla in re viris suis, quam  
 in his quæ ad lanificiū pertinent operari. Quanquam  
 aliquando vel principis indulgentia, vel moribus re-  
 ceptum sit, vt mulieres scepra regia teneant, pro tri-  
 bunalīq; ius dicentes sedeat. Nam & Britannis, quos  
 nunc Anglos dicimus, morem esse vt fœminæ in re-  
 gno succedant, regniq; administrationem suscipiant,  
 8 palām est. † Ioannamq; Siciliae reginam, in regali so-  
 lio sedentem, sententiamq; pro tribunali ferentem,  
 Angelus se vidisse refert. Et in reginam Francorum,  
 aliquando compromissum esse legimus. cap. dilecti.  
 de arbit. Abbatissamq; iurisdictionem habere, & ad-  
 ministrationem dignitatī suæ annexam, Summus  
 pontifex scribit. cap. indennitatibus. de elect. in vj.  
 Planē licet Augusta legibus soluta non sit: princeps  
 tamen eadem illi priuilegia tribuit, quæ & ipse  
 habet. d. l. princeps. & l. fiscus. §. finali. ff. de iur. fis.  
 Vnde quemadmodum princeps, ab omnium ve-  
 tige

Augusta am  
legibus se-  
neatur.

Mulier la-  
nificiū cu-  
ret.

Ioanna Sic-  
liae Regina

Priuilegia  
cōcessa Au-  
gusta.

Etigalium præstatione immunis est. l. licitatio. §. si. ff. de pub. & donatio ab ea procedens, vel in eam collata, non eget insinuatione. l. sancimus. cum auth. seq. C. de don. Et facta inter Augustum & Augustam donatio, constante matrimonio, rata est. l. donationes quas diuus. C. de don. inter vir. & vxor. Quibusque donatur cubicularii principis priuilegiis, donati quoque intelligi debent, qui apud Augustam eodem munere funguntur. l. cubicularios. de prepos. sac. cubic. lib. xij. C.

9 † Horum omnium ratio est, quia splendent honore mariti vxores. l. fœminæ. ff. de senato. l. mulieres. de dig. lib. xij. C. Et cum duo sint in carne vna, socii que diuinæ & humanæ domus dicantur. l. j. ff. de ritu. nup. l. aduersus. C. de crimi. expi. hæred. indignum lex estimauit, marito in altissimo honoris gradu collocato, vxoris dignitatem pariter non concrefcere. l. si liberam. C. de nup. quid enim tam humanum est, quam vt fortuitis casibus, prosperis, vel aduersis, coniugum participem coniugem fieri? l. si cum dotem. §. si maritus. ff. sol. matr. Merito absurdum veteres putauerunt, aliquid esse quod non inter virum & vxorem commune sit. † Qua ratione virum ab vxore, contraque vxorem à viro quicquam accipere, vetitum Pluratus in Problema. scribit. iurisconsult. tamen in aliam rationem euntibus. l. j. ff. de dona. inter virum. & vxorem.

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

MISCELLANEORVM IVRIS  
CIVILIS LIBRI SECVN-  
DI, FINIS.

*Omnia inter coniuges communia.*

*Vxor fulget honore mariti.*

I  
R  
D  
non i  
1 Vidui  
2 Valeri  
3 Partia  
4  
5 Dotal  
6 Pana  
7 Legat  
8 Debit  
9 Noua  
10 Enodat  
11 Licenti  
12 Consider  
13 Pater  
14 Confens



IOANNIS CO-  
RASII TOLOSATIS  
IVRISCONSULTI,  
MISCELLANEO-  
RVM IVRIS  
CIVILIS,

Liber Tertius.

*De muliere secundo nubente per multa scitu  
non indigna.*

- 1 *viduitatis laudes.*
- 2 *Valeria memorabile Verbum.*
- 3 *Portia praeclara sententia.*
- 4 ~~\_\_\_\_\_~~
- 5 *Dotatum an iterum nubens perdat.*
- 6 *Pena nubentis intra annum luctus.*
- 7 *Legatum an vxor praecipuum habeat.*
- 8 *Debitor necessarius & voluntarius.*
- 9 *Nova opinio.*
- 10 *Enodata auth. praeterea.*
- 11 *Licentia si detur vxori secundo nubendi.*
- 12 *Consideratio noua.*
- 13 *Pater an iniuriam filij remittat.*
- 14 *Consensus filiorum primi matrimonij quid operetur.*

CAP. I.



**P**RISCI Romanorum, † eam foeminam  
neque iniuria pudicitiae corona honesta-  
uerunt, quae vno contenta marito fuisset:  
perpe

*Continentia  
& viduita-  
tis laudes.*

perpetuaq; viduitate castissimi & incorrupti animi  
 synceritatem ostendisset. Cōtra verò eam admodum  
 libidinis impatientem esse iudicauerunt, quæ pri-  
 oris fœderis oblita, rursus nupsisset: tum maxime  
 cum liberos mortuum maritum facie nominè re-  
 ferentes atque exprimentes haberet. Impia siquidem  
 videtur, quæ liberos orbatos patre, ab omnibus de-  
 stitutos, eo præsertim tempore, quo magis ope indig-  
 ent, quasi in limine vitæ negligit. Quam senten-  
 tiam Elisse apud Virgil. his verbis elegantissimè ex-  
 primere videtur.

*Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset,  
 Ante fugam soboles: si quis mihi paruulus aula,  
 Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.  
 Non equidem omnino capta, ac deserta viderer.*

Debet etenim optima matrona, quæ vidua est, non  
 tuò putare, eum cui semel cōsenserat, ut quædam  
 ferat, viuere, animoq; illi semper hærerere, veluti si pe-  
 regrè militiae ueffet. Illudq; cum Didone in  
 Aeneid. canere.

*Ille meos primus qui me sibi iunxit amores,  
 Abstulit, ille habeat secum: seruetq; sepulchro.*

Valeria Proinde Valeria Messalensis soror, cùm à propinquis  
 memorabile rogaretur, cur amisso viro nulli nuberet: virum suum  
 responsum. semper viuere honestissimè respondit. † Sed & Por-  
 3 Porcie egre cia minor, Cathonis filia Romanæ nobilitatis ani-  
 gia senten- mum ostendit. Nam cùm apud eam forte fortuna  
 tia. mulier quædam, quæ iterum nupserat laudaretur.  
*Tacete, inquit, nam neque fœlix, neque bene morata  
 aut pudica esse potest fœmina, qua secundo nubis.*  
 Coc

Cornelia Gracchorum mater, à Plutarch. magno-  
 pere laudatur, quòd vidua quam regina esse ma-  
 luerit: quippè quæ regis Ptolemæi regni & diade-  
 matis communionem sibi offerentis, nuptias respue-  
 rit. Laudavit identidem Ioachin pontifex Iudith,  
 quòd alteri viro non nupsisset. Iudith xv. Ideo & ve-  
 rus Christi Apostolus Paulus ad Corinth. scribens.  
 Mulier, inquit, alligata est legi, quanto tempore vir eius,  
 vivit: Et si dormierit vir eius, liberata est, cui au-  
 tem vult nubat tantum in domino. Beatior tamen erit  
 si sic permanferit secundum meum consilium. ad Co-  
 rinth. vij. † ~~Et in dotali nuptiarum dote esse for-~~

Cornelia  
 regni rege-  
 sat.

~~nicianorum laudata nuptiarum dote esse for-~~  
~~nicianorum laudata nuptiarum dote esse for-~~  
~~nicianorum laudata nuptiarum dote esse for-~~  
~~nicianorum laudata nuptiarum dote esse for-~~  
~~nicianorum laudata nuptiarum dote esse for-~~  
~~nicianorum laudata nuptiarum dote esse for-~~  
~~nicianorum laudata nuptiarum dote esse for-~~  
~~nicianorum laudata nuptiarum dote esse for-~~  
~~nicianorum laudata nuptiarum dote esse for-~~  
~~nicianorum laudata nuptiarum dote esse for-~~

Adhæc consulti de multis quandoque fui-  
 mus, & in primis † utrum lucrum nuptiale, (quod  
 Jurisconsulti additamentum. l. inter socerum. §.  
 cum inter. ff. de pact. dota. Canon. dotalitium.  
 cap. ex parte. de for. comp. Tolofates agensamen-  
 tum appellant.) item legata, vxor iterum nuben-  
 do amittat. Et id nihil prorsus habere dubitatio-  
 nis respondi: cum Imperator dicat proprietatem  
 liberis priorum nuptiarum conferuari, solo vsu-  
 fructu penes eam remanente, alienationeque illi  
 prorsus interdicta. §. si verò expectet. de nuptiis. co-  
 lum. iij. l. fœminæ. l. hac ædiftali. §. his illud. C. de se-  
 cund.

Additamen-  
 tum.  
 Dotalitiū.  
 Agensamen-  
 tum.



dotem non prohiberi & legatum, & debitum petere. l. creditorem. ff. de legatis ij. & expressius Imperat. in l. vnic. §. primum itaque. C. de rei vxor. actio. *Manifestissimum est* (ait) *testatorem qui non hoc addidit, voluisse vxorem cui aliquid ultra dotem legatum est, vtrunq; consequi.* Contrarium tamen ex cautidicis celebriores respondebant, quòd imò legatum huiusmodi, in additamentum computare debeat. l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. mat. l. cum pater. ff. de iur. dot. auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Bart. vbique concludente, maritum cui ab vxore non nihil relinquitur, debere id imputare in eam portionem, quam ex l. municipali lucratur. Sequitur Bal. in l. quoniam in prioribus. col. final. C. de inoff. test. Quamuis idem Bald. parum sibi constans, contradicat in l. si vxor. C. de bon. aut. iudi. possid. & in d. auth. præterea. † Sic tamen distingui solet, vt debitor necessarius ex legisputa civilis, aut municipij dispositione, si quid testamento creditori legat, compendiosi animo reliquisse intelligatur. d. auth. præterea. cum in necessitatibus, (vt Modest. ait) nemo liberalis existat. l. rem legatam. ff. de adi. lega. qui casus noster. erat: quoniam statuto Tolosano mulier agensatur (sic enim loquendū est) in media dotis parte. Quare quod sibi à marito legatur, imputabit: quemadmodum in patre dicimus, ex cuius bonis filio debetur omni iure legitima. Quodcunque enim sibi relinquitur, in legitimam filius imputat. l. quoniam nouella. C. de inof. testa. l. ij. §. si debita. ff. de bon. libert. Verum si qui factio suo, & voluntarius debitor est, legat creditori, vtrunq; præstandum erit, & debitum & legatum. d. l. creditorem. Huc pertinet ratio, quia longè potētius debitum

*Voluntarius  
& necessarius  
debitor.*



est, quod ex facto nostro descendit, quam quod ex alieno. Accur. in §. ex conditionali. de verborum obligatio. Instit.

Quæ casuum differentiarum ratio, receptissima est, apud me tamen semper fuit dubia per l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. ubi legata non imputantur in quartam falcidiam, quam tamen certum est ex legis prouisione, contraque testantis voluntatem detrahi. l. Titia. ff. ad leg. Falcid. c. Raynaldus. in fi. de testa. Præterea si vera esset hæc communis sententia, legata omnia quæ à coniugibus relinquuntur inutilia forent: quod asserere nimis est absurdum.

9 *Nova opinio* Quamobrem existimaui semper non esse à verbis Imperatoris recedendum, ut utrumque; uxori præstatum sit. Manifestissimum siquidem est, testatorem qui non aliter voluntatem suam expressit, uxorem voluisse utrumque; consequi. l. vnica. §. primum itaque. C. de rei uxor. act. 10 *Authentica præterea explicata.* Neque obstat authen. præterea. quæ docentium perstrinxit oculos: illius quippe decisio in inopia fundatur, quæ assequutione legati cessat, aut saltè leuior fit. Hoc tamen quod aduersum alios tueor, in proposita facti specie, cum mulier iterum nubit, non defenderè, quineo casu sine distinctione arbitror, communem sententiam verissimam, ut quod uxori relictum est, animo compensandi relictum videatur. Nullum enim tam recordem esse existimo, qui si futurum sciret, uxorem neglectis communibus liberis alteri nupturam, illi quæcunque posset non detraheret, tantum abest ut de suo largiretur. Ang. Castr. & alij in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. alioqui si mulier priore cõtracta viro, vidua permaneret, eam utrumque; consequi non negarè, quan

quonquam alij contradicant, sed falluntur omnes.

11 Planè nos & illud videamus, quid si prior maritus det testamento vxori iterum nubendi licentiam, an ob id secundo nubentium pœnas mulier effugiat? Et existimauit Accursius quòd sic in §. j. de nup. col. iij. Bal. sequitur in l. femina. C. de secun. nup. & in l. filiù quæ. C. fa. excisc. cæteri q; consentiunt. Cùm enim secundo nubentium pœnæ super iniuria quæ defuncto marito inferitur, fundatæ sint. §. quæ verò. de nuptiis. col. iij. volenti vel ex vulgari regula neque dolus fit, neq; iniuria. l. j. §. vs. quæ de o. ff. de iniuriis. l. cum donationis. C. de transactio. Solet tamen creberrime distingui, aut prior maritus permittit vt intra annum luctus mulier nubat, & cùm hoc fit contra bonos mores. l. j. C. de secun. nup. testatoris dispositio nullius est momenti. l. si quis inquilinos. §. si. ff. de leg. j. aut post annum luctus, & tunc vera sit communis opinio ex iam dicta ratione. Bal. in d. l. j. col. ij. C. de secun. nup. Romanus cõsi. ccix. & sing. ccxlvij. Iason in d. l. filium. col. ix. C. fa. excisc.

Licetia ide-  
rum nuben-  
di.

Volenti non  
fit iniuria.  
Communis  
distinctio.

12 Ego verò de hac communi sententia nonnunquam hæsitauì, si quidem per posteriores nuptias, non tam priori marito quàm eius liberis, mulier iniuriã faciat. §. prospeximus. de non elig. secund. nub. col. j. nisi intra annum luctus nubat, vnde constitutum, vt si nulli suat filij post annu luctus, nubens nullas patiarur pœnas. §. primæ. & §. si verò expectet. de nupt. col. iij.

Content. cõ-  
munem.

13 Quonquam autem pater illatam filio iniuriã donare atq; remittere potest. l. qui cœtu. §. si. ff. ad l. lul. de vi pub. non tamen eã (vt mea fert sententia,) quæ filijs post mortem eius inferitur, cùm eo tempore nõ amplius sint in potestate: cui tamen lex annittitur patri

Pater inia-  
riam filij re-  
mittit.

concedens vt filio illatam iniuriam remittat. l. sed si vnus. §. filios familiars. ff. de iniur.

14 Et ex his consequens est vt id saltem verum fateamur, quod Accursi in §. j. de non elig. secun. nub. col. docuit, aliq; sequuti sunt, vt si de filiorum prioris matrimonij consensu, mulier secundo nuberet, nulla propterea poena plecteretur. Nam cum lex in filiorum gratiam & fauorem secundo nubentes puniat, illi fauori filij proculdubio renūtiare possunt. l. si iudex. ff. de minori. l. pe. C. de pact. Quo tamen casu non satis esse putato, maioris partis consensum habere, sed omnium exigere: nā cū hoc sit pluribus vt singulis cōe, ab omnibus debet approbari. l. per fundum. ff. de ser. rust. præd. l. si. C. de auto, præstan. *Ioannes Corasius, l. v. D. Tolosa.*

*De sequestris, & prohibita sequestratione, nonnulla minimè contemnenda.*

- 1 *Sequestratio quid sit, & quotuplex.*
- 2 *Publicus locus.*
- 3 *Sequester quid, & vnde dicatur.*
- 4 *Occurrere & sequi.*
- 5 *Pub. Lauinij etymologia probata.*
- 6 *Sequestratio regulariter prohibita.*
- 7 *Inuentarium fit ad partis petitionem.*
- 8 *Alienationem parte petente iudex prohibet.*
- 9 *Suspecta persona qua.*
- 10 *Enodata l. si quis conductionis.*
- 11 *Possessio an in sequestrum transeat.*
- 12 *Sequestratio necessaria & voluntaria.*
- 13 *Explānatum c. j. de sequest. poss.*
- 14 *Noua opinio.*

- 15 *L. interesse & l. licet declarata.*  
 16 *Sequester an possit presentare.*  
 17 *Sequester est administrator.*  
 18 *Intellect. c. cum Bertoldus.*  
 19 *Satisfactio quando vitetur sequestratio.*  
 20 *Animum non mutat satisfactio.*

CAP. II.



**P**ETRAVERUNT de me aliquando auditores, ut sequestrationum materiam, frugiferam admodum, nec omnino facilem explanarem. In qua primum tra-

ctare oportuit, quid sit sequestratio, quam ita finendam esse docui, ut sit rei possessa de qua controuersia est, aut fructuum eius, a possessore partium consensu aut iudicis officio ex causa facta separatio: quae optime probatur in l. licet. ff. de posi. Ea autem duplex est, altera *Voluntaria* & *extrajudicialis*, quae partium consensu fit. l. interesse. ff. de acquir. posses. l. si soluturus. §. fin. ff. de solu. & haec nullo casu prohibita reperitur. Altera *iudicialis* & *necessaria*, quae a iudice ex causa dumtaxat decernitur: puta cum veretur iudex ne partes ad arma & rixam procedant. l. aequissimum. ff. de usufru. & l. si. ff. de offic. procurat. C. & s. Haec etiam interdum fit, de re non controuersa, ad iuris partium conseruationem, ut in haeredibus qui de deponendis instrumentis, & cautionibus haereditariis, non consentiunt. Sortiri quippe tunc eos oportet, aut ex consensu vel suffragio amicum eligere, apud quem deponantur: vel tandem in eadem sacram a iudice deponi iubetur. l. si quae sunt cautiones. ff. fa. ercisc. Idem in debitore qui pecuniam debitam creditori offert: eo etenim sine causa recusana

*Sequestratio quid.*  
*Sequestratio duplex.*

- te, debitor vt vsurarum legitimum cursum effugiat, † fortem in publico deponet. Quo casu publicum locum intelligi oportet vel sacratissimas cedes, vel vbi cōpetēs iudex super ea re aditus, deponi eas disposuerit. l. acceptam. C. de vsur. quanquam & aduersum doctores tunc crediderim, proprie depositum nō esse, quod non nisi ab vno fiat. d. l. licet. ff. de positi. Est † autem sequester, Herennio Modestino expositore, apud quem plures eandem rem de qua controuersia est deponunt. l. sequester. ff. de verb. signi. & Alconio, Pædiano, Donato, Seruio, aliisq; Grammaticorum doctissimis, autoribus sequester, medius homo est inter litigantes, apud quem ad tempus aliquid seponitur. Hinc fortasse Virgilius cum de oratoribus à populo Latino ad Aeneam missis verba faceret, pacem illam temporariā & mediam inter bellum præteritum & futurum, quā nos vulgatiore nomine, inducias vocamus, pacem sequestram dixit, cum in hæc verba libro Aeneid. xj. scriptum reliquit.
- Publicus locus.** 2
- Sequester.** 3
- Virgil. locus explanatus.**
- Inducie.**
- Pax sequestra.**

*Bissenos pepigere dies, & pace sequestra.*

*Per sylvas Teucris, mistiq; impune Latini.*

*Errauere iugis ferro.*

- Dictus est autem sequester eodem Modestino auctore, quod occurrenti aut quasi sequenti eos qui contendit committitur. Quæ etymologia Andreae Alciato viri multarum rerum cognitione claro, subdura eo loco admodum visa est: in Modestinum præterea illud intorquens, † quod occurrere & sequi, pro idem significantibus aut similibus accipiat, eum tamen non modò diuersæ sint, sed penitus contrariæ videantur. Occurrat si quidem qui obuius sit, aduersum cōtraq; tendit at seq
- 4
- Occurrere.**

- 5 at sequitur, qui post venit. † Probabilius ergo videtur, quod ex Publij Lauinij libro de verbis sordidis, *Lauinij etymologia.*  
 Gellius in noctibus Atticis tradidit sequestræ vocabulum à sequēdo factū esse, q̄ eius qui electus sit, vtraque
- 6 pars fidē sequatur. Verū enim uerò † pro regula legislatores docuerūt, sequestrationē phibitā. l. j. C. de pro. *Sequestratio regulariter prohibita.*  
 seque. pecu. summa ratione, quando possessio nemini
- 7 temerē sit auferēda. c. i. vt lit. pēd. † Potest tamē petere actor descriptionē & inuētariū rerū fieri, ad faciliōrē *Inuentariū fit.*  
 probationē. l. j. §. eligitur. ff. de vēt. in pos. mittē. l. dñi horreorum. ff. loca. l. si. vbi Bar. ff. de req. reis. Bar. in l.
- 8 post contractū. in fin. ff. de donat. † Poterit item iudex parte petente, ob suspicionē possessori immobilis rei *Alienatio interdicitur.*  
 interdiciere alienationem. l. de pollicitationibus. vbi Bar. hoc no. ff. de pollicita. l. diuus Pius. ff. de pet. hær. l. si creditores. §. si. ff. de priuil. cre. Bal. in l. p̄ diuerfas. q. ix. C. mā. Ab hac tñ regula plures casus excipiūtur.

9 Primus, si persona pro re mobili in iudicium vocata, suspecta sit. l. si fideiussor. §. si. ff. qui satis. cog. † Suspecta autem esse potest, vel ob deprauatos mores. l. si *Suspicio personæ.*  
 spectam. ff. de suspect. tut. vel quia immobilia non possideat. l. sciendum. in prin. ff. qui satis. cog. Quod sanè intelligerem, nisi alioqui fidelis esset, & diligens. d. l. suspectum. & §. fin. de susp. tuto. in Insti.

Secundus casus, cū a sententiæ executione appellatur, quoniam si res de qua contenditur mobilis est, sequestratur: si immobilis, possessione apud appellantem remanente, fructus sequestrabuntur. l. ab executione. C. quo. appella. non recipiunt.

Tertius in peculio, & aliis rebus eius qui ex possessione seruitutis ad libertatē proclamat. quæ in tuto pro

iudicis arbitrio collocantur. l. j. §. super peculio. C. de  
asser. tollen.

Quartus, si veretur iudex, vt ne ad arma & rixam  
partes procedant. l. æquissimum. ff. de vsufruct.

Quintus, cum inter dominum & colonum est de  
dominio rei controuersia: nam si recusauerit colonus de  
restituendis fructibus satisfacere, fructus illi sequestra-  
buntur. l. litibus. de agri. & cenli. lib. xj. C. † cui tamen

IO  
Declarata l.  
si quis con-  
ductionis.

ex professo repugnare videtur text. in l. si quis con-  
ductionis. C. de loca. ex quo illud satis notū traditur, con-  
ductorem domino locatori dominij quaestionē refer-  
re nō posse, sed prius possessionē restituere, & postea  
de proprietate litigare debere. Verūm vt hoc difficile

contrarium obiter diluamus, dic d. l. si quis cōductio-  
nis. tunc procedere ex communi doctorum sententia,  
cū de locatione constat, cumque colonus locationē  
non diffitebatur: at l. litibus, loquitur, cū colonus  
negabat se rem habere à domino, neque aliter de loca-  
tione constabat, quā ex assertione domini: quo casu  
dominij quaestio, rectē domino referri potest.

L. Litibus  
exposita.

Sextus est cū post appellationem fructus agri de  
quo disceptatur, ab aduersario qui condemnatus est,  
depopulantur. Nam eos fructus apud sequestrum de-  
poni æquum est. l. Imperatores. §. si. ff. de appella.

Dos seque-  
stratur.

Septimus, cū apparet maritum dissipare: oportet  
quippe tunc dotem sequestrari, quatenus ex ea mulier  
competens habeat solatium, vnā cum sua familia. l. si  
cūm dotem. §. si verò. ff. sol. matr.

Octauus, in odium rei contumaciter absentis, res  
cōtrouersa potest sequestrari. c. ex literis. de do. & cō-  
tu. Cū enim possit iudex partem præsentē in posses-  
sionem

tionem ex primo decreto mittere. c. quoniam frequenter. & c. tur. vt lit. nō conte. multo magis concedendum est iudici, vt sequestratur res, cūm ex hoc non tam pars cōtūmax damnificetur, qui casus frequentissimus est.

Nonus, si vxor cuius restitutionem maritus postulat, de s̄auitia viri probabiliter timet, quia vir eam capitali odio prosequitur. Nāq; tunc probæ & honestæ mulieri, vsque ad finem litis committi debet. capit. ex transmissa. & c. literas. §. si. de resti. spolia.

Decimus, cūm præsidis provinciæ familiares furtum passi sunt, nam de hoc furtō ipse etiam præses cognoscere poterit, vsque ad contestationem litis, vt per eam actio perpetuetur: & vltra poterit iubere, vt res ablata exhibeatur & apud sequestrum deponatur. l. senatusconsulto, in fi. ff. de off. præsi. Caterūm † posteaquam casus quibus sequestrari res potest, recensuimus, nunc videamus an in sequestrē possessio transeat: quod anceps est, & ambigū, propterea quōd Florentinus & Iulianus sibi aduersari videantur. Nam sequestrē possidere Florētinus dixit. l. licet. ff. de positi. idq; verum esse Gloss. docuit in cle. vni. de seque. possess. & fruct. Sequester (inquit) eum possideat, iura beneficij & beneficiati exercebit. Contra verō Iulianus nisi aperte fuerit probatum, rem apud sequestrum depositam dimittendæ possessionis causa, sequestrum possidere negat. l. interesse puto. ff. de acquirenda possess. quod tenuit glos. in cap. examinata. de iud.

*Possessio an transeat in sequestrum.*

Interpres † eam rem sic finiunt, vt distinguenda sit necessaria à voluntaria sequestratione: vt in voluntaria, hoc est consensu & voluntate partium facta, transeat in sequestrum possessio. d. l. licet. At in neces-



*Voluntarius  
actus neces-  
sario poten-  
tior.*

*Appellari  
an possit ab  
arbitris.*

13  
*Argumeta  
in comune.*

faria, hoc est ea quæ iudice iubente facta est, secus, d. l. interesse. Id autem adeo verum esse putauit celebris doctor Fran. Aret. in d. cap. examinata. col. iij. vt docuerit in sequestræ necessarium non transire possessionem, etiã si in locum primi decreti subrogetur: ex quo tamen certum est transferri possessionem. c. ij. de do. & cont. suadetur hæc distinctio ex eo quod exploratum sit, actum voluntarium necessario longè potentiorum. Nam & nouatione necessaria, quæ fit litis cõtestatione, vt Accurs. & ceteri docent in l. j. C. de iud. tamen veteris actionis priuilegia non extinguantur, per nouationem tamen voluntariam pereunt. l. aliam. ff. de nouatio. Præterea quanquam si satisfactio necessaria fuerit, vt de restituenda proprietate rem pupilli saluã fore, & alia id genus, neq; facile posset eam reus præstare vbi conuenitur, potest audiri si in alia eiusdẽ provincie ciuitate satisfactionem præstare sit paratus. Si tamen satisfactio voluntaria est, non in alium locum remittitur. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisf. co. Rursus etsi à iuris arbitris qui legis necessitate datur, prouocare liceat. l. fin. C. de iudic. capit. ab arbitris. de offic. de leg. in vj. ab arbitris tamen qui compromisso iure perfecto, & partium voluntate aduentur appellari non posse sæpè rescriptum est. l. j. C. de recep. arbi. Et generalius traditum, à iudicibus quos cõmunis consensus elegerit, prouocari non posse. can. à iudicibus. ij. q. vi.

Huic tamen distinctio doctorum duo obstant. Primum textus in cap. j. de seque. pos. & fruc. vbi necessaria erat facta sequestratio, ex qua tex. supponit possessionem in sequestram translatam. cum inquit: Et prælibatam possessionem Celestinus sequestrari præcepit

cepit iniungens Regio & Mutinensi episcopis, vt de  
causa possessionis & proprietatis plenius cognoscentes,  
eam debito fine deciderent, & possessionem ei parti  
postmodum resignarent, quæ obtineret de proprietate  
triumphū. Neutra ergo partium, sed sequester pos-  
sidebat. Bart. quem posteriores sunt sequuti in d. l. in-  
teresse. respondet de voluntate iudicis illic apparuisse,  
vt transiret in sequestrem possessio. Sed hanc esse ad-  
eum tex. meram diuinationem, scribit Barbat. in d. c.  
examinata. col. xiiij. subiiciens paulò post vnum quod  
vnicuiq; nouum videbitur, pendere scilicet ex futuro  
euentu, vtrum in sequestrem possessio transcat.

Ego verò præter omnes defendēdo cōmunē aliter  
responderē, vt alleg. ca. j. non dicat possessionem pro-  
ut ius est insistendi rei apud sequestrum esse, sed pos-  
sessionem, hoc est rem ipsam. neq; est nouū, vt posses-  
sionis verbo, res ipsa contineatur. l. interdum. ff. de ver-  
sign. l. imperatores. ff. de ser. ru. præd. cum aliis simili-  
bus quæ à nobis in §. nihil commune, congesta sunt.

Obstat alterum communi sententiæ: quòd neque  
per voluntariam sequestrationem ad sequestrē trans-  
cat possessio: quia qui tempore sequestri possidebat  
actore non probante obtinet, neq; sibi onus probandi  
villo tempore incumbit. Hoc autem speciale benefi-  
cium soli possessori est à lege tributum. §. retinenda.  
de interd. c. sæpè. de rest. spolia. Panor. in d. c. exami-  
nata. & omnes consentiunt, vt cum voluntariè res se-  
questratur, licet perdatur possessio, non tamen benefi-  
cia competentia possidenti tempore sequestri: puta  
vt sibi non incumbat onus petendi, aut probandi, ad-  
uersario non probante.

Postre

Possessionis  
verbo quid  
veniat

J. Pollant  
C. sequestrat  
m. d. d.

*Traditio quando custodia causa facta, praesumitur.* Postremo praeter alios contra communem sic instari potest ubi titulus ad translationem dominij habilis non praecedat, rei traditio custodiae causa facta praesumitur. l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de legat. ij. Quamquam ergo voluntarie partes sequestrum tradant, cum tamen titulus habilis non praecedat, sola custodiae causa eam rem apud sequestrum depositam, non etiam dimittenda possessionis animum habuisse credendum est, nisi diuersum aperte fuerit probatum: qui sensus ad dicta l. interesse. verissimus est. Nam cum doctores omnes post Accurs. manifeste probatum esse dicunt, eo ipso quod non probatur contrarium, certe nugantur, litteram in primis violantes & Iuliani sensum deinde corrumpentes: cum animus perdenda possessionis & propriae substantiae profundenda in dubio non praesumatur. l. si de eo. §. si forte. ff. de acquiren. possess. l. cum de indebito. ff. de probat.

14 *Opinio nota.* Ego igitur †, vt Colophonem tandem disceptationi nostrae addamus, dicam quod alia publice docui, verissimum esse, vt neq; per necessariam, neq; per voluntariam sequestrationem, transeat in sequestrum possessio, sed apud eum qui sequestrum tempore possidebat, permaneat, nisi constet dimittenda possessionis causa, rem depositam fuisse: idq; vult tex. si sine calumnia intelligatur in d. l. interesse puto. † Neq; obstat d. l. licet. ff. de depo. quam ego semper intellexi, cum sequestratio fit propter incertitudinem possessionis, quia vterq; se possidere contendebat: qui intellectus ex eius verbis colligitur. Cum illic, inquit Iurisc. vt neutrius possessioni &c. Et in hanc sententiam, concessisse postea cōperi Fran. Aret. in d. l. interesse. cum in hac quaestione con-

15 *Intellect. l. interesse. & l. licet.*

fideran

considerandam esse causam sequestrationis docet: nam si sequestratio fit voluntate partium, quia incertum sit quis possideat vel quia utraq; pars nancisci possessionem desideret, concedi potest, ex sequestro voluntario possessionem transferri, d. l. licet in fin., alioqui cum constet quempiam solum esse possessorem, sed ex causa propter securitatem, puta creditoris, vel agentis actione reali, partes etiam voluntarie ad sequestrum descendunt, possessionem a possidente auocari, & in sequestrum transferri, nemo dixerit: cum iactare suum, aut animum dimittendae possessionis habere, nullus praesumatur. Sed iam satis huic quaestioni datum est.

- Nunc attingamus id de quo saepe fuimus consulti, *Sequester an presentet.*
- 16 tan scilicet is apud quem factum est sequestrum ecclesiae, aut iuris patronatus, si sacerdotium vacet, praesentare possit. In qua quaestione doctores communiter docuerunt eum posse. Inn. Ioan. Ligna. Barba. in d. c. examinata. domini de rota decisio. cccxxxiiiij. Pau. de Lazaris, & Card. in cle. vii. x. not. de seque. poss. & fructu. Gemi. in c. nemo deinceps. co. ij. de elec. in vj. Fel.
- 17 in c. cum Bertoldus. de sent. & re iud. & dicentes sequestrum quia administrator est, & fructus percipit, eligere posse & praesentare, si hoc ad beneficium pertineat. Na aut sequestrum possidere dicimus, & tunc indubitatum putant, aut simpliciter custodem, & idem esse dicendum censent, ut scilicet praesentare possit, tametsi hoc damnosum litigantibus videatur, cum hoc ecclesiae vel maxime fauorabile sit, ne gregem dominicum pastoris defectu rapax lupus inuadat. c. ne pro defectu. de elect.
- Verum huic communi sententiae plura obstant, & in primis quia sequester alieno nomine futuri, scilicet victo

victoris fructus colligit, non ergo præfantat. d. c. cum Bertoldus, vbi creditor cui ius patronatus cū vniuersitate pignori erat obligatum, quia fructus alieno nomine, puta debitoris colligebat, præsentare non potuit.

*Sequestrum quare fiat.* Deinde quoniam ad hoc fit sequestrum, ne dissipentur fructus sed potius conseruentur, restituendi ei qui obtinebit de proprietate. c. j. & ij. de sequestra. pos. & fructus quod si sequester præsentaret, admittereturq; illius præsentatio, sequestri fructus dissiparentur, qui nullo pacto vincenti restitui possent, cōtra finem sequestri. Et cum iis, tum autoritate Hostien. & Butrij fretus Panor. in d. capitu. examinata. col. iij. defendit, sequestrum præsentare non posse, memorandum aliud subiiciens, vt lite intra menses quatuor si patroni sint laici, vel sex, si sint clerici, non sopita, possit episcopus providere. c. quoniā. de iur. patro. quod vltimū ego approbare, vt scilicet neutra partiū neq; sequester ipse præsentaret, sed provideret episcopus. Superius enim re-

18 Iponsum in iudiciis seruatur, & verius est. † Cui non

*Explicatū s. cum Bertoldus.* obstat. c. cum Bertoldus. in quo ideo creditor nō præsentat, quia suberat persona legitima & habilis ad præsentandum, videlicet debitor dominus, a quo iniuriam esset ius illud præsentandi auferri. At in casu nostro, nullus est qui præsentare possit: ad hoc enim factū fuit sequestrū, vt neuter possit in re sequestrata ius exercere.

Neq; vt alterū refellamus, præsentare est dissipare quoniā præsentatus a sequestro, ab eo præsentatus celesbitur qui obtinebit. Et hanc communem sententiam præter superscriptos doctores, & ante eos omnes tenuisse videtur Glos. quam a nemine citatam admiror in cl. vnica. de sequestra. pos. dum tradit iura beneficij & bene

& bene  
 19 Por  
 datic  
 pro  
 cons  
 fatio  
 C. P  
 pe. D  
 prop  
 esse  
 que  
 bere  
 que  
 20 tisd  
 tisd  
 me.  
 hæc  
 de r  
 rito  
 tion  
 aute  
 sequ  
 Pap.

1 Retr  
 2 Retr  
 3 Consi  
 4 Dona

& beneficiati sequeftrem cum possideat exercere.

19 Porro de illo quoq; interrogatus, tñquid per satisfationē vitari possit sequestratio. Respondi ex interpretum nostrorum sententia quod sic. l. senatusconsulto. ff. de offi. præsid. l. si fideiussor. §. final. ff. qui satisfid. cogan. l. litibus. de agri. & cens. libro vndecimo. C. Petrus Cyn. & Barto. in l. vni. C. de prohi. sequestr. pe. Declaravi tamen id verum esse, cum satisfatio fit propter timorem dilapidationis, cum causa sequestri cesset per satisfationem. Panor. in c. ij. colū. fin. de sequestr. pos. & fructu. Caterum si sequestratio fieri deberet, vt vitaretur scandalum, aut ob aliam causam quæ per satisfationem non cessaret, verius est, per satisfationem non cuitari sequestrum. † Neq; enim satisfatio propositum maleuolum mutat. §. nouissime. de suspect. tut. in Inst. Probatum autem optime hæc declaratio in c. ex transmissa. & in c. literas. §. fin. de resti. spolia. vbi tanta viri sæuitia esse potest, vt marito restitutionem coniugis petenti etiam cum cautione, nō reddatur vxor, sed sequestratur. Quatuor autem requisita quæ concurrere debent vt iudex ad sequestrationem deueniat, tractat familiariter Guid. Pap. q. cclxvj. reliqua ad præscripta loca remittimus.

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*De iure retractus, tractata quedam non negliger.*

- 1 *Retractus qua lege roboratus.*
- 2 *Retractus an in datione in solutum locum habeat.*
- 3 *Consideratio noua.*
- 4 *Donata res an retrahi possit.*

*Retra*

*Satisfatio  
an impediat  
sequestratio-  
nem.*

- 5 *Retraetus an intransactione cesset.*  
 6 *Impensa an in retraetu refundi debeant.*  
 7 *Retraetus vtrum cedi possit.*  
 8 *L. ex pluribus, declarata.*

## C A P. III.

I  
*Ius retra-  
 etus qua le-  
 ge sit appro-  
 batum.*



**M**ORIBVS inductum est † in nonnullis  
 Gallia: prouincijs, vt proximior rem ven-  
 ditam intra annum & diem pretium offe-  
 rendo rem ipsam retrahere possit: con-  
 suetudo optimo iure instituta, vt res maiorum in fa-  
 milia remanent, quod nostra interest. l. si in emptio-  
 nem. ff. de minorib. l. libertas. ff. de bo. liber. l. j. §. sed si  
 rem. ff. si quid in frau. patro. l. lex qua: tutores. C. de  
 administ. tuto. † Quibus & illud Sallustij in Iugurth.  
 no: incōmodē addi potest. *Nā saepe (inquit) audiui Quin-  
 tium Max. Pub. Scipio. praeterea civitatis nostra: praeciaris  
 viros, solitos ita dicere, cum maiorum imagines intueretur:  
 vehementissimē sibi animum ad virtutem accendi, so-  
 licet non ceram illam, neque figuram tantam vim in sese  
 habere, sed memoria rerum gestarum, eam flammam egre-  
 gij viri in pectore crescere: neque prius sedari quam vir-  
 tus eorum famam atque gloriam adaequauerit. Quare &  
 publicē interesse dicimus dignitatum ordines fami-  
 liasq; conseruari. l. j. §. quamuis. ff. de vent. inspic. Pro-  
 inde cū bona vaneunt, coniunctum extraneo let  
 praeferrī voluit. l. j. ff. de priuileg. credit. habendamq;  
 esse necessarium personarum rationem. l. imperator.  
 ff. de pact. Est etiam consuetudo huiusmodi lege Pon-  
 tificum confirmata. c. constitutus. de in integ. restitut.  
 sed & diuina roborata est. Nam Leuit. xxxv. dixit do-  
 minus: Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam  
 suam,*

suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere quod ille vendiderat. Et Hierem. xxxij. *Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate, ut emas.* Tamen si lex Cæsarea eam non probare videatur l. dudum. C. de contrah. emp. l. j. de fund. rei pri. lib. xj.

2 C. Fuit autem questionis apud me, & alios plerosq; an si non vendita sed data in solutum creditori fuerit, à propinrioribus retrahi possit? Quod permulti negabant, freti autoritate potissimum Spe. in ti. de emp. & vend. §. nunc dicendum. Luc. à Penna in l. ij. col. ij. de præd. cur. lib. x. C. Fran. Aretin. consi. cxxiij. & Alexan. consi. liij. vol. j. Quorum sententiam, sequentes rationes non parum iuuerint. Et in primis consuetudo hæc odium continet, cum ad rescindendū contractum tendat, quem tamen voluntate partium finitum, imperialitiam rescripto, extingui nō oportet. l. causas. C. de transact. igitur non extendenda de venditione, quæ actus est voluntarius, ad dationem in solutum, necessariam. l. rem legatā. ff. de adi. lega. idq; Heren. Modest. decidisse visus est. *In quorum, inquit, finibus emere quis vetatur, pignus accipere non prohibetur.* l. in quorum. ff. de pigno. per contrarium ergo qui vendere vetitus est, in pignus dare nihilominus poterit.

*Res data in solutum an retrahatur.*

Contrà verò permulti tenuerūt, in datione in solutum ius retractus locum habere. Alber. Rosaceus in l. vsum fructū. ff. de lib. cau. Phil. Deci. cōsi. ccccclxxxvj. *Datio in solutum similis reditio.* ni. vo. iij. cū huiusmodi cōtractus venditionis vicē obtineat. l. si prædium, vbi Ioan. Fab. hanc sententiā verissimam affirmat. C. de cuius. l. eleganter. ff. de pigno. actio. Et is qui rē in solutū acceperit, emptori similis sit, vt Vlpi. ait in l. fina. ff. quib. ex caus. in posses. ea. ad



3  
*Considera-*  
*tio noua.*

*Explicata l.*  
*in quorum.*

quod etiam consuetudinis ratio nos impellit. Quippe quod perinde contra eius mentem fiat, si res extraneo in solutum detur, atque si venderetur: illius ergo sensus spectandus est. c. propterea. de ver. signi. Nec putandum in verbis scripturarum, aut in sermonum foliis, sed in sensu & radice rationis esse euangelium. can. Mar chion. j. q. j. In legem enim committit, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. l. non dubium. C. de legib. neq; legem calumniari, verbaq; eius captari, sed qua mente. Id diceretur animaduertere oportet. l. pe. ff. ad exhiben. Nos anticipem † hanc questionem, cum de ea re consuleremur aliter finiebamus considerantes in solutum dationem dupliciter fieri posse, vel sponte a parte. l. pretij causa. C. de rescin. vend. l. eum a quo. C. de solu. & cum hac venditionis vice obineat. l. eleganter. ff. de pigno. actio. l. si praedium. C. de euct. Albe. Fab. & Deci. defendimus, vt in ea perinde atque in venditione retractus ius locum habeat. Neq; te moueat illa ratio quod haec consuetudo ad contractus rescisionem tendat: fallax enim est, cum imò contractum approbet, idcirco pretium soluat. Datio praeterea in solutum huiusmodi non necessaria, sed voluntaria est, quo altera refellitur ratio. Quod autem Modestino colligebamus, vendere prohibitum in pignus dare non prohiberi nihil est: nemo enim consuetudine ista vendere prohibetur, quamuis secuta venditione, propinquo detur redimendi facultas. Potest de datio in solutum a iudice fieri, vt cum ex rebus debitoris vna creditori adiudicatur. l. a diuo Pio. §. si pignora cum seq. ff. de re iudi. l. si. C. de iur. domi. impet. quocumque Specu. Luc. Aret. & Alexand. sententiam probat  
 Alber.

Alber. Rozaceus q. ij. sui stat. tract. par. ij. & Iaso. in l. senatus. ff. de leg. j. Crot. in l. filius fami. §. diui. col. xv. ff. de leg. j. & nos sequimur. Huicq; distinctioni fortis finum præstat mea sententia argumentum, quod dici solet, emphiteutam quemadmodum rem sine domini consensu non alienat. l. fin. C. de iur. emph. l. potuit. de loca. ita neque in solutum dare posse: à iudice tamen salvo iure canonis, res emphiteutæ creditori adiudicatur sine domini cōsensu. Bal. in c. j. col. iij. de prohib. feu. aliena. per Freder. modò causa cognita, & seruata d. l. fin. C. de iur. do. impet. solennitate id fiat: quia res auctioni legitime exposita seu subhastata fuerit. Nicol. Boër. in comment. ad Biturig. cōsuetudines. ti. de consuetud. retract. §. iij. Porro si non vendita sed donata fuisset, propinquum retrahere non posse pleriq; existimauerunt: quandoquidē & curiales, qui vendere prohibētur, donare tñ possunt. l. si. C. de præd. decur. libr. x. Ego tamen cū eadem ratio sit, ne scilicet è familia res exeat, contra puto per l. voluntas. C. de fideicom. & c. j. §. donare. quali. olim feud. alien. poter. in feud. & quia verbo venditionis, donatio, & alienatio omnis continetur. l. statuliberi à ceteris. §. fi. ff. de sta. liber. Bar. in l. filius familiās. §. diui. colum. fin. ff. de legat. j. nisi subsit rationis diuersitas, vt in emphiteuta qui quamuis domino irrequisito rem emphiteuticariam vendere nequeat, donare tamē potest. l. j. de fund. patri. libro xj. C. Accurs. in l. final. C. de iure emphit. Et ita respondebis l. final. de prædi. decur. Alioqui quæ de rebus venditis lex statuit, ad donatas legislatores vtique extendunt. l. si vsumfructum. ff. de liber. caus. l. prima. C. si mancip. ita fuer. alien. l. mancipia.

*Emphiteuta  
an det in so-  
lutum.*

*Donatio an  
retrahatur.*

*Venditionis  
verbum.*

5 ff. qui sine ma. ad liber. perue. † In transactione autem  
*Retrahtus*  
*an in tran-*  
*sactione lo-*  
*cū habeat*  
 vt sit litium finis receptum est, retractus ius locum nō  
 habere: vt & in feudo dicimus, quod tamen si alienari  
 nō possit, de eo tamē vasallus trāligit. c. j. §. si vasallus  
 si de feud. fuer. cōtro. inter do. & agn. in vsib. feu. Hoc  
 autem ego semper intellexi, modō in consuetudine  
 fraudem transactionem factā esse non appareat. l. cre-  
 ditor. §. Lucius. ff. manda. quæ interpretatio iusta cui-  
 que sanæ mentis videbitur. † Illud præterea idē con-  
 sultor scire desiderabat. an cūm propinquus retrahere  
*Expense an*  
*refundende*  
*sint.*  
 6 re volet, quod emptor necessario vtiliterve medio  
 tempore erogauerit & impenderit, exsoluere teneat-  
 tur? Et eum teneri recepti iuris esse respondi, Quem-  
 admodum enim possessores malæ fidei eius quod in  
 rem alienam impendūt, nullam habent repetitionem.  
 l. domum. C. de rei vendicat. l. si is contra quem. C. de  
 ædifi. priua. Per contrarium iustum est, vt qui non  
 dolo sed fide bona imprudensq; emit, quod impensum  
 est, recipiat. l. in fundo. ff. de rei vendi. l. Imperator. ff.  
 de in diem addict.

7 Postremō & illud quæsitum est, † an proximior  
*Ius retra-*  
*htus an cedi*  
*possit.*  
 retrahendi ius competit, illud extraneo cedere possit  
 quod cōsulentium maior pars existimabat, tum quod  
 sit transmissibile. l. non solum. ff. de in inte. restit. igitur  
 cessibile. l. ex pluribus. ff. de admini. tut. tum quod  
 retrahendi ius sit extraiudiciale, quare etiam cedi po-  
 test. l. j. §. si. vbi Bar. & omnes. ff. de no. oper. nuntiat. l.  
 vna. ff. de remissio. l. si. §. si. autem. C. de bo. auto. iud.  
 possid. Illosq; non parum iuuabat quod dicimus: quæ  
 a iure communi fisci priuilegia exorbitant, nihilomi-  
 nus cedi posse. l. fina. C. de priuileg. fisc. Cæterum ego  
 contr

contra tenui per textum quem nemo citat in §. de cæ-  
 tero. vt de cætero commu. ecclesiast. re. non factæ fiât.  
 columna v. Et propterea quòd indirectè tunc res exi-  
 ret de genere, contra mentem statuti aut consuetudi-  
 nis: & quia hoc gratiosè agnationi concessum est, non  
 ergo agnationem, egredi debet. l. prima. ff. de iure im-  
 mu. l. seruus si hæredi. in principio. ff. de stat. lib. & ita  
 tenere Cyn. Bal. & Sal. allegaui in l. si ad officium. C.  
 commu. diui. Ioan. Fab. legum cum Cæsarearum, tum  
 Gallorum peritissimum in §. j. ad fin. de acqui. per ar-  
 8 ro. in Insti. † Neque te moueat quòd per l. ex pluribus.

diximus ea cessibilia esse, quæ ad hæredes transmittun-  
 tur: quia fateor illis hæredibus ius huiusmodi cedi pos-  
 se, ad quos potest transmitti, sed ad hæredes extra-  
 neos, istius iuris transmissio fieri nequit, proinde ne-  
 que illis cedi poterit. Aut si mauis dicas cum Ias. in l. j.  
 §. si. col. iij. ff. de no. ope. nun. plures hac regula decipi:  
 nam negatiuè concepta vera est, ad quem modum eam  
 Papin. tradidit in d. l. ex pluribus. affirmatiuè autem  
 fallax. Per multa enim ad hæredes transmitti vidi-  
 mus, quæ nullatenus cedi possunt: vt in actionibus di-  
 rectis, & rescriptis patet, quæ ad hæredes sine dubio  
 transeunt, cum tamen cedi non possint. l. quis ergo ca-  
 sus. ff. de pecul. c. final. de rescrip. Accurs. in l. iij. ff. pro  
 soc. fideicommissum etiam ad hæredes transmittitur.  
 l. cogi. §. idem Metianus. ff. ad Trebellian. quod tamen  
 cedi non potest. l. si mulier ita dotem. §. ex asse. ff. de iu-  
 re dotium. Prædicta sanè intelligo, cum vellet cedere  
 extraneo, nam ei qui ex proximioribus est, mea sen-  
 tentia cedere non prohibetur. l. voluntas. C. de fidei-  
 commif. Extraneo etiam cedere poterit, si nulli ex-

Explanata  
 l. ex pluri-  
 bus.

Proximioris  
 cessio fieri po-  
 test.

tent proximiores, quemadmodum extra familiã alienare prohibitus, qui solus ex familia superest, alienare poterit. Bar. & ceteri in l. filius fa. §. diui. ff. de legat. j. Castr. consi. xlv. Philip. Deci. consi. dcxxxij. vol. vj.

*Ioannes Cor. a. s. Tolosa.*

*De matrimonio, & quomodo contrahi probariq; possit.*

- 1 *Matrimonij causa ardua.*
- 2 *Nuptia an inter absentes contrahantur.*
- 3 *Enucleatum c. tua.*
- 4 *Epistola an probetur matrimonium.*
- 5 *Epistola an probet sine die & loco.*
- 6 *Iusurandum in matrimo. an deferatur.*
- 7 *Nominatio an probet matrimonium.*
- 8 *Nuptia inter impares.*
- 9 *Iudicandum in dubio pro matrimonio.*

CAP. IIIII.

*Matrimonij  
grauē nego-  
tium.*



**S**ACRAMENTVM † matrimonij san-  
ctissimũ, inter ardua & grauiora nego-  
tia, primam sedẽ obtinet: cũ ex illo ma-  
ximum, & quidem perpetuũ possit peri-  
culum imminere. c. fin. de procur. in vj. Proinde non  
est ex leui præsumptione iudicandum. c. licet ex qua-  
dam. de testib. gl. in cle. dispendio sam. de iud. quemad-  
modum nec crimen hæresis, aut aliud graue negotiũ.  
c. literas. de præsum. Et quãuis in cæteris negotiis, qui  
iudicãt literarũ (vt docto. opinãtur) imperiti esse pos-  
sint l. certi, C. de iud. Accur. in l. iij. C. de sent. ex breui  
eul. recit. matrimonij tamen causæ nõ nisi per doctos  
& prudẽtes iudices sunt tractandæ. c. j. de cõsang. & af-  
fin.

2 fin. qui primum illud scire debent, † inter absentes per nuntium aut epistolam matrimonium contrahi posse, l. sufficit. ff. de spons. l. mulierem. ff. de ritu nupt. c. ex parte tua. de conuers. coniu. glo. & Panor. in c. accedens. de præben. Anc. in c. veniens. qui cler. vel vouë. Cuius rei ratio tradi potest, quia matrimonium contractus est qui solo consensu perficitur. c. cum apud. cū vulg. de sponsa. Omnes autem contractus qui consensu perficiuntur per nuntium aut epistolam absolui possunt. l. quæ autem. §. si. ff. de conti. pecu. l. consensu. ff. de actio. & obli. l. nec ambigi. C. de do. l. si. C. si quis al. te. vel sibi. Nam quid interet literis ipsis, an verbis voluntatem suam declarent contrahentes. l. de quibus. ff. de legib. cum nō minus valeat quod scriptura, quā quod vocibus lingua figuratis significaretur. l. non figura. ff. de actio. & obligatio.

Nuptie inter absentes contrahuntur.

3 Neq; te moueat † quod dici solet, verba consensum de presenti exprimentia, ad matrimoniū necessaria esse. c. tua. de spōsalib. Nō enim, vt illic Host. & Panor. declarant, verba de substantia sunt, in iis maxime qui locorum interuallo sunt disiuncti, sed quoquomodo de mutuo consensu appareat, sufficit: matrimonium nanque de iure diuino est, quare solus consensus utcunque habeatur sufficit. Panor. in c. super eo. de conditio. apposit. Et quod diximus nuptias per nuntium contrahi posse: verum est si ad hoc mandatum habeat speciale. c. si. de procur. in vj. Rota decis. cccclxxv. Adde quod not. Accur. in l. j. ff. de contrahen. emp.

Expositio. c. tua de spōs.

4 An autem † cōtractum matrimoniū per epistolam possit probari videamus. Et in ea quæstione, an epistola fidē faciat & probetur, Bar. in l. nuda. ff. de donatio.

Matrimonium an per epistolam probetur.

Barto. & posteriores in l. admonendi. ff. de iureiuran. concludunt, epistolam professam: aut vt cum vulgo loquar, cōfessatam, fidem facere, & probare contra scribentem. l. publi. §. final. ff. de positi. l. cūm de indebito. §. fina. ff. de probationibus. Accursius in l. quædam. §. nummularios. ff. de edendo. Etiam si loco die & consule, aut (vt nostrorum verbis vtar) data careat. l. cūm tabernam. §. idem quæsiit. ff. de pigno. Tameñ enim ad probandum prioritatem, & posterioritatem temporis, requiratur dies, quia aliter apparere nõ potest: tamen quātum ad substantiã obligationis vel cōtractus, aut quantū ad probationē debiti, non requiritur dies neq; locus. Cy. in l. optimã. C. de contra. & cō. stip. Ang. in §. si quis autem. de instru. caut. & fid. colū. vij. in dubio autem epistola in loco domicilij scripta intelligetur. l. quæ cōditio. §. cūm ita. ff. de cōdi. & demon. Probatur etiã per epistolã donatio. l. si aliquid. C. de donat. & si aliã donatio facta absenti nemine recipiente nõ teneat Accur. & Bar. in l. illud. C. de sacrosan. eccl. Et stipulatio licet inter absentes per nūtiū aut epistolã confici nõ possit. l. j. ff. de ver. ob. potest tamen per epistolam probari. l. ea quæ. ff. de do. inter vir. & vxo. l. c. si non esset epistola professã, sed negata, si tamen sigillum haberet authenticum: quod & Plaut. in Bacchidibus testatur.

*Æquum est tabellis consignatis credere.*

Cæterum si sigillum non habens negatur, ad cōparationem literarum recurrendū erit, secundū quã plenã fidē faciet. Bar. in d. l. nuda, quæ alij sequuntur, alijim probant. Sed & qui cum Bar. non tenēt hoc saltē fatēri coguntur, per literarum comparationē in epistola  
nega

5  
Epistola si  
ne die & lo  
co probat.

negata semiplenam probationem induci.

6 Quo stāte videamus, tan in legitimæ & plenæ probationis supplementū iusiurandum deferri possit. Vulgaris est articulus, sed non facilis: nā quòd sit locus delationi iuramenti vt detur probare tex. in c. attestationes. de despons. imp. Ideo Archid. in c. viduas autē velare. xxvij. q. j. melius & tutius esse dicit, vt ei deferatur iusiurandū qui matrimonium asserit esse contractū. Sed contrarium cōmuniter tenetur, quòd quemadmodum in causis criminum inopia probationis nō deferatur iuramentū. Accurs. in l. maritus. ff. de quæst. ita neq; in causis matrimonij. Accur. in l. ij. §. quacunq; ff. de iureiur. Alex. cōf. cxliij. vol. ij. propter negotij gravitatem. Glos. in c. mulieri. de iureiur. Gemi. & Franc. in c. si. de procur. in vj. Agitur enim de hominis statu & seruitute, in qua homo matrimonium contrahendo quodammodo constituitur: *nihil enim* (vt Venul. ait) *multum à specie seruentium differunt, quibus nō datur facultas recedendi.* l. ij. ff. de lib. hom. exhib. & omne quod dissolui non potest, est contra naturam libertatis, dicit Bal. in l. in bonæ fidei. col. ij. C. de reb. cred. Hæc, vt vides, in iuramento necessario obtinent & loquuntur: at in voluntario & iudiciali Jacob. Butrig. Bart. Castrē. Alex. & recēiores in alleg. l. ij. §. quacunq; existimāt vt si ad matrimonij dissolutionem tendat, non possit deferri, cum hoc non pendeat à partiū volūtate. Scriptum est enim: *Quod Deus coniunxit homo non separet.* Matth. xix. Sed si ad matrimonij conseruationem, deferretur: cum tunc quasi de nouo mutuo consensu contrahatur licet sub conditione, quæ illud non impedit. toto tit. de condi. apposit. Verbi gratia: si cum inter

Iusiurandū  
an in causa  
matrimonij  
deferatur.

Matrimo-  
nium species  
seruitutū.



Lucretiam & Brutum, Lucretia contractum matrimonium diceret, Brutus verò negaret, Lucretiaq; iniuriandum deferret, ut si iuraret maritus suus esse delationem hanc non improbari recepti iuris est. *Pancr. opi.* norm. autem in d. c. mulieri. col. iij. de iureiur. indistinctè arbitratur iuramentum necessariū reo deferri posse. d. c. attestationses. Nam non potest conueni actor, ex quo suam intentionem plenè probare non potest, ne per hoc iuri suo præiudicium fieri timeat: quoniam quando cunq; de contrario confiterit, retractabitur attentatum ratione iuramēti. c. lator. de re iud. c. fraternitati. de frig. & malefic. Cæterum in actore propter arduitatem negotij, primò dubitat, tandem tamen concludit: hoc totum iudicis prudētiæ esse cōmittēdam, qui pro causæ personarumq; dignitate & qualitate, deferendum, aut non deferendum esse statuet. Quid enim (inquit) si actor homo fidei inculpatus, puellam parem aut longè se inferiore petat, qui de contractu probatissimū viuum testem producat, aut duos, quorum tamen vnus omnino integer non sit: quis est qui non dicat, ad iusiurandū recurri debere? sequitur Do. de cape. Tolos. dec. clxx. Ipse autē tam in reo quā in actore personarum dignitatem inspiciēdam crederem, idq; totum & in utroq; iudicis arbitrio, & discretioni committendum. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. j.

7 Planè illud nunc videndum est, † an ex eo quòd se in epistolis cōiuges nominant probetur matrimonium. Et videtur quòd sic, quoniam si apud acta dominus seruum filium appellauerit, eum liberum facit. l. vnus. §. similiq; modo. C. de lati. lib. toll. & eo ipso quòd quis

*Nominatio  
as probet  
matrimonium.*

quis in  
est ser  
item s  
epist  
cem in  
Per in  
monu  
ix. qu  
enunt  
si quis  
ita ver  
cium i  
matri  
proba  
de pro  
l. si qu  
xerur  
testib  
ptura  
cet no  
iiij. B  
men p  
sump  
suam  
eadem  
bis eā  
ordin  
proba  
sed pr  
in ser  
minu

quis in instrumento seruus Titij appellatur, probata  
 est seruitus. l. optimā. C. de contra. & com. stip. Ant.  
 item & Seuer. Imp. apud Scaeuolam constituerunt,  
 epistolas quæ à coniugibus inuicem emittuntur vi-  
 cem instrumentorum obtinere. l. fin. ff. de probation.  
 Per instrumentum præterea dotis, probatur matri-  
 monium. §. illud quoque. vt fratr. fil. pariter succ. col.  
 ix. quanquam illud magis sit quo ad matrimonium  
 enuntiatium, quam dispositiuum. Bald. in authent.  
 si quis in aliquo documento. col. ij. C. de edend. vbi id  
 ita verum esse admittit, nisi tertiæ personæ præiudi-  
 cium fieret, quia esset inter plures quæstio de fœdere  
 matrimonij: non enim tunc per instrumentum dotale  
 probatio matrimonij inducitur. Anchar. in cle. j.  
 de prob. Alibi Pet. & Bald. quo ducti spiritu nescio in  
 l. si qua per calumniam. C. de episc. & cler. amplius di-  
 xerunt, matrimonij nobilem & magnatū non posse  
 testibus probari, sed instrumēto duntaxat, aut alia scri-  
 ptura. Cōmuniter tamē solet cōtrariū teneri, quod li-  
 cet nominatio præsumptionē inducat, c. dicat xxxij. q.  
 iij. Bal. in l. nō ignorat. col. j. C. qui accu. nō pos. nō ta-  
 men plenā matrimonij probationem. c. illud. de præ-  
 sump. l. nō epistolis. C. de prob. vbi quidam ad ancillā  
 suam epistolam scripserat, qua eam sororem vocabat,  
 eadem vti soror famil. erciscun. egit: dicit text. iis ver-  
 bis eā non effici sororē, nam vt Bald. illic notauit hoc  
 ordinatur à natura, non ergo fit solo cōsensu. Nō etiā  
 probatur hac epistola consanguinitatis necessitudo,  
 sed præsumetur, adeo vt onus probandi contrarium  
 in scribentem transferat. Simile est quod dicimus, do-  
 minum non prohiberi eum seruum vindicare, quem  
 decu

decurionē appellauit. l. iubemus. C. de liber. caus. que iubet omnes epistolas actoris, quas ad Aelium tanquam principalem fecerat, in irritum reuocari: neque aliquo pacto muliebri obesse, quòd ad eum tanquam decurionem ac principalem scripserit.

*Nona declaratio.*

*De equalitate personarum.*

*Priscorum Romanorum mos.*

Sed & illud quòd nominatio præsumptionē inducat, ego quamuis alij non aduertant, intelligere, modo personæ pares sint: nam inter dissimiles & inæquales personas quauis còsistat coniugiū. Bald. in l. si mor. C. de legit. hæred. neq; leges, neq; legum confidit matrimoniu facile præsument, nisi dotalia instrumenta interueniant. l. imperialis. §. imo & illud. C. de nup. Glo. in can. aliter. xxx. q. v. Proinde tametsi soleat dici quòd si duo in coitu deprehensi ad excusationē faciendis matrimoniu antea se contraxisse dicāt, stetur illorum assertioni, & matrimoniu præsumat. Accurrit l. pe. C. de fideiuf. cæteri q; passim sequuntur: illud tamen intelligi debet, modò personarū còcurrat æquitas, vt quia vterq; nobilis, vterq; iuuenis, conditione ambo pares sint, alioqui eorū assertioni nō staret. Bald. in l. j. C. de col. det. Bar. & Ias. in l. si diuortio. ff. de re obli. Barb. còsi. xlv. vol. j. Quibus & illud quòd scribit Boët. in còmen. Topicorū, non in còcinnè addi potest. Is apud veteres Romanos summa ratione institutum refert, nuptias inter impares iure contractas non fuisse. Et Ouid. in epist. Deyanir. ad Herculem dicebat:

*Quam malè inæquales, veniunt ad aratra iuueni:*

*Tam premitur magno, coniuge nupta viro.*

Confirmat hæc omnia quòd Deus opt. max. dum Ge. ij. matrimoniu institueret: *Non est bonum (dixit) bonum esse solum, faciamus ei adiutorium simile sui.* Quod etiam simile

simile  
còditio  
in l. si  
trib. l.  
matrim  
liscop  
dò tan  
Ereni  
tos fec  
nup. A  
Ne  
te. de  
cinus  
quam  
non p  
fisse p  
verit  
tuber  
gitin  
ita ve  
bare  
epist  
verif  
qua  
statu  
adde  
9 fin  
bilium  
dimi  
tra fl

simile dixit, nō modò ad similitudinem effigiei, sed & cōditionis, qualitatisq; fortasse est referendū. Bo. text. in l. si donationum. C. de nup. & in c. super eo. ij. de testib. Eo tamen casu probabiliter dici posset, præsumi matrimoniū, quo etiam inter impares personas carnalis copula probaretur. c. is qui fidē. extra, de spons. modò tamē mulier libera esset. Anch. in c. si. de cogn. spi. Etenim in liberæ mulieris cōsuetudine, nō cōcubinatus sed nuptiæ intelligendæ sunt. l. in liberæ. ff. de ritu nup. Accur. in l. ij. ff. de cōcu. gl. in can. aliter. xxx. q. v.

Effectus copula carnalis.

Nec quisquam tumultuetur, quòd Inno. in c. ex parte. de restit. spolia. dixerit quòd ex quo adulteri ut facinus tegant solent se coniuges appellare, nominatio quam etiam carnalis copula sequitur, matrimonium non probat, sed potius improbatum coitum intercessisse præsumitur. Quem & ille canon non parum iuuerit, qui clam contracta matrimonia, adulteria, contubernia, vel stupra aut fornicationes potius quàm legitima coniugia iudicat. can. aliter. xxx. q. v. Nam hæc ita vera interpretor, ubi sola mulieris cōsuetudo probaretur: quoniam si ultra carnalem copulam adessent epistolæ quibus mulier se vxorem affirmaret, aut aliæ verisimiles præsumptiones, ex quibus probabilis aliqua matrimonij coniectura colligeretur, diuersum statuendum esset. Panor. in c. ij. de clande. de spons. His adde quod Hostiē. in cap. ij. de cognat. spirit. docet, 9 in dubio pro matrimonio iudicandum esse: tolerabilius siquidem est, aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quàm coniunctos legitimè contra statuta domini separare. c. licet ex quadam. de test.

Iudicandum in dubio pro matrimonio

Ioannes Corasius, l. V. D. Tolosa.

De

*Quæ sita per mulierem, cuius præsumantur luculenter expositam.*

- 1 *Mulier nulli præest negotiationi.*
- 2 *Vxor ex bonis mariti quæsisse præsumitur.*
- 3 *Quid si maritus inops fuerit.*
- 4 *Et quid in Vidua.*
- 5 *Explanat a l. Quintus. & l. etiam.*
- 6 *Officiarij de bonis fisci ditari præsumuntur.*
- 7 *Declarata a l. si defunctus.*
- 8 *Intellect. l. j. C. si quis alt.*

*C A P. V.*



**Q**UINTVS Mutius apud Pomp. ait, cuius di turpis quæstus gratia verius & honestius esse, vt quicquid vxor habet, a viro habuisse credatur. l. Quintus. ff. de dona.

- 1 *Mulier non negotiatur.* inter vi. & vxor. † Neq; enim mulieris honestas patitur, eâ alicui negotiationi præesse, ex qua possit lucrû facere. l. pe. ff. de edê. l. foemina. ff. de reg. iur. Vnde maiores nostri, vt Plutare. tradit, cõstituerûnt mulieres nulla alia re viris suis quàm in iis quæ ad lanificiû pertinēt, operari debere. † Quæcunq; ergo mulier habet ex bonis mariti lex neq; iniuria, quæsitû esse interpretatur. Accurs. in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. Quapropter nõ incõsideratè Rom. & Imo. in l. qui iure. ff. de acqui. poss. docuerûnt, domû in qua vir & vxor simul habitauerûnt, de qua etiã non apparet liquidò ad quæ spectet, mariti præsumi, per d. l. Quintus. Verum quod diximus perpetuû nõ est: † nã imprimis si maritus pauper sit, vxor autè diues, non est credendû quæsitum.
- 2 *Quæsitû ab vxore præsumitur ex bono mariti.*
- 3 *Mariti inopia.*

tū ab vxore, ex bonis mariti (quæ nulla sunt,) profectū esse. Anchar. in c. j. de pecul. cleri. Rursus si mulier palam negociabatur, vt quia Chirurgia, Textrix, aut Obstetrix erat. Bald. in l. si vxorem. col. iij. C. de cond. infert. Cessat præterea præsumptio d. l. Quintus, vbi maritus interuenit in contractu, quo continetur pecuniam à muliere processisse. l. cum propria vbi Saly. C. si quis alt. vel sib. Saly. l. si mater. C. de contrah. empt. Alex. conf. xxij. vol. iij. Ad quæ videndus est, Deci. conf. ccxxxvij. col. fin. Deinde si ante contractum matrimonium bona ab vxore quæsitæ essent. Baldus in lege, super hypothecis. C. de pignoribus. Alexandr. consil. xlij. volum. v. Quoniam vt Albericus & Salycetus dicunt in lege, etiam. C. de donatio. inter virum & vxorem. lege Quintus. in iis tantum quæ ab vxore constante matrimonio quærentur, loquitur: † quare inferunt eius legis præsumptionem cessare, si facta vidua nonnihil acquirat, vxor. Sequitur Franciscus Cremenſis singul. sexto. Nisi incontinenti post mortem mariti quæsiſſet: par enim est aliquid certo tempore fieri, vel incontinenti post. Accursius in lege Pomponius. §. ratihabitio- nis. ff. de procuratoribus. Quæsiſſe autem statim dicitur, quando quæsiit intra annum luctus. Angel. consil. cxlj. Idem dicendum, si vidua tutrix filiorum mortui mariti remansiſſet. Nam † quicquid quæsiit, ex bonis pupillorum quæsitum esse interpretabimur. d. l. Quintus. & d. l. etiam. de dona. inter vir. & vxor.

Quid in vi  
dua.

Officiales  
ex bonis fi-  
ſci quæsiſſe  
præsumun-  
tur.

6 Quemadmodum † in regis officariis, & ciuitatū administratoribus, dicimus: vt quicquid quæſierint, de bonis fiſci quæsiſſe præsumantur. Accursius in l. de-  
fenſio

fensionis facultas, de iure fisci. libro x. C. vt non im-  
 merito Bald. dixerit in l. j. C. de hæredi. vel actio. vend.  
 officialem durante officio ditatum, ex bonis fisci diu-  
 tem factum præsumi. Neq; me mouet quod Alexand.  
 in eisdem terminis de matre tutrice contrariū respon-  
 derit, consil. lxxij. volumine iij. per l. si defunctus. C.  
 arbitr. tut. vbi tutor qui tēpore susceptæ tutelæ pauper  
 erat & inops, factus tamen diues, non propterea ex bo-  
 nis pupilli ditatus creditur: cū neq; pauperibus indu-  
 striam, vel augmentum patrimonij (quod laboribus  
 & multis casibus quæritur, ) interdicens sit. † Lo-  
 quitur enim text. ille, de eo tutore, qui industriam aut  
 patrimonium ex se aliquod habuit, nos in matre tutri-  
 ce, quæ cū nullam haberet industriam, nullumq; pa-  
 trimonium, honestissimum est euitandi turpis quæ-  
 stus gratia, vt quod acquisierit, a filiis quorū tutelam  
 gessit, habuisse existimetur. Et ita ex facto respon-  
 dit. Quocirca liberi huiusmodi bona per matrem quæsitā  
 vendicare poterunt. l. ij. ff. quan. ex fact. tuto. Accurs.  
 in l. si vt proponis. C. de rei vend. tamen si nomine pro-  
 prio vxor emerit. Accurs. in l. vxor suo marito. ff. de  
 don. int. vir. & vxo.

7  
 Declarata  
 l. si defun-  
 ctus.

8  
 Explanata  
 l. j. C. si quis  
 alter.

Neq; obstat text. † quem aliās cōtra me doctus qui-  
 dam Causidicus producebat in l. j. C. si quis alteri vel  
 sibi. vbi filius non potest vendicare, quod per matrem  
 ex pecunia defuncti quæsitum est: cū traditione ma-  
 ter domina effecta fuerit, sed tantū filio pecuniæ peti-  
 tio cōpetit. Quoniā nō obtinet eius legis decisio eo ca-  
 su, quo tutor aut curator ex minoris pecunia emit: si-  
 quidem tunc minori detur electio vel rem vendicandā,  
 vel agendi ad pecuniā. l. curator, C. arbit. tut. Quin &  
 fortasse

forta  
 a min  
 sum n  
 tua.

D  
 propr

- 1 Magis
- 2 Munus
- 3 Munus
- 4 Lex m
- 5 Decur
- 6 Senato
- 7 Alcia
- 8 Duum
- 9 Defen
- 10 Syndi
- 11 Aris
- 12 Athe
- 13 Defen
- 14 Curat
- 15 Capito
- 16 Merca

1  


in pro  
 gatus  
 l. ij. ff.

fortasse dici posset rectè nullo etiam pretio restituto à minore rem vendicari, cùm in eius vtilitatem ver- sum non sit. l. si prædium. C. de præd. minor. l. mater tua. C. de rei vendic. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

*De magistratibus Municipalibus, & eorum propria institutione.*

- 1 Magistratum divisio.
- 2 Municipia.
- 3 Municipes.
- 4 Lex municipalis.
- 5 Decuriones.
- 6 Senatores municipales.
- 7 Alciat. sententia non probata.
- 8 Duumviri cur sic dicti.
- 9 Defensores civitatum.
- 10 Syndici.
- 11 Aristides syndicus Athenien.
- 12 Atheniensium lex.
- 13 Defensorum potestas.
- 14 Curatores Reipublicæ.
- 15 Capitolini Tolosani.
- 16 Mercatores sordidi.

CAP. VI.

1 **M**AGISTRATUS † quidam maiores <sup>Maiores ma</sup> sunt, quidam minores. <sup>gistratus.</sup> Maiores sunt qui imperium & potestatem habent: vt in vrbe Roma, Consul, Prætor, Præfectus vrbi: in provinciis verò Procôsul, Præfectus prætorio, Legatus Cæsaris, & reliqui omnes provincias regentes. l. i. ff. de in ius voc. l. sed si per prætorē. §. hæc clausula.



*Minores.* ff. ex quib. cau. maio. Minores verò dicuntur, qui sine imperio & potestate sunt. l. nec magistratibus. ff. de iniur. quales sunt municipales. l. ea quæ. ff. ad municip. Aediles item & Quæstores, reliquiq; prehensionis potestatem non habentes: vt Gel. in xiiij. Noct. Attic. indicat. Magistratus autem verbo, in dubio maiores veniunt, accepto potentiore vocabuli significatu. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. Vnde municipales qui non simpliciter, sed secundum quid magistratus dicuntur, verbo magistratus non veniunt: qui quales apud Iurisconsul. sint, non planè ex interpretibus constat, permulta commentitia afferentibus. † Proinde sciendum municipia olim propriè vrbes dictas fuisse, quæ in Italia erant, quibusq; beneficij loco à populo Romano militandi ius concessum fuit, vt aliis oneribus soluerentur. A cæteris quippe oneribus publicis veluti vectigalibus, qui militabant liberi erant: quicq; in urbem Romam adsciti sunt, vt ciues Romani essent,

- 2  
*Municipia.* Municipia † olim appellati, quasi munera simul cum populo Romano accipientes. l. j. ff. ad municip. Abusuè tamen quemadmodum Vlpia. eo loco docet, municipes hodie dicimus, suæ cuiusque ciuitatis ciues. Et municipia vrbes quascunque & oppida, siue in Italia sint, siue in prouinciis. † Ius item municipale, & legem municipalem, pro iure & legibus ciuitatis.
- 3  
*Municipes.* Municipes † olim appellati, quasi munera simul cum populo Romano accipientes. l. j. ff. ad municip. Abusuè tamen quemadmodum Vlpia. eo loco docet, municipes hodie dicimus, suæ cuiusque ciuitatis ciues. Et municipia vrbes quascunque & oppida, siue in Italia sint, siue in prouinciis. † Ius item municipale, & legem municipalem, pro iure & legibus ciuitatis.
- 4

Translato porrò in principem Imperio, mittebat princeps homines industriæ singularis & fidei exploratæ in prouincias, qui eas regerent, secundumq; illis post principem locum tenerent. l. ex omnibus. ff. de off. præsi. Hi in celebriore prouinciæ ciuitate residebant quare in aliis municipiis, hoc est ciuitatibus, magis

strat  
expli  
enim  
rat.  
in mu  
muni  
5 geren  
miscr  
6 geren  
risque  
Valla  
derur  
Vt  
erant  
nò era  
xat in  
initio  
qui de  
7 erat. l.  
existin  
stratus  
hi iudi  
stratus  
fateor,  
qui in  
mune.  
noribu  
qui. ff.  
nò ordi  
ne subsi  
pòst. 7. m

stratus esse oportebat, per quos provincialium negotia explicarentur. l. meminisse. ff. de offic. procon. Neque enim prætor aut præfes singulis locis interesse poterat. l. præcipimus. C. de appel. Itaque constitutum, ut in municipiis essent magistratus, qui curæ Reipubli. municipalis intenti municipiis præfessent, eadem re-  
 5 gerent & moderarentur. † Ob id Decuriones impri- *Decuriones.*  
 mis creati sunt, qui in municipiis eodem munere fun-  
 6 gerentur, quo Romæ Senatores, † & propterea à ple- *Senatores*  
 risque Senatores municipales appellati fuere: quod & *municipa-*  
 Valla docet, cum ait: *In municipijs ut mihi quidem vi-*  
*detur idem est (inquit) Decurio qui Roma Senator.* *les.*

Vtergo Romæ Senatores non iudicabant, sed præ-  
 erant tantum curæ Reip. ita Decuriones in municipiis, *Decuriones*  
 non erant iudices, sed consilio Reip. municipalis dunta- *cur sic dicti.*  
 xat intererant: quos sic appellatos Pomp. refert, quod  
 initio cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum  
 qui deducebantur, publici consilij gratia, conscribi solita  
 7 erat. l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. sig. † Ut male *Cōtra Ahr.*  
 existimet Alc. in dispunct. eosdem omnino fuisse magi-  
 stratus municipales cum decurionibus: nam, ut diximus,  
 hi iudices non erant, illi iurisdictionem habebant. l. magi-  
 stratus. ff. de iurif. om. iu. l. ea quæ. ff. ad munici. Illud  
 fateor, ex decurionibus eligi oportuisse magistratus,  
 qui in municipiis iudicarent. l. rescripto. in prin. ff. de  
 mune. & hon. Neg; enim qui decurio non erat, aliis ho-  
 noribus in municipiis fungi poterat. l. honores. §. is  
 qui. ff. de decur. Caterum hi alij erant à toto decurio-  
 nis ordine: quod Vlp. ipse significat, cum dicit: *In ordi-*  
*nē subsidiaria actione non dari, sed in magistratus.* Et paulo  
 post: *Tutorē à magistratibus municipalibus datū, non videri*

per ordinem electum. l. j. in princ. ff. de magistr. conuen.

8 Ex decurionibus † tamē duo seligebantur, ad quos

summa rerum referretur. l. item eorum. §. j. ff. quod

cuiusque vniuersi. l. vna. ff. de albo scriben. A numero

Duumuiri.

Duumuiri appellati: vt & Triumuiri, Quartumuiri,

Sextumuiri, & Decemuiri dicti sunt: cū tres, qua-

tuor, sex, aut decem collegæ administrabant. Ridiculi

Accursiano-  
rū ignoran-  
tia.

ergo sunt Accursi. & ceteri in l. fin. C. de iudiciis. exi-

stimantes, Duumuirs sic vocatos, quod duorū suffra-

gio eligerentur. Curabant autem Duumuiri negotia

Reipublicæ, præerant carceribus municipiorum. l. si

quis vxori. §. si fugitiuum. ff. de furtis. l. Duumuirum,

de decur. lib. x. C. Publica vestigalia locabant, pecu-

niam publicam habebant, debitā tractabant, siue ero-

gandam decernebant, à debitoribus exigebant, credi-

toribusq; satisfaciebant. l. in honorariis. §. fina. ff. de

action. & oblig. Et hos Duumuirs plerunque magi-

stratum municipalium verbo lex intellexit. l. j. §. si

inter. ff. de magistrat. cōueniē. l. vna. ff. si quis ius dicē.

l. dies cautioni. §. duas. ff. de dam. infec. l. fin. C. de iud.

9

Defensores  
ciuitatum.

Erant & in municipiis † ciuitatum Defensores,

quos Græci (inquit Arcad. Iurisconsul.) *syndicos* ap-

pellant. l. si. §. defensores. ff. de muner. & honor. † Qua

10

Syndici.

in re scire debes à Græcis Syndicos dupliciter accipi-

imprimis pro patronis, per quos quod communiter

agi, fieriq; oportet, agatur & fiat. l. j. §. quibus. ff. quod

cuiusque vniuersi. qui ad communem causam defen-

II dendam, aliò mittebantur. † Qualem Aristidem fuisse

Aristides  
syndicus  
Athenien-  
sum.

legimus ab Atheniensibus creatum, vt Atheniensium

nomine communi causæ Græciæ patrocinium præ-

staret. Erant præterea ex primoribus selecti viri, qui

veluti

veluti iuris publici defensores, in publicam causam communiter incumberent. Hi quoque syndici nuncupati sunt, de † quibus Athenienses veriti ne munus illud, ob publicam vtilitatem inductum, in quaestum verteretur, legem tulerunt, ne quis iterum a populo syndicus creari posset. Et hi erant quos Arcadius Latine dictos putat, *Defensores ciuitatum*: quos alibi Papinianus *Reipublica defensores* fortasse dixit. l. his oneribus. §. fin. ff. de vac. muner.

1) Ad cuius † magistratus instar posteriores Cæsares, in ciuitatibus extra Italiam imperio subditis, magistratus quosdam esse voluerunt, qui paterna voce plebis, & totius Ciuitatis defensores dicerentur: qui non eligerentur ex corpore Decurionum. l. ij. C. de defen. ciuit. sed ex aliis bonæ opinionis viris, ciuitatis tamē habitatoribus. §. interim. & §. fin. de defenso. ciuit. col. ij. eorum præcipuum munus erat, curare ne tenuiores a potentioribus opprimerentur. Ideo paterna voce defensores vocati: vt parentis vicem plebi exhiberent. l. vtili. l. defensores. ij. & l. in defensoribus. C. de defen. ciuit. §. j. de defen. ciui. col. iij. & alibi defensores plebis nūcupati. l. vna. C. de offic. iu. Alex.

*Defensores  
ciuitatum.*

Iudicabant de pecuniariis causis, vsque ad trecentos aureos: de leuioribus quoque criminibus cognoscebant, eadem competenti castigatione tradentes, cum tamē hoc ante magistratibus municipalibus non licuisset. l. magistratus. ff. de iurisd. om. iudic. Deprehensos in maioribus criminibus in carcerem detrudebant, mittebantq; ad prouinciæ præsidem. d. l. vtili. l. per omnes. & l. defensores. ij. C. de defen. ciuit. §. & iudicare. & §. audient. eod. tit. col. iij. quod & in ma-

gistratibus municipalibus obseruatum antea fuit. l. Liminarchæ. ff. de ser. fugit. Denique apud defensores ciuitatum, testamentorum & donationum inscriptiones, & quicquid aliud erat monumentorum propriū, agebatur. §. iusiurandū. de defen. ciui. col. iij.

Illud denique non prætereundum in municipiis electos olim ex decurionibus viros qui quæ ad eius Reipub. decorem & necessitatem pertinerent, sollicitè curabant: ob id † *Curatores Reip.* appellati: vt l. Lucius. §. Sempronij. ff. de adm. tut. veluti vt annona vndiq; in vsum ciuitatis deferretur, cuius rei causa Athenienses olim Decemuiros creauerunt, vt ne præterea publicus aspectus deformaretur, sed diruta ædificia restituerentur. l. ad curatoris. ff. de dam. infec. nec vllam habebant iurisdictionem. l. fin. ff. de offic. asses. Ideo nec ius multæ indicendæ. l. ij. C. de mo. mul. His rectissime comparandos putauerim, † *Capitolinos* nostros *Tolosanos*, qui ex prima institutione, nullam iurisdictioni potestatem habent, quippè qui creati ob id tantum fuerint, vt prouiderent, ne quæ ad quotidianum ciuitatis vsum erant necessaria, deessent: procuraretq; ciuium salutem, ædium publicarū & priuatarum totiusq; vrbis dignitatem. Hodie tamè ex aliis iudicibus vsurpatam nescio quomodo iurisdictionē, præter ius exercent: communi certè nostrorum omnium & quasi fatali malo. Nam qui fieri potest vt hi ius dicant, qui iuris elementa nunquam cognouerunt? Creantur ad id munus quotannis Octouiri, ex quibus vix vnum & alterum reperias, qui non imperitus, expers, rudisq; sit: nullam iuris scientiam, vel rerum experientiam habens. Prouchuntur siquidem ad eum magistratum, pleri

*Curatores*

*Reipubli-*

*ca.* 14

15

*Capitolini*  
*Tolosani.*

pleric  
quid  
nec na  
16 est t  
do vit  
Nec f  
perme  
lerent  
refac  
24

V  
admi

1 Testim  
2 M. A  
3 L. Cra  
4 Testim  
5 Scipio  
6 Specul  
7 Expla  
8

1  
idq; ic

plerique indignissime & inhonestis artibus, quicquid est corruptelæ miscentes, ignari, nec literarum nec nandi periti: & quod omnium perniciosissimum est † sordiduli quidam mercatores, qui non ipsi modo vitia concipiunt, sed ea infundunt in ciuitatem. Nec sum nescius in eum ordinem ascitos hæctenus permultos, qui vel doctrina, vel summa probitate polerent: tantaq; virtute: vt admirari eos quàm laudare facilius sit. Sed vt ille dicebat:

*Rara avis in terris, nigroq; simillima cigno.*  
*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Vnius testimonium, in re propria non admittendum.*

- 1 Testimonium vnius non auditur.
- 2 M. Aemilius Scaurus.
- 3 L. Crassi autoritas.
- 4 Testimonium in re propria.
- 5 Sapia africanus.
- 6 Specul. traditio improbat.
- 7 Explanatus §. a barbaris.
- 8 ~~\_\_\_\_\_~~

C. A. P. VII.

1 **V**NIUS † testis respõsionẽ, etiã si præclaræ curiæ honore præfulgeat non audiri Cõstãtinus Imp. Iuliano præfecto prætorio rescriptit. l. iurisiurãdi. C. de testi. idq; idem in cõcil. generali cõstitutum fuit. c. licet ex

*Vnius testi-  
monium nõ  
auditur.*

quadam. de testib. Quod pronuntiatum in signe illud

2 Romanorum iudicium confirmat. † Cum enim Marcus Aemilius Scaurus, (quem principem civitatis & senatus fuisse ex Cicer. de Orat. lib. ij. cōstat,) Caium fimbriam repetūdarum reum testimonio suo opprimere conaretur, eademq; lege L. Memmium districto testimonio insecutus esset, tibi tamen creditum non est. Fuit † & L. Crassus, in foro maximæ autoritatis,

M. Aemilius  
Scaurus prin  
ceps civita  
tis.

3  
L. Crassus.

quem Cicer. in lib. de Orat. ad Q. frat. facit disputantem, per quem ut per Socratem, Plato sententiā suam significet. Is cum quæ in M. Marcellum inimico animo dixerat, probare non potuisset, in testimonio succubuit. De iis omnibus elegantissimè Cicer. in Orat. pro M. Fonteio in hæc verba locutus est. *Ecquem hominem vidimus, Ecquem verè commemorare possumus, parem consilio, gravitate, constantia, cæteris virtutibus, honoris, ingenij, rerum gestarum ornamentis M. Aemilius Scauro fuisse? tamen huius, cuius iniurati nutu propè terrarum orbis regebatur: iurati testimonio neque in C. Fimbriam, neque in L. Memmium creditum est. Noluerunt qui iudicabant viam hanc patere inimicitij, quem quisque odisset, ut eum testimonio posset tollere. Quantus in L. Crasso pudor fuerit, quod ingenium, quanta autoritas, quis ignorat? Tamen is cuius etiam sermo, testimonij autoritatem habebat, testimonio ipso quæ in M. Marcellum inimico animo dixit, probare non potuit. hæc ille. Planè non oportere vnius testimoniū admitti, & Paulo iuriscōsulto docere placuit. l. maritus, ff. de quæstio. Nec dissimili sed maiore multò ratione, omnibus fa-*

Via inimi  
citijs patere  
non debet.

4  
Testimoniū  
in propria.

ra submoverunt. l. omnibus, C. de testib. l. nullus. ff. cod.

ff. eod  
Amer  
compa  
testim  
gnomi  
se, tam  
6 duceret  
vt ex tr  
tit. de i  
guineu  
iudicè  
liter n  
quit) f  
fis. l. no  
Alex. i  
rùm e  
7 verum  
cititar  
matus  
cum bo  
fugam  
matus  
ctum r  
cōmo  
iudica  
†

ff. cod. titu. Qua de re Cicer. in oratione pro Roscio Amerino perpulchrè agit. Itaq; inquit, more maiorum comparatum est, ut in minimis rebus, homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. Africanus, † qui suo cognomine, declarat tertiam partem orbis terrarum subegisse, tamen si sua res ageretur, testimonium non diceret, & si diceret, non crederetur. † Quæ verba ideo referre volui, ut ex traditionibus Speculato. vnam euerterem: is in tit. de iud. deleg. §. superest. ver. quid si non est confanguineus, docet, quem in causa sua aut suorum, testem iudicemve esse posse, si eius sit qualitatis, ut verisimiliter non cadat in eum suspicio mendacij, vtputa (inquit) si monachus sit vel Cisterciensis, vel Cartusien- sis. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. Sequitur Alex. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. om. iud. Verum ego, ut ante monui ex Cicer. verbis, id non esse verum arbitror. † Nec me mouet, §. à barbaris. cum dicitur citandum esse eius militis dicto qui bonus ante æstimatedus fuit, si se euasisse non transfugisse dicat. Nam cum bonus quilibet præsumatur, cur militi se esse transfugam neganti, non credetur? cum & bonus ante æstimatedus fuerit, nihil sinistri in eum obiiciatur, eiusq; dictum nemini noceat? Cæterum in re propria, ad sui commodum, in perniciemq; & damnum alterius quem iudicare, aut testimonium dicere, nulla ratio dicitur.

Speculato.  
dogma euer-  
sum.

Declaratus  
§. à barba-  
ris.

Ioannes Corasius, Tolosa.



## De Hæreticis.

- 1 Hæresis quid.
- 2 Hæresis hodie infame verbum.
- 3 Hæreticorum pœna.
- 4 Ioannis locus enarratus.
- 5 Consuetudo observanda.
- 6 Traianus Christianorum persecutor.
- 7 Ecclesia non claudit gremium.
- 8 Athei.
- 9 Pherecides pins.
- 10 Pythagora stultitia.
- 11 Seneca impietas.
- 12 Aristotelis exilium.
- 13 Atheorum pœna.

## CAP. VIII.



I

Hæresis  
quid.

VI de hominis vita propter deficientem fidem iudicaturi sunt, imprimis scire debent, quid sit Hæresis: ne vocabuli ignoratione, ad condénationem temere profiliant. Est itaq; hæresis vox græca, sectam significans. I. si duas. §. est autem. ff. de excusa. tuto. vnde sumptus, vt quæcunq; tenacem opinionem aut sententiam, in qua homo persistit, hæresem dicamus. Cicer. ad Crasum. scribens. *sed hæc (inquit) posterior sententia est, in quo animo accipias, penam non habere. & moleste ferat, plurâ dicemus, postulabimusq; ex qua hæresis in hominibus armatus delectus sit, in eam restituare.* Et idem Cicero præfat. Paradoxo. ad Brut. *Cato autem perfectus in sententia Stoicus: & ea sentit quæ non sane probantur in*

Cato stoi-  
cus.

vulg

Vulgus: & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis & quasi punctis, quod proposuit, efficit. Augusti. item lib. de Ciuitate Dei octauo, Aristotelem virum excellentis ingenij cum sectam Peripateticorum condidisset, quòd deambulans disputare consueuerat plurimos discipulos viuo adhuc præceptore in suam hæresim congregasse dicit. Hodie autem, vt Budæus ait in l. j. s. item sciendum. ff. de ædil. edict. † Hæresis verbum apud vulgus infame est, illo nempe hi significantur, qui non nihil contra Christi fidem, aut illius ecclesiam, vel docent vel credunt.

*Hæresis hodie infame nomen.*

3 Quæ autem † sit hæreticorum pœna, priore loco videamus. Et sciendum in primitiua ecclesia in homines eiusmodi, animaduersum non fuisse: diuinæ quippe vltioni relinquebantur, quemadmodum & hodie deperiurio scriptum est. l. iurisiuradi. C. de reb. cred. Imperatorum verò constitutionibus, pœna arbitraria fuit. l. cunctos populos, in fi. C. de sum. trin. quam & interdum vltore gladio puniantur. At Pontificum legibus pœnitenti & abiuranti hæresim, pœna remittitur. Quòd si pertinax hæserit, aut rursus in eam dementia prociderit, hæreticus declaratur, saceris initiatus exauthoratur, deinde capitalium rerum iudiciis, aut seculari (quod aiunt) iudicio traditur. c. ad abolendam. de hæret. c. super eo. illo titu. in vj. Moribus autem inductum est, vt illorū iudicum sententia viui concrementur, ex Euangelii, vt putant, auctoritate, Ioan. xv. † Si quis in me non manserit, (inquit) mittetur foras sicut palmes: & aresecet, & colligent eam, & in ignem conijcient. Sed eam ignis pœnam, quam

*Hæreticorū pœna.*

quam consuetudo induxit, nullo iure probari, contem-  
dit clarissimus doctor Vdalric. Zazius cōsi. vlti. j. pe-  
tis. Neq; eam interpretationem Ioan. verba patiūtus  
vt ex Chrysoft. Theophilact. & aliis sacrarum litera-  
rum interpretibus videre licet: tandemq; satis esse cu-  
stimat, hæreticos gladio punire, cū & Imperat. Ari-  
rianos aliosq; eius generis hæreticos ea tantum potest  
plecti iusserit. l. Arriani. C. de hære. † Verū cū ea  
quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per an-  
nos plurimos obseruata, non minus quā ea quæ scri-  
pta sunt (vt Hermoge. ait) seruari oporteat. l. sed. ea.  
ff. de legib. Neq; temerè ab eo recedendum sit, quod  
diu æquum visum est: tollerabiliaq; ea sint quæ vetu-  
ta consuetudo comprobauit. l. imperatores. ff. de polli-  
ta. Nos hæc omnia ecclesiæ iudicio relinquamus. Sa-  
nè olim Romæ Principes, tanta Saecuitia Christianis  
homines insectabantur, vt non solum conuiciis & ma-  
ledictis eos exagitarent, Sed etiam ad stipitem dimi-  
dii assis reuinctos, Sarmenis additis plerūq; concre-  
marent, ob idq; ridiculo nomine Semisios, & Sarmio-  
tarios, appellabant, vt ex Pamphilo, Eusebio, & Augu-  
stino, Per. Crinit. lib. j. cap. xiiij. refert. Tractemus  
an is vt hæreticus damnari possit, quem eius quod vel  
dixerit vel crediderit pœniteat? Et satis ex antedictis  
constat quòd non, cū is in hæresi amplius dici non  
possit, qui sententiam & opinionem retractauit. Ne-  
que enim potest esse hæresis sine pertinacia. cle. vna. j.  
porrò. de summ. trinit. & clemen. vnic. §. pen. de vlt.  
Ideo Augusti. eos duntaxat hæreticos iudicauit, qui  
sua pestifera & mortifera dogmata, emendare no-  
lunt, sed defensare persistūt. can. qui in ecclesia. xxiiij.

5  
Arriani  
gladio pu-  
niuntur.

Hereticus  
pœnitens an  
absolui de-  
beat.

q. iij.

q. iij. qui verò sententiam suam quavis falsam atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendit, nequaquam sunt (eodem August. authore) inter hæreticos deputandi. Can. dixit Apostolus. eadem caus. & quæst. Huc pertinet quod Ang. Perus. scriptum reliquit in l. iij. in princ. ff. quod quisque iur. In delicto, inquit, concernente fidem catholicam locus est pœnitentiæ, eo quòd nunquam ecclesia claudat gremium redeunti. l. fin. §. sed quia. C. de summa trinit.

In delictis  
cõcernenti-  
bus fidem  
pœnitentiæ  
locus est.

Quod & Ethnici de eorum fide olim fecerunt.

† Nam cum Traianus Imperator christianos accerrime persequeretur, noluit tamen pœnitentes punire: unde scripsit Plinio secundo homini impientissimo, ut in eius epistolis lib. x. habetur. *Conquirendi non sunt christiani, si deserantur & arguantur puniendi sunt: ita tamen, ut qui negauerit se christianum esse, idq; reipsa manifestu fecerit, id est supplicado dijs nostris, quavis suspectum in prateritu fuerit, veniam ex pœnitentiâ impetret.*

Ad hæc Accurs. in l. ij. C. de hæreti. eos qui disputandi causa contra catholicam religionem quicquam non pertinaciter asserunt, hæreticos non esse tradidit: † pœnitentibus enim & redeuntibus, nunquam gremium suum claudit ecclesia. Epist. nos reddentes. C. de sum. trinit. cap. super eo. de hæret. in vj. & delicti veniam pœnitenti continuo dat. l. manichæos. C. de hæreti. clementerq; cum hæreticis ecclesia egit, ut eorum errorem ad arbitrium episcopi tantummodo abiurare teneantur. cap. ad abolendam. de hæreti.

Magis autem notatu dignum est, quod Innoc. & Anchar. in c. à nobis. de senten. excom. scriptum reliquerunt, hæreticos in quibus sola contritio & pœnitentiæ

Sola signa  
contritionis  
sufficiunt.

nitentiæ signa apparent, confestim absoluendos esse, & ecclesiæ reconciliandos, per can. qui recedunt. xxxv. q. vj. & can. ægrotantes. de consecra. dist. iiii. Quæ tamen ita accipienda sunt, si non nisi semel in eo errore sit hæreticus deprehensus, cum (vt in diuerbio est) *primum experienti venia facile detur*. At si iterum in eam insaniam procidisset, cum (vt Pindarus in hymnis ait,) *iteratum facinus impunitum esse non oportet*: relapsus dicitur, talisq; seculari iudicio sine vlla penitus audientia, relinquitur. d. c. ad abolendam.

**Relapsus.**

Omnium porrò hæreticorum hi mihi videntur crudelissimo digni supplicio, qui ab omni mēte alienati, hominum animos mortales esse petulanter & impie nimis iactitant. † *Atheos* ideo dicti, hoc est nullos esse deos affirmantes, atq; adeò omnem vim diuinam

**Athei.**

8

tollētes. Cuius impietatis Epicurus, & Lucianus, maxime accusantur. Hoc errore, quia homines ad homicidia, adulteria, furta, cæteraq; omnia flagitia iniuntur, conuenientissimum est, tanti sceleris, tantiq; mali authores, Dei potestatem atq; adeò Deum ipsum negantes, excogitatis quibusq; grauissimis supplicijs

**Epicurus et  
Lucianus  
impj.**

afficere. Quorum † phrenesim Græcorum primus Pherecydes Syrus, qui (vt Cicer. in primo Tusculana. quaest. ait,) primus dixit animos hominum sempiternos, confutauit eiusdemque sententiam Pythagoras discipulus, maxime confirmauit animorum immortalitatem verissime prædicans, † quanquam stultitiam eos de aliis corporibus in alia transire, crediderit: idcirco asserens se imprimis Euphorbum, deinde Callidem, postea Hermotium, exinde Pyrrhum, postremo Pythagoram: cui stultitiæ ad stipulari videtur in

**Pherecydes  
Syrus.**

9

Pherecydes Syrus, qui (vt Cicer. in primo Tusculana. quaest. ait,) primus dixit animos hominum sempiternos, confutauit eiusdemque sententiam Pythagoras discipulus, maxime confirmauit animorum immortalitatem verissime prædicans, † quanquam stultitiam eos de aliis corporibus in alia transire, crediderit: idcirco asserens se imprimis Euphorbum, deinde Callidem, postea Hermotium, exinde Pyrrhum, postremo Pythagoram: cui stultitiæ ad stipulari videtur in

**Pythagoras.**

10

idcirco asserens se imprimis Euphorbum, deinde Callidem, postea Hermotium, exinde Pyrrhum, postremo Pythagoram: cui stultitiæ ad stipulari videtur in

**Stultitiæ  
Pythagore  
subscribit  
Vrg.**

vj. Ac

vj. Aeneid. Virg. cum ait.

*Has omnes vbi mille rotam voluere per annos,  
Lathum ad fluvium, Deus euocat agmine magno:  
Scilicet immemores: supra vt conuexa reuisant.  
Rursus & incipiant, in corpora velle reuerti.*

Et Ouidius.

*O genus attonitum, gelida formidine mortis,  
Quid stygia: quid tenebras? & nomina vana timetis?  
Materiam vatium, falsiq; pericula mundi?  
Morte carent animae, semperq; priore relictæ  
Sede, nouis domibus viuunt habitantq; receptæ.*

- <sup>11</sup> Fuit & in eadem propemodum Seneca lib. de consolatione ad Marciam. *illæ (inquit) quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula est. Inserunt ista poetæ: & vanis nos agitant terroribus.* † De Aristotele, Philosophorum, celeberrimo, Illud non censo contiscendum, quod a Doctissimis viris memoria proditum est. Eum cum Athenis, annos xxx. In Lycio docuisset ab Eurimedonte Hierophanta impietatis accusatum: quoniam dogmata quædam in philosophia protulisset, quæ Deorum cultum minus probarent: eoque factum vt Athenis relictis, clam se in Chalcidem receperit, vbi diu versatus, cum literis amicorum ad reditum vocaretur, In hunc modum vt est apud Crinit. respondit. *Ex Athenis pridem recessimus, ne causam forte daremus Atheniensibus, scelus iterum committendi, neue impiè contra philosophum, rursus fecisse incusentur.*

Seneca imp-  
pictas.

Per

Cicero piens  
tissimus.

Per contrarium Cicer. animorum immortalitatem vbiq̄ue prædicat, omnibus innatum esse, & quasi in animo insculptum, deos esse dicens, quanquam quales sint variū fit. *At esse* (inquit in ij. de natura Deorum,) nemo negat. Et ad finē libri de Senectute. *Quòd si (ait) in hoc erro, quòd animos hominum immortales esse credam, libenter erro: nec mihi hunc errorem quo deleto, dum vivo extorqueri volo.*

13

Protagoras  
suis finibus  
expulsus.

Quamobrem † vt extremam lineam addam, in ea semper fui sententia, vt hæretici eiusmodi qui deos ipsos negant, virtutemq̄; diuinam tollunt, non viui modò comburantur, sed & aliis exquisitis grauioribusq̄; pœnis & suppliciis, si quæ duriora excogitari possunt, plectantur: nam & Athenienses Protagoram philosophum, propterea quòd dixisset sibi non liquere vtrum esset aliquis Deus, vtpotè impium suis finibus expulerunt, librosq̄; eius in concione exusserunt.

Ioannes Coras. Tolosa.

### De pacto de retrouendendo.

- 1 Pactum de retrouendendo permissum.
- 2 Contractus arguens simulationem.
- 3 Fructus an computentur in sortem.
- 4 Resoluto contractu quando fructus restituendi sint.
- 5 Communis opinio improbata.
- 6 Ratio noua.
- 7 Pactum de reuendendo quando reddat contractum illicitum.
- 8 Dolus qualitate facti aestimatur.
- 9 Modicitas pretij.
- 10 Contractus quando Usurarius presumatur.
- 11 Retractus triplex.

12 *Imprecationis.*13 *Colonus tenetur vendere fructus domino.*

## CAP. IX.



*RETIRO* ACTIONEM de retrovendendo, ut *Pauli de re*  
vocat, iure probatissimam, esse omnes *trouendēdo*  
consentiunt, cum dixerit Dominus: *Cum* *permissum.*

*ēta regio possessionis vestra sub redemptionis*

*conditione vendetur. Leuit. xxv. adducti præterea consti*

tutione Alexand. in l. ij. C. de pact. inter emp. & vend.

in qua tamen ne verbum quidem de pacto de retroven

dendo, sed tantum de restituēda re oblato pretio: quæ

pacta inter se longè lateq; distāt. Illud quippe nudum

tantummodo factum continet, ipsum scilicet reuendē

dere. l. consilio. §. si. ff. de cura. furio. ideoq; emptor nō

reuendere cogi præcisè posset, ex communi sententia,

sed id tantum quod interest præstare, sicut euenit in

aliis faciendi obligationibus. l. si quis ab alio. §. final.

ff. de re iudicata. Hoc verò causam bonorum conti

net, hoc est dominij translationem. l. in conventiona

libus. §. j. ff. de ver. ob. vnde fructus quoque ex die mo

ra restituantur. d. l. ij. tum quòd restituo verbum hac

in re plenam habeat significationem, tum quòd actio

nem venditor habeat ad consequendum quod, aliquan

do suum fuit. l. videamus. ff. de vsur. Quocirca non o

mnino malè Aret. confi. vj. col. ij. dicebat, ex oblatione

pretij in dicta l. ij. nullam de nouo emptionem con

trahi. Nam nec ex empto actio aliqua datur, sed tan

tum ex vendito, & præscriptis verbis, quæ ambæ ex pri

mo contractu oriuntur. Agitur itaque simpliciter ad

rei restitutionem, ex pacto cohærentia primi contra

ctus vestito. Omninoq; similis pactio est in capitul. ad

*Restituo*  
*verbum.*

*Intellect. ca.*  
*ad nostrā.*



nostram. de emp. & vend. quod non in pacto de reuendo, sed de restituendo rem & pretium loquitur, vt merito sine cauillo defendi possit, neque ciuili, neque pontificia lege, mentionem fieri pacti de reuendo.

Quod tamen efficax non negauerim, quando quidem inter emptorem & venditorem, habitam conuentione si ab ea posteriore pacto non recedatur, firmam efficurris sit certissimi. l. tempore. C. de pact. int. emp. & vend. Et si pactum de restituendo rem & pretium, quod sine precedenti venditione contrahi potest: vtraque lege probatum est. d. l. ij. & d. c. ad nostram. multo magis iure factum intelligi debet pactum de reuendo, quod semper venditionem precessisse supponit: neque enim re-

2

*Contractus  
arguens si-  
mulatione.*

trouendere potest, nisi qui primo emerit, & ille contractus magis simulationem arguit. Corneus consil. iij. vol. j. cum naturæ pignoris conueniat, pignoratitij autem contractus ea sit natura, vt sine noua conuentione oblato pretio res pignorata restituatur. l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. act. Cum itaque, ex pacto de restituendo rem & pretium, in quo simulatio timetur, fructus lucretur emptor vsque ad tempus moræ. alle. l. ij. C. de pact. inter empt. maiori ratione hoc in pacto de reuendo recipiendum est, vt emptor ante moram

3

lucretur fructus, & quos in sortem computare minime teneatur. Idque etiam iure pontificio verum est. gloss. Panor. & alij in d. capitu. ad nostram. qua lege pactum huiusmodi sustinetur. Gloss. in c. conquestus. de vsur. Guid. Pap. q. ccccxvj. Nec est quod obiiciat aliquis

4

*Venditione  
resoluta an*

tex natura venditionis resoluto contractu, emptorem ad fructuum restitutionem teneri. l. cum autem. §. cum redhiberetur. ff. de edil. edict. l. Imperator. & l. item

item quod dictum. ff. de in di. addic. Nam hoc obtinet, *fructus sine restituendi.*  
 cum resolutio contractus in emptoris, aut tertij meliorem conditionem offerētis potestatem collata est. iurib. alleg. quo casu cum nihil sit quod venditori circa contractus resolutionem imputari possit: ei fructus restituendi sunt: nos loquimur cum potestas resolvens in venditoris arbitriū collata fuit. d. l. ij. C. de pact. inter emp. cui est quod imputetur, quare contractum non resoluerit, ideoq; emptor fructus lucrabitur, vt Panor. & alij communiter prodiderunt. c. illo vos, in fin. de pigno. *Resolutata cōmunis opinio.* Quam t̄ dissolutionem non probo, quia cum res vitiosa aut morbosa redhibetur, tamen si contractus resolutio in emptoris voluntatem conferatur, est tamen quod venditori maxime imputetur, qui talem rem vendidit. l. j. §. causa. ff. de ædil. edict. Nec tamen ideo fructus emptor lucrificat. d. §. cum redhiberetur. Sic & resolutio quæ fit ex pacto additionis in diem, cōferri videtur, quicquid doctores dicant, in potestatem venditoris, cui licet meliorem conditionem allatam abiicere, & primam sequi. l. Sabinus. ff. de in di. addi. vnde eo quoque casu est quod venditori imputetur, qui tamen non ideo perdit fructus. d. l. Imperator. Præterea cum ita res vendita est, vt si intra certum tempus emptori displicuisset redderetur, resolutio contractus in emptoris potestatem confertur. l. si conuenerit. ff. de rescinden. vend. qui fructus lucratur. Gloss. in dicto capit. illo vos, cum tamen venditori nihil tunc imputari possit. Ego taliā puto esse rationē. *Nona ratio.* Itaq; cōsidero, in casibus quibus cōtractus venditionis ipso iure resoluitur, & dominiū in venditorē re transferatur: fructus venditori restituendos: cum tunc perinde

habeatur, atque si res nunquam vendita fuisset, veluti in pacto additionis in diem, & legis commissoriae. d. l. item quod. & l. Imperator. ff. de in di. addict. l. fundum. ff. de lege commissio. Quod si non ipso iure dominium in venditorem retransfertur, sed ex partium conventionē contractus resoluendus venit, ut cum pactum de reuendendo adiectum est, vel cum cōuenit, ut res vedita si intra certum tempus displicuisset redderetur, fructus emptor lucrificat. d. l. ij. C. de pacte. int. emp. Cū semper iuris interpretatione prima emptio robur, & effectum habuerit. d. l. si cōuenit. Plane in redhibitoria, ideò emptor fructus restituere debet, quia venditor eo etiā casu tenetur quo ignorauit. d. §. cū redhiberetur. l. j. §. causa. ff. de ædil. edi. Caterum nunc videamus, †quādo cōtractus propter pactum de reuendendo illicitus iudicetur, ita ut imputentur fructus in sortē. Et cōmuniter traditum est, duo præter pactum necessaria esse, modicitatē scilicet pretij, & cōsuetudinē fœnerādi. c. ad nostram. de empt. & vend. illo vos. de pigno. l. as. in l. quoties. col. ij. C. de iud. Alij modicitatem cum pacto sufficere putant. d. c. ad nostram. præterquā in muliere, & rustico, quarum personarū simplicitas, doli præsumptionē excludit. l. si quis id quod. ff. de iur. om. iu. l. j. §. fina. ff. de eden. Tamen enim ad resoluendam venditionem sola pretij paruitas quæ dimidiā nō contingit, nequaquā sufficiat. l. ad rescindēdā. C. de resc. v. † Neq; dolus emptoris quantitate pretij, sed qualitate facti estimetur. l. domus. C. de resc. vend. quandoquidē naturaliter licet, cōtrahentibus se circumscribere. l. in causā. §. j. ff. de minor. atque in emendo & vendendo cōcessum sit, quod pluris est, minoris

7  
Contractus  
ex quibus in  
dicitur illicitus.

Simplicitas  
personæ doli  
præsumptionem  
tollit.

8  
Dolus qualitate  
facti estimatur.

minor  
item si  
dicitas  
spectat  
ff. de t  
9  
gam, q  
stram.  
10  
pacto c  
cōtrahi  
Panor.  
ijj. refe  
titij co  
chara.  
11  
nes lect  
dum, c  
ex part  
& aliu  
12  
permi  
musici  
positi  
emphi  
phiteu  
primu  
trij, vt  
ab emp  
§. sed n  
tionem  
sam a c  
prefer  
abs re  
13  
docue

minoris emere, & quod minoris est pluris vendere. l.   
 item si pretio. §. si. ff. locat. coniuncta tamen pretij mo-   
 dicitas cum pacto de retrouendendo, aut alio actu lu-   
 specto, doli præsumptionē inducit. l. cum hi. §. modus.   
 ff. de transact. † Modicitatem autem pretij eam intelli-   
 gam, quæ est circa dimidiam veri valoris. alle. c. ad no-   
 stram. † Sunt quædam præterea conventiones, quæ cū   
 pacto de reuendēdo contra naturā cōtractus adiectæ,   
 cōtractum faciūt vsurarium, & illicitū præsumi: quas   
 Panor. & Imo. in d. c. ad nostram. Rom. consi. ccccxx-   
 iij. referunt. Sunt & alia quædam, quæ faciunt cōgenera-   
 titij contractus cōiecturam, ampliter tractata ab An-   
 chara. consi. cclvij. ad quem & ad alios locos commu-   
 nes lectorem relegamus. † Præter hūc retrahendi mo-   
 dum, quem conventionalem dicunt, propterea quod   
 ex partium lege & conventionione formam recipiat, est   
 & alius legitimus, hoc est à lege scripta inuentus, &   
 permittus †, quem alio nomine ius praelationis voca-   
 mus: id Dominus in re censuaria habet, vt si vendatur   
 possit eam simili pretio retinere. Dominus item in re   
 emphiteuticaria, vt non possit emphiteuta rem em-   
 phiteuticam aut meliorationes eius vendere, nisi hoc   
 primum domino denuntiauerit, qui hoc habet arbi-   
 trij, vt præstando oblatam ab alio quantitatem, rem   
 ab emphiteuta venalem expositam, possit retinere. l. si.   
 §. sed ne hac occasione. C. de iure emphi. Quod et ra-   
 tionem habet, quoniam emphiteuta ius habet & cau-   
 sam à domino, ideò consequens, vt dominus cæteris   
 præferatur. l. j. de metallar. & metal. libro xj. C. Non   
 abs re igitur Bar. in ea. l. j. & Ro. in l. j. ff. soluto matri.   
 docuerunt, † colonum qui vult vendere fructus per-

Modicitas  
pretij quæ.

Ius praela-  
tionis.

ceptos, debere iusto pretio domino potiusquam alteri vendere. Est & alius retractus, moribus inductus, de quo paulò antè satis multa diximus.

Ioannes Corasius, Tolose.

*De substantialibus, naturalibus, & accidentalibus contractus.*

- 1 Substantia quid.
- 2 Solemnitates qua sint de substantia.
- 3 Natura contractus.
- 4 Naturalia dupliciter considerata.
- 5 Accidens quid.
- 6 Reformare.
- 7 Informare.
- 8 Improbata omnium declaratio.
- 9 Explicatus §. Quinimo.
- 10 Transformare.

C A P. X.

Substantia.



**S**UBSTANTIA quemadmodum Bald. in l. etiam. C. de execut. rei iudic. docet, quid est, quo res suam capit essentiam, qua sublata, actus quoq; deficit. l. ij. ff. de usufruct. earum rerum quæ usu consu. vnde substantialia contractus ea dicemus, quæ dant esse cōtractui, suntq; velut forma essentialis, qua sublata contractum ipsum extingui necessum est. l. Julianus. §. si quis rē. ff. ad exhiben. Ergo cū omnes actus ex cōsensu essentiam capiunt. l. j. §. pen. ff. de pact. † rectè dicemus, consensum ipsum non contractus modò, sed & ultimæ voluntatis substantiam respicere. l. j. §. eum qui. ff. de consti. pecu. l. obligationum substantia. §. si. ff. de actio. & obligat. Bart.

2  
Cōsensus de  
Substantia.

Barto.  
de sub  
nulla si  
esse, &  
tium. &  
stipula  
& resp  
gatio  
actio. &  
versus  
sine ve  
gatio. I  
omnes  
turalis  
tur. Ba  
3 Na  
propr  
cus ac  
Accur  
denat  
tur, ve  
te toll  
respic  
nus ef  
aliena  
deri ea  
ne ad  
cōtra.  
conce  
j. ff. de  
cūm p

Barto. in l. j. col. ij. ff. de condi. indeb. Pretium quoque de substantia venditionis est, cum sine pretio, venditio nulla sit. l. ij. ff. de contrah. emp. adeo ut pretium certum esse, & in pecunia numerata consistere oporteat. §. pretium. & §. item pretium. eo. titu. Insti. sic de substantia stipulationis dicimus, interrogationem præcedentem, & responsionem subsequentem, cum verborum obligatio alioqui non teneat. l. obligamur. §. verbis. ff. de actio. & oblig. §. j. de verbor. obligatio. in Insti. peruersusq; ordo stipulationem vitiat. l. j. C. de vsur. & si sine verbis annuatur, nec quidem naturalis oriatur obligatio. l. j. §. si quis ita. de verbo. obliga. ff. & in summa, omnes solennitates quæ non adhibitæ impediunt naturalis obligationis natiuitatem, de substantia dicuntur. Bald. in l. ad exactionem. C. de do. promif.

Solennitates  
de substantia  
qua dicuntur.  
Natura.

3 Natura + verò est vis ipsa seu qualitas, secundum proprios fines contractus inducta, ab iis quæ extrinsecus accidere possunt separata. l. pacta conuenta. vbi Accurf. ff. de contrahen. emp. Eorum autem quæ sunt de natura, quædam origini contractus ita coniunguntur, ut contraria conuentione ipso contractu manente tolli nequeant. Et hæc contractuum substantiam respicere videntur: veluti in venditione, ut qui dominus est, dominium in emptorem transferat. l. si quis alienam. ff. de actio. empt. neque enim quis potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat. l. cum manu sata. §. fin. ff. de cõtra. emp. In precario (quod precibus petenti vtendum conceditur, tandiu quandiu is qui concessit patitur. l. j. ff. de precar.) vt ad libitum concedentis reuocetur. l. cum precario. eo. titu. In societate, vt leonina non sit,

Venditio.

Precarium,

Societas.

- hoc est vt ne alter lucrum, alter damnum sentiat. l. si non fuerit. ff. pro soc. In mandato, (quod originem ex officio atque amicitia trahit:) vt gratuitum sit, nec pecunia interueniat, quæ res potius ad locationem, & conductionem respicit. l. j. ff. manda. In mutuo, quod non eandem speciem, sed idem genus recipiamus. l. ij. ff. de reb. cred. Quædam verò sunt quæ pacto contrahentium saluo contractu tolli possunt. & hæc ad substantiam non pertinent, sed simpliciter naturalia dicuntur, hoc est qualitates quædam innatæ, ex quibus virtus contractus proficiscitur. Bal. in proce. feud. col. xj.
- Emictio.** vt quod venditor euictione præstet. Hoc enim tamen, si nihil dictum sit, ex natura contractus venit. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edicto. quod tamen ne præstetur conueniri potest. d. l. pacta conuenta. In deposito præterea, vt dominiū non transferatur, sed reddatur eadem species. l. ij. ff. de reb. credit. At contraria pactio agi posse omnes dicunt, vt non idem, sed tantundem reddatur. l. die spōsalitorum. §. fin. ff. de pos. rei q; depositæ dominium ad depositarium trāseat. l. Lucius. eo. titu. Quod non recipimus, præterquam in pecunia numerata, neque clausa neque ob signata, deposita: in qua cum tacite conuentum intelligatur, nihil aliud eum debere apud quem deposita esset, nisi tantundem pecuniæ soluere. l. in nauē Saupheij. §. j. ff. locat. Expressum pactum non vitiat, quominus ex deposito agatur ad pecuniam: quanquam ea res notissimos depositi terminos egrediatur. l. Lucius. ff. de pos. Cæterum in aliis speciebus, seu corporibus, non idem esset. Sic in mutuo, vt res in eadem bonitate reddatur non substantiale est, vt Fulgos. in d. l. ij. perperam

ram docuit, sed naturale, propterea ab initio agi potest, ut debitor pro vino veteri mustum solvens liberetur: quod Bart. Castren. & alij in d. l. cum quid. ff. de reb. cred. creberrimè annotarunt.

5 Accidens † verò, ut à Dialecticis finitur, est quod præter subiecti corruptionem, & adesse, & abesse potest, unde accidentalìa contractus Bal. in d. l. pacta conuenta, ea definiuit, quæ præter contractum ipsum inducuntur, ut pactio eundi Romam. Ex iis quiuis facile intelligit, quando pacta super substantialibus, naturalibus, aut accidentalibus adiiciantur, quando item contractum informent, reforment, vel transforment.

Accidens.

Accidentalìa contractu.

6 Reformatur † siquidem cōtractus, cum de rei substantia partes secus quam fecerint conueniūt: quod est cum præcedentis contractus forma sublata noua componitur, eodem contractu permanente. l. iurifgentium. §. ad eò. ff. de pact. veluti in contractu venditionis, si eandem rem quam à te emi rursus à te, ut pluris minorisve empta esset conuenerimus. d. l. pacta. & l. si quam. ff. de rescind. vend. Est etenim reformare, idem quod in aliam formam redigere. l. præcipue. ff. de ædi. edict. l. j. ff. de appella.

Reformare.

7 Informatur, † cum pactio super accidentalibus cōtractus adiicitur, primaq; remanente forma noua additur. Accurs. in d. l. iurifgentium. §. quinimo, & in d. l. pacta. veluti si cum vēderes mihi domum decem, pacti simus, ut irem pro te Romam; informatur nanque, hoc est (inquiunt doctores) extenditur actio, prima ex contractu venditionis descendens, ut ea ad deducta quoq; in pacto competat, modo pactum ex continenti factum scit. d. §. quinimo. quanquam reformetur con-

Informare.



tractus, siue incontinenti, siue ex interuallo, pacta conuenta fiant. d. l. iurifgentium. §. adeò.

8 Ego verò † informare non idem esse, quòd extendere aduersus Accurf. & alios omnes facile crediderim, quãdoquidẽ informare, vt ex bonis quoq; autoribus intelligere licet, nihil aliud proprie significet, quãm nouam formam dare. l. intra. C. de oper. pub. & Cicer. in iij. officiorum. *Et ego (inquit) in summo oratore fingendo, talem informabo, qualis fortasse nemo fuit.* Id etiam Plin. in vij. epist. lepidissimo quodam epigrammate exprimit.

*Vt laus est ceræ mollis, cedensq; sequatur,*

*Si doctos digitos, iussaq; fingat opus.*

*Et nunc informet Martem, castamue Minervam,*

*Nunc Venerem effingat, Nunc Veneris puerum:*

*Prq; sacri fontes, non sola incendia sistunt,*

*Sapeq; etiam flores, vernaq; prata iuuant:*

*Sic hominum flecti ingenium, duciq; per arteis*

*Non rigidas, docta mobilitate docet.*

9 Quare cū Vlpia. dixit pactiõnem nudam, actiõnem interdum informare. d. §. quinimo. nõ vult actiõnem primã & veterẽ à pacto extẽdi, sed nouam formari, & effingi. Quem sensum castigatiores codices confirmant, apud quos in eo Vlpiani responsio non informat, sed format, legitur.

<sup>1</sup> *Expositus  
monè §. quin  
imo.*

10 Transformari quoq; contractũ, scriptores putauerunt: hoc est cõtractũ vnũ, in alterũ mutari, & trãferri. l. Titius. ff. de præscr. verb. l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mor. Quod cõtingere dicũt, cū pactũ contra substantiã adiicitur, aut naturã, quæ circa substantiã cõtractus versatur. l. ij. ff. de re. cred. l. insulã. ff. de præsc. ver. d. l.

d. l. c. i. centio  
exime

I

1 Suscept

2 Tabula

3 Explic

4 Numer

5 Tabula

6 Saturn



fil. lib.

Tabul

cant. N

1 officia

ideo a

eos ho

alij de

scep. li

bitori

bus, ve

& act

ria Ro

hoc re

tabula

sed de

d. l. cum manu fata. §. fin. Hac in re plures scrupuli recentiores male habent, quibus nos lectorem suo loco eximemus.

*Ioannes Corasius, I. V. D. Tolosa.*

*De tabularijs, & eorum officio.*

- 1 Susceptores.
- 2 Tabularij qui.
- 3 Explicata nonè l. instar.
- 4 Numerarij.
- 5 Tabularium.
- 6 Saturni templum.

CAP. XI.



**I**NSTRUMENTUM obtinere minimè potest, rei iudicatæ computatio à tabulariis facta, nisi sententia procuratoris fuerit comprobata. Verba sunt Imperatoris in l. ij. de iur.

fil. lib. x. C. Quæ ut accipiantur, scire oportet quod sit Tabulariorum officium. Hoc autè Doctores ita explicant. Mittebantur, inquiunt, olim ad exigenda tributa officiales, à principe per provincias, † qui Susceptores ideo appellabantur, quod principis tributa susciperent: eos hodie vulgò Thesaurarios dicimus: quibuscùm duo alij destinabantur, Tabularij appellati. l. duos. de suscep. lib. x. C. Horum officium erat perquirere nomina debitorum, eadè in actis referre, & denuntiare susceptoribus, ut ab illis pecuniã debitam exigerent. l. ij. de nume.

& actuar. lib. x. C. Hi hodie, inquit Iacob. rebuff. in curia Romana Clerici cameræ apostolicæ vocantur: & in hoc regno Clerici cameræ cõputorũ dicuntur. Horum tabulariorum dicit Accurs. partes nõ erant computare, sed debitorum exactioibus aut reliquorum, modum frequen-

*Susceptores.*

*Thesaurarij.*

*Tabularij.*

*Clerici cameræ Apostolicæ.*

*Clerici cameræ cõputorum.*

quen

quenter ingerere sub actorum testificatione. d. l. ij. de nume. & actuar. Quod Bart. verum esse interpretatur principaliter, nam in consequentiam, ad eos spectabat computatio. Non enim poterant aliquem denunciare debitorem, nisi possent computare rationem, ex qua illud appareat.

2  
**Tabularius.** Mihi tabularium † pro calculatore, & supputatore, Imperatorem accepisse semper visum est. vt & Vlpian l. j. §. ludi. ff. de var. & extraor. cog. & in l. si. ff. si mens. fal. mod. quo loco aduersus tabularium qui in computatione sefellit, actiones dandas putat. existimo itaque olim fuisse supputatoris publicarum tabularum officium, quo quiungebantur, Tabularij ideo dicti sunt, quòd tabulas publicas scrutarentur. † Eorum autem computationem noluit hic Imperator vim habere, nisi sententia procuratoris, comprobata esset: & ita nouè hunc text. declarandum puto.

3  
**No. intellec.** Nam propriè Tabulariorum nomine, Tabelliones, seu scribas intelligerem, qui publicas cõficerent rationes, aut in Tabulario repositas asseruarent † hi Numerarij olim dicebantur, sed hodie voluit Imperator eos tabularios † appellari. d. l. ij. Tabulariũ autem scriptiũ seu locũ significat, in quo tabulæ, hoc est instrumenta, & literæ cõtinentur, & reponũtur. l. si mihi. ff. de leg. iij. Vnde Cice. pro Archia poëta, *Hic tu tabulas desideras*, inquit, *Heracliesium publicas, quas italico bello, in censi tabulario interijisse scimus oēs.* Et Verg. in Georg.

*Insanum q̄ forum, aut populi tabularia vidit.*

6  
**Saturni Romæ Templũ.** Hac ratione Saturni † templũ, Romæ tabularium appellatum est, quòd in eo non solum ararium, sed etiam tabulæ publicæ asseruarentur: vt Plutar. in Problem

blemat. scribit. De procuratore autem Caesaris, vel fisci, non hic dicam, quòd de utroque alibi plena manu scripserim.

*Ioann. Coras. Tolosa.*

De vino nouo, & vetere: & nunquid pro nouo vetus reddi possit.

- 1 Vinum vetus, melius nouo.
- 2 Alimenta secundum dignitatem præstanda.
- 3 Mustum.
- 4 Vinum vetus quòd dicatur.
- 5 Annus Romuli.
- 6 Vinam vetus, an pro nouo reddi possit.
- 7 Noua consideratio.
- 8 Fructus duræ aut triennio.

CAP. XII.



**V**INUM vetus † melius & pretiosius esse nouo, celebrant vbique scriptores. l. cum quid. ff. de reb. cred. Quod & Lucas euangelista cognouit, dum Luc. v. ait: *Et nemo bibens vetus statim vult nouum, vetus enim, inquit, melius est.* Et Plaut. in Calsina queritur, quòd quæ nunc nouæ prodeat comædiæ, multò sint nequiores, quàm numi noui. Sapientes idcirco eos existimans, qui veteres fabulas spectant libenter, vt & eos, qui vino vetere vtuntur. Huc pertinet Ouidianum illud:

*Qui properant, noua musta bibant, mihi fundat aurum,  
Consulibus priscis, condita testa merum.*

Propterea Bar. in l. iubemus. per illù text. de erog. mili. an. lib. xij. C. contra tutores inuehit, qui post calendar. Nouembr. ex vino veteri familiam alunt. Cùm enim vetus vinum multò sit nouo preciosius: erogatio veter

*Vinò vetus  
melius nouo.*

veteris non nisi maximè damnosa pupillis esse potest. Proinde tutorè damnū illud pupillo sarcire oportet: quod admitterè, si nō qualitas familiæ & eius dignitas aliud postularèt, tunc enim tutori imputandū nō erit.

<sup>2</sup>  
Alimēta se-  
cundum di-  
gnitatē pra-  
standa.

Accur. in l. idemq; §. idē Labeo. ff. mand. & in l. seruis vrbanis. ff. de leg. ij. Sunt † etenim alimēta & cibaria, secundum dignitatem personæ & familiæ præstanda. l. sed & si quid. §. j. ff. de vsufr. l. habitatio. in fi. ff. de v. in poss. mitter. Cū itaq; vinū vetus nouo melius sit, non poterit pro vetere reddi nouū. d. l. cum quid.

<sup>3</sup>  
Vinum no-  
uum quod  
dicatur.

Vinum autem nouum appellat illic Pompo, † Mustū, hoc est vinū illud recēs, quod adhuc calet, bullit, & feruet. Nā si paulò post tempus vindemiarum, cū vinū deferbuit, & defecātū est, paratus sit reddere debitor, intra festū, puta natiuitatis, inuito etiā creditori, inquit,

Cast. potest: nec dicitur rē deteriorē reddere, sed potius meliorē, cū vinū illud æquè bonū sit, & magis duraturū. Quā sententiā aliās cōfirmabam ex d. l. iube-mus. ea nanq; edocemur, vinū nouū à calen. Nouemb. bibendū esse. Nunc tamē videtur ex illa ipsa lege con-trarium probari posse: cū à calēdis illis Nouembri-

<sup>4</sup> bus, vinum nouū appellet. Præterea † cum vinum ve-tus dicat Vlpia. quod nō est nouū, sed prioris anni: cō-stitat nouum illud quoque accipiendum esse, quod est huius anni. l. vetus. ff. de triti. vino & oleo leg.

<sup>5</sup>  
Annus Ro-  
muli.

Considerabā aliās, † quod cū annus qui ex Romu-li instituto, à Martio incipiebat, additis à Numa, Ia-nuario & Februario mensibus, à Ianuario initium su-mat, & dicat Vlpia. vetus vinū dici, quod est anni prio-ris. d. l. vetus. vinum vetus potest rectissimè appellari, post calendas Ianuarias: tunc enim dicitur prioris an-ni, &

ni, & ita  
re tame  
res om  
leg. ij.  
6 Est a  
è diuer  
stimaru  
tenciq;  
eadem l  
uo meli  
tem no  
ris est, v  
sentent  
credito  
lus. ff. de  
stando,  
Nec  
num re  
lente cr  
de vsu s  
Nam in  
riz, ex  
cū ita  
vsufr. a  
Mih  
vius, au  
tore. d.  
in speci  
nem, vs  
lius res  
bilis aff

ni, & ita ad calendas vsque Ianuarias nouum. Qua in re tamen consulendum esse morem regionis recentiores omnes non iniuria tradunt. l. legatis. §. fin. ff. de leg. iij.

6 Est autem quaestio in d. l. cum quid. † an debitor e diuerso, pro vino nouo vetus reddere possit. Et existimarunt communiter interpretes, debitorem posse, teneriq; creditorem recipere. Tametsi enim vinum in eadem bonitate reddendum sit: quia tamen vetus nouo melius est, ipsum quoq; bonum dici debet. l. vbi autem non apparet. in prin. ff. de verb. obl. & res quae pluris est, vtq; tanti est. l. cum furti. ff. de in lit. iur. Quae sententia aequissima videtur: cum enim non interlit creditoris, eam solutionem recipere cogendus est. l. Paulus. ff. de sol. Et quia liberatur debitor meliorem re praestando, etiam inuito creditore. l. pe. ff. si ex nox. cau. aga.

Vetus an nouo reddi possit.

Nec obstat Ioan. ratio, quod non videatur aequo bonum reddi, quoniam, vt ille dicit, quod melius est, nolente creditore solutum, deterius intelligitur. l. fin. ff. de vsu & habi. §. plus. vers. praeterea. de action. institut. Nam in d. l. si. inquit Alex. mutabatur species rei vsuariz, ex quo maximum fiebat vsuario praedictum, cum ita extingueretur vsus. l. repeti. §. rei. ff. qui. mod. vsus fr. amit. aliiq; sequuntur.

Mihi nullo modo placet, nam quod mutatione rei vsus, aut vsusfructus extinguatur, obinet volente debitor. d. §. rei. At si consentiat debitor, vt & in alia re, aut in specie ipsa mutata praestetur vsus, per eam mutationem, vsus nullo modo dicitur extingui. Ego itaq; melius responderem, quod ibi erat talis res, in qua probabilis affectio cadere poterat: ideo nec meliorem quidem recipere

recipere creditor cogitur. Licet enim communi estimatione res illa pluris sit, secundum tamen affectionem res deterior, creditori magis pretiosa, & melior videri potest: ut & debitori res maioris pretij, vilior. d. §. plus.

7 qui ita tolli debet. Cogitabam tamen ad defensionem Ioan. dici posse, in specie proposita interessere creditoris, cum vinum novum sit longius duraturum, neque tam facile corrumpatur, si aliquod deportandum sit. Quare communem opinionem declarabam, nisi tempus adiectum, ostenderet mentem creditoris eam fuisse, ut novum redderetur: quia puta solutio in tempus vindemiarum dilata esset, aut qualitas personae in diversum nos vegeret, quia esset mercator, qui solebat quotannis vinum in aliam provinciam vendendi causa exportare: tunc enim quia facilius transductum vetus, quam novum, corrumpitur, Ioan. sententiam non improbarem.

Ad haec notandum, alleg. l. cum quid. in vino loquentem, in tritico non obtinere: quandoquidem vetustate non augeatur tritici bonitas, sed potius diminuat. l. j. de cond. in pub. hor. lib. x. C. Ideo dixerit Acc. in l. vnic. C. si aduer. vsucap. tamen fructus eiusmodi legis coniectura, non plus triennio durare. Ioannes Corasius, Tolose.

8  
Fructus triennio durant.

De moneta & pecunia, cuiusque temporis aestimatio fieri debeat.

- 1 Monetarij.
- 2 Thares primus cussor moneta.
- 3 Moneta Dea.
- 4 Pecunia cur dicta.
- 5 Pecunia aestimatio ad quod tempus referenda.
- 6 Morosus, an in id quod interest teneatur.

Expla

7 Expla  
8 Lucr q  
9 Tempus



1 moneta  
2 lib. xj. C.  
res pate  
Strabo  
sula, pri  
Ianum v  
quem h  
nota, ex  
rostrum  
alij mal  
sine sign  
signasse  
Ab

H  
3 Veter  
pecuniae  
eos qui d  
etiam ra  
runt, mo  
ere sign  
4 Pecun  
doct, qu  
quorum

7 *Explanata l. ff. de peric.*8 *Lexi quando habeatur ratio.*9 *Tempus actus celebrati inspiciendum.*

## CAP. XIII.



Vs cudendi monetā, ad solum Principē pertinet. c. j. quæ sint regal. in Feud. Qui autem principis iussu monetam cudunt,

† Monetarij à Iustinia. dicuntur, hoc est *Monetarij.*

monetæ artifices, Suda etiā interprete l. j. de iurileg.

lib. xj. C. Et primus qui monetam fabricavit fuit † Thares pater Abrahamæ: vt Alber. in dictionario opinatur. *Thares pater Abrahamæ.*

Strabo tamen refert Ephorum scripsisse, in Egina in-

sula, primò à Philone signari ceptum fuisse argētum,

Ianum verò in Italia primùm omnium suasu Saturni,

quem hospitio accepit, pecuniam æreā signasse, cuius

nota, ex altera parte fuit Ianus biceps, ex altera autem,

rostrum nauis, qua vectus Saturnus dicitur: quāquam

alij malint pecuniam Iani Saturniq; rudem fuisse, &

sine signo, sed posteros in eorum memoriam tali nota

signasse. Cuius rei author esse videtur Ouid. cum ait.

*At bona posteritas, puppem formauit in ære,*

*Hospitis aduentum, testificata Dei.*

3 Veteres etiā † monetam Deam esse dicebant, quæ *Moneta*

*Dea.*

pecuniæ curam haberet: grauius animaduertens in

eos qui dolum malum in pecunia committerent. Qua

etiā ratione doctissimi Grammaticorum censue-

runt, monetam dici quòd moneat, ne quid fraudis in

ære signo ponderé fiat.

4 Pecuniæ † verò nomen, à pecore tractum, Varro *Pecunia cur*

*dicta.*

docet, quod ex pecore constaret. Opes si quidem anti-

quorum, in pecoribus præcipuè consistebant: quod &

R

Expla



Luc. Columell. testatur, & Ouid. in v. Fast. inquit,

*Cetera luxuria, nondum instrumenta vigeant,  
Aut pecus, aut latam diues habebat humum,  
Hinc etiam locuples, Hinc ipsa pecunia dicta est,  
Sed iam de vetito, quicquid parabat opes.*

5 **Pecunia æ-**  
**stimatio ad**  
**quod tēpus**  
**referenda.**

Plinius porrò libr. xxxij. tradit, populum Rom. ante  
deuictum regē Pyrrhum, ne argento quidem signato  
vsum esse. Circa monetam & pecuniam, illud sæpè in  
dubium reuocari vidi, † cuius temporis æstimationis  
ratio sit habenda. Qua in re puto verissimum, quod  
plerique omnes docuerunt in l. Paulus. ff. de solutio.  
eius temporis quo contractum est, valorem inspici: &  
idcirco ad æstimationem illius monetæ solutionem  
faciendam. c. cum canonicis. de cens. glo. in c. conque-  
rente. de offi. ordi. Id enim agi intelligitur, vt in ea-  
dem bonitate & valore reddatur. l. cum quid. ff. de re-  
bus credit. Nec ob eam rem quòd æstimatio posita cre-  
uerit, creditori amplius soluendum est, quàm dederit.  
l. Rutilia Polla. ff. de contrahend. emptio. Proinde  
Africa. Cum quis, inquit, in diem mercem stipulatus, si  
deiusforem accepit, eius temporis æstimatio spectanda est, quò  
satis acceperit. l. cum quis. ff. de actio. & obligat. Quæ  
sententia ita recipienda est, si debitor in mora non fue-  
rit, alioqui videtur, debitorem condemnari oportere,  
quanti plurimi à tempore moræ creuerit æstimatio. l.  
vinum. cum ibi no. ff. de reb. cre. l. si. ff. de condi. tritic.  
si tamen tanti illius interfuerit: nec eius æstimationis  
rationem haberi volo, quæ modico tempore durauit.  
l. pretia rerum. §. fina. ff. ad leg. Falcid. Ad quæ omnia,  
videndus est omaino Boër, decisio. cccxxvij.

Sed

6

Sed  $\dagger$  an debitor morosus, creditori teneatur in omne id quod eius interest, habitam damni emergentis, quam lucri cessantis ratione, pluribus tractat Bar. in d. l. Paulus. col. ij. tandem concludens, morosum omnino teneri, quatenus in damno, non etiam in lucro consistit, id quod interest. Quare si negotiator esset creditor, vsuras duntaxat prestabit debitor, qui moram fecit: non item lucrum illud, quod pecunia soluta negotiando creditor facere potuit. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. emp.

Morosus an in id quod interest teneatur.

Quod ita admittendum est, nisi persona esset solita negotiari: quo casu non damni modo, sed & lucri habendam esse rationem, Scevol. censuit. l. iij. §. fin. ff. de eo quod cer. loc. Bar. in l. vni. col. viij. C. de senten. que pro eo quod inter. passimq; ceteri sequuntur.

7

Quibus obstat  $\dagger$  Hermogenis constitutio, in l. fin. ff. de peric. & commo. rei vend. *Venditori, inquit, si emptor in pretio soluendo moram fecerit, vsuras duntaxat prestabit, non omne omnino quod venditor mora non facta consequi potuit: veluti si negotiator fuerit. Et pretio soluto ex meritis, plusquam ex vsuris querere potuit.* Hæc ille, Pugnans ergo verba eius tex. fortissimè in quo negotiator erat, & ita mercari solitus, ob id tamen non vult Hermoge. cessantis lucri rationem haberi.

Explanata l. si. ff. de peric. & commo. rei v. e.

Ad huius tex. dissolutionem non esset fortasse eadem distinguere inter certum & incertum lucrum,  $\dagger$  ut certi lucri in eo qui negotiari solitus est ducatur ratio. d. l. iij. §. si. veluti si constaret negotiatore lucrū face- re potuisse, quia fortasse præ manibus merces habuit, quasi præsentē habuisset pecuniā, emisset. Incerti vero lucri nō habeatur ratio, quādoquidē nō sequatur.

Lucri quando ratio habeatur.

cōsuetus est aliqñ lucrari, ergo si nūc habuisset lucra-  
tus esset: multa enim accidere possunt, quæ lucrū impe-  
diant. l. naturalē. §. j. ff. de acq. rer. do. Nō est dissimile  
quod in actione l. Aquiliæ dicimus, in qua nō cōside-  
ratur futurū lucrū, quod erat in spe tm̄, ppter ei⁹ incer-  
titudinē. l. quēadmodū. §. idēq; Labeo. ff. ad leg. Aqu.

9  
Tēpus actus  
celebrati spe  
ctandum.

Prædictis addendum est, vt ad instar contractū,  
vltimæ volūtates ab actus tempore interpretationem  
recipiant. l. vxorem. §. testamento. ff. de leg. iij. l. medi-  
co. ff. de aur. & argen. leg. Quapropter si qui testatur  
centum coronatos reliquerit, quorum æstimatio post  
testamentum creuerit, nihilominus tamen conditi te-  
stamenti tempus inspiciendum erit: vt in dictis consti-  
tutionibus Dy. & Bal. notauerunt. Alb. & Rom. in l.  
cūm quid. ff. de reb. cred. Panor. in c. olim. de censib.

Quid autē in statutis? Putant doctores cōmuniter  
conditæ legis tempus inspiciendū: veluti si lex muni-  
cipij, adulterum in centū aureis puniat, aut stipendiōrū  
gratia officiali det. Mouet autem eos, quia leges muni-  
cipij secundum postremarum voluntatū naturā & con-  
stitutiones regulentur. Bar. in l. j. C. de his quib. vt in-  
dig. Ego verò cū noua æstimatio veteris statuti ne-  
cessitatem mutauerit. l. quicūq; C. qui admitti. secun-  
dum præsentem æstimationē & monetam salaria con-  
demnationesq; solui debere, verius puto, sequutus Spe-  
cula. in tit. de obliga. & solu. §. nunc aliqua. col. penul.

Ioannes Corasius, Tolosæ.

De Heliocamino, Zeta, & Solario, vocabulis  
à iurisconsultis & aliis bonis autoribus frequen-  
tatis, nec sat à nostratibus perceptis.

Helioc

1 Helioc  
2 Zeta.  
3 Plin. lo  
4 Diat. a.  
5 Solaris  
6 Plur.  
7 Clahr  
8 Clahr  
9 Clahr  
10 Expositi  
11 Intelle

**N**

quia  
ututes  
1 Quo  
forma  
porar  
dum,  
verbis  
2 tius ex  
teres f  
quod  
quanc  
erat, v  
quem  
peret.  
bat, h

- 1 Heliocaminus.
- 2 Zeta.
- 3 Plur. locus emendatus.
- 4 Diata.
- 5 Solarium.
- 6 Plur. locus explanatus.
- 7 Clathrata fenestra.
- 8 Clathri.
- 9 Clathrare.
- 10 Expositus Ciceronis locus.
- 11 Intellectual. si arborem.

## C A P. XIII.



**N**UPER cùm seruitutes interpretaremur, incidimus in illud nobile Vlp. respõsum, in quo ita enotatum aduertimus. Si verò in heliocamino vel solarario dicendum erit, quia umbram facit in loco cui sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. l. si arborem. ff. de ser. vr. præd.

- 1 Quo loco Bud. † Heliocaminum ad verbum solarem fornacem, dici posse ait. Est autem (inquit) solare vaporarium, in aprico loco situm, ad calorẽ solis excipiendum, quo antiqui utebantur. In itij verò quoniam his verbis non sat origo rei dignoscitur, rem totã accuratius explanare placet. Itaq; sciendum, † moris apud veteres fuisse vt Zetam domi haberent, hoc est cubiculum quoddam hybernũ, frigori accommodatũ, quod igne quandoq; calefceret, plerunq; sole. Ita enim cõstructũ erat, vt per vaporarium quoddam solare & apricũ, ad quem sol hybernus accedebat, vaporem & calorẽ acciperet. Locus autem qui ita calefactus Zetam euaporabat, heliocaminus dictus est: deductum nomen ἀπὸ τοῦ

Heliocami-  
nus.

Zeta.

ἡδὺς ἕσσι ἕσσι μὴ οὐ, id est solis vaporario, seu æstuario.

- 3 Hæc non intelligentes audaculi quidam Grammatici, locum vnum ex epistolis Plin. iunioris ad Gallum scribentis deprauarunt, pro *Zeta* perperam *dieta* verbum reponentes. Plin. autem verba hæc sunt. *In capite xisti deinceps cytoporticus horti Zeta est, amores mei reuera amores ipse posui. In hac Heliocaminus quidem, alia xistum, alia mare, vtraque solem. Cubiculum autem valui cytoporticum fenestra prospicit.* Planè loco *Zeta*, quid ea esset non intelligentes, † quidam *dieta* reposuerunt, quæ *Dieta*. coenaculum significat, natura vel arte calefactum, in quo hyeme ad solem, æstate ad umbram, coenatur. l. ligni. §. lignis. ff. de verbo. signific. vt non malè videatur emendatio Plinij sensui conuenire.

- 5 At verò † solarium, cuius etiam Vlp. in d. l. si arborum. meminit, in multa significatione dicitur. Nam quandoque vectigal quod pro solo præstatur, designat: vt idem Vlp. tradit in l. ij. §. si quis nemine. ff. ne quid in loc. pub. in quam significationem accipitur in l. venditor. ff. com. præd. Nonnunquam tectum quoddam planum in parte superiore domus, vnde procul spectari possit. † Plaut. in milite Glorios. *Nam certe neque solarium apud nos est, neque hortus vllus, neque Fenestra nisi clathrata.*

- 7 Clathratam † autem fenestrâ illic Plaut. appellat, quæ clathris, hoc est lignis trāsuerfis, occluditur. † Sunt enim Clathri cancelli & oppositiones hostiorum, vel *Clathri*. Acrone admonente super eum Horatij locum, de arte poetica:

*Nouerit incestus, certè furit, ac velut vsus  
Obiectos cauea valuit si frangere clathros.*

Inde

9 Inde † clathrare, quod significat clathris munire, & clathrare.  
claudere.

Postremò Solarium ponitur pro loco illo, in quo  
horæ ad solem conspiciuntur, breui quodã telo, & acu  
10 to umbram faciente. † Cicero pro Quint. *Non ad solarium, non in campo, non in conuiuio versatus est*, id est in  
foro Romano, vbi erat solarium: Quod primum statu- Explanatum  
isse L. Papyrium Cursorem ad ædem Quirini, cum Ciceronis lo-  
eam à patre suo votã dedicaret, legimus. Probabilius cus.  
tamen est, secundum præcedentem solarij significatio-  
nem, eum Cic. locum intelligere secundum quẽ, & Me-  
niana quæ in foro erant, vnde ludi spectabantur, sola-  
ria nuncupata sunt. Et ad solarium versari venustè di-  
cantur, qui spectacula frequenter inuisunt. Quæ inter-  
pretatio congruentior est, & verbis & mēti Cicer. qui  
vt simplicem Quintij vitam magis probet, eiusq; inno-  
centiam patefaciat, ait. *Vixit semper inculte atque horri-  
de natura tristi atque recondita fuit, non ad solarium, non in  
campum, non in conuiuio versatus est.*

11 Verus itaque Vlpia. sensus in d. l. si arborem. est, † vt Declarata  
si seruitutem ne luminibus mihi debeas, & aliquid po- l. si arbore.  
nas, quod heliocamino meo & vaporario eiusmodi,  
aut solario, hoc est illi loco ad quem horæ sole deno-  
tantur, solem auferat: quia ea loca talia sunt, vt iis sol  
sit necessarius, id velut contra seruitutem factum, non  
rectè factum videri. Ioann. Corasius, Tolosa.

*Præstatio temporaria, cur conventionem nu-  
dam non confirmet, nouè disputatum.*

1 Declarata l. si certis annis.

- 2 Spontanea solutio præiudicat.
- 3 Pactio nuda quando actionem pariat.
- 4 Voluntas factio vt verbo declaratur.
- 5 Tempus non est modus inducenda oblig.
- 6 Actus agentium &c.
- 7 Curty præceptoris ratio improbata.
- 8 Actus voluntarij an extendantur.
- 9 Ratio noua.
- 10 Solutio non infert obligationem.
- 11 Limitata causa.
- 12 Auth. sed cum testator. intellect.
- 13 Soluens agnoscit debitum.
- 14 Donans pacto nudo obligatur.

## C A P. X V.

Excussus  
sensus l. si  
certis annis.



2 Solutio spon  
te facta præ  
iudicat.

**S**I NUDO pacto conuenerimus, vt quid  
annuū mihi præstares, decē puta dolia vi  
ni, & tu conuentionem sequutus, aliquot  
annis, exolueris, exinde cessaueris soluere:  
ab Impe. responsum est, præstationem illam tempo  
rariam, te in futurū nō obligare, nisi cōuentioni adie  
cta fuerit stipulatio. l. si certis annis. C. de pact. Quæ  
constitutio præter fortissima illa cōtraria, quæ à Bar.  
& cæteris cōmuniter opponūtur, duplicē habet dubi  
tationem. † Prima, quia debitor naturaliter tātum ob  
ligatus, sponte soluēdo, agnoscit & confirmat debitū.  
l. si. C. ad l. Falci. Huc pertinet quod dicimus, cum sibi  
obesse soluēdo, qui agentē creditorē exceptione repel  
lere potuit. l. si fideicommissum. §. si. ff. de iud. l. sed Iulia  
nus. §. si. ff. ad Maced. Et illud constat, spontaneā solu  
tionē, metū in promittēdo adhibitū purgare. l. cum te.  
C. de his quæ vi me. ve cau. si. Debitor præterea nō mo  
do

dò soluendo, sed & petendo dilationem ad soluendum, obligationi acquiescere videtur. l. ad solutionem. C. de re iud.

3 Altera dubitatio, † quia ex pacto nudo tunc oritur actio, cum de liberata promittentis voluntate, & certo animi sui iudicio apparet, vt in pacto nudo geminato traditum est: ex quo Doctor. in l. legem. & in l. si pacto quo poena. C. de pac. ideo actione nasci volunt, idemq; in pacto iurato. l. si quis maior. C. de trans. † Atqui non minus est factio, quam verbis voluntate suam declarare. l. de quibus. ff. de legib. l. reprehendenda. C. de instit. c. sollicitudinem. de appellat.

Nuda pactio quando pariat actionem.

Voluntas factio declaratur.

Ratio enim comunis quare nudae pactioes actiones non pariat est, vt Bal. Cuma. & caeteri docet in rub. ff. de ver. obli. quia lex certa non est, de promittentis voluntate, que non credit deliberate & ex proposito promississe, sed potius ostentationis gratia, existimans alium non acceptaturum. l. obligationum substantia. §. si. ff. de act. & obli. Cum itaq; in proposito, vbi certis annis praestatio subsecuta est, appareat de promittentis voluntate. l. si mulier. C. ad Velleya. videbatur ex pacto nudo coniuncta ea praestatione temporaria, actione competere: cum tamen in contraria sententia concesserit Imperator.

In cuius decisionis ratione doctores varij sunt. Castreus, Iason, & sequaces rationem esse putant, † quod sicut tempus non est modus inducendae obligationis. l. obligationum feret. §. placet. ff. de actio. & oblig. ita nec inualidae confirmandae. d. l. si certis anni. Tametsi modus esse possit, probandae obligationis efficacis allegata. l. cum de in rem verso. ff. de vsur.

Tempus non est modus inducendae obligationis.

Quae ratio bona non est, cum non queramus, an



solus temporis lapsus obligationem inducat, sed an præstatio illa ultra temporis lapsum secuta, quæ à debitore fieri videbatur in executionem præcedētis nuda promissionis, in futurum obliget: quod prima fronte videbatur per prædicta.

Decisionis alteram rationem Alb. Bal. & Christof. Castel. tradiderunt, quia, inquirunt, temporalis illa præstatio, facta est à debitore, ad se liberandum ab illa naturali obligatione: unde non debet obligationem roborare, aut inducere, ne producta ad vnum effectū, nempe liberationis, contrarium effectum, hoc est obligationem inferant. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. l. in numerationibus. ff. de solut. † Et vt actus agentium, ultra eorum intentionem non operentur. l. nō omnis. ff. de reb. cred. Quam rationem omnes propè sequuntur, ex ea dicentes dubitationem secundam tolli: nā ex pacto geminato, aut iurato, ideo oritur actio, quia actus iteratus aut iuramentum non tendit ad liberandam, sed potius ad fortificandam obligationem. l. balista. ff. ad Trebell. l. cū pater. §. filius matrem. ff. de legat. ij.

Verū neq; hæc ratio vera videtur, quādoquidem negari non possit, eum qui præstitit certis annis, in vim pactiois præstitisse: quæ pactio natura saltē etiā in futurum obligabat. Præterea prosternit hanc rationem tex. in d. l. fi. & in authen. sed cū testator. C. ad l. fal. vbi hæres qui falcidia vti poterat, soluerat integrum legatum, vt se liberaret naturali obligatione, qua illi legatario obstrictus erat: & tamen id adeo fortificat obligationem, vt falcidia nullo pacto vti possit, non solum contra eum, sed nec cōtra alios legatarios.

Attulit

6  
Actus agentium non operatur contra eorum intentionem.

1  
Attulit  
Francif.  
duntur,  
quis hoc  
nec hæc  
tur: nā c  
8  
ex actus  
bus om  
batur. l. l  
de excuf  
lib. x. A  
turalis o  
gationis  
9  
Cont  
cū ex a  
causam  
Solutio  
recipit e  
10  
idcirco.  
ti, non in  
ma. & cō  
extendi  
rale: † L  
in agris  
in test. c  
Lage. cu  
11  
Quo  
stitutio  
quippe  
lutio, f  
d. §. non

Attulit tertiam rationem † honorandus præceptor  
 Francif. Curt. quia actus nostri voluntarij non exten-  
 duntur, nisi quatenus de necessitate inferunt. l. j. §. si  
 quis hoc interdictum. ff. de iti. actûq; priua. Cæterum  
 nec hæc solutio (pace præceptoris dixerim) tuta vide-  
 tur: nã quod dicimus facta nõ vltèrius æstimari quàm  
 ex actus gesti necessitate inducatur, † obtinet in acti-  
 bus omaino voluntariis, ad quos nullo iure quis cogè-  
 batur. l. Lucius. §. testator. ff. de lega. ij. l. volutariæ. C.  
 de excusat. tut. l. ij. C. de his qui spon. publ. mun. sub.  
 lib. x. At nos tractamus de actibus quos præcedit na-  
 turalis obligatio, qui ideo facti videntur ad eius obli-  
 gationis confirmationem. d. l. fi. C. ad l. fal.

*Reiecta cur-  
tj præcepto-  
ris ratio.*

*Voluntaria  
rj actuum  
an fiat ex-  
tensio.*

Considerabam † nouam rationem dari posse, quia  
 cùm ex annuo debito quicquã soluitur, habet solutio  
 causam limitatam, tam ratione rei, quàm temporis.  
 Soluit enim quod debet illo anno duntaxat, vnde non  
 recipit extensionem in futurum. l. quod de bonis. §. nõ  
 idcirco. ff. ad l. Falci. † Et quoniam solutio vnius debi-  
 ti, non infert in alio obligationem. l. fi. C. ne vxor pro-  
 ma. & cõcepta in vnum tempus dispositio, ad aliud nõ  
 extenditur. in l. si quis ita. ff. de vulg. Adde illud gene-  
 rale: † Limitata causa, limitatum producit effectum. l.  
 in agris. ff. de acq. rer. do. l. cancellauerat. ff. de his quæ  
 in test. delen. l. militis codicillis. §. j. ff. de testam. milit.  
 Lage. cum Geminiano. vbi Bal. C. de transact.

*Noua ratio.*

*Solutio non  
infert obli-  
gationem.*

*Limitata  
causæ effe-  
ctum limi-  
tatũ parit.*

Quod si opponas † auth. sed cum testator. dicã con-  
 stitutionem eam antiqui iuris correctoriam esse: iure  
 quippe fforum constitutum erat, vt integri legati so-  
 lorio, falcidix detractionem in aliis non impediret.  
 d. §. non idcirco. & l. si ex pluribus. ff. ad l. falc. quod  
 Impe

*Declarata  
auth. sed cũ  
testator.*

Imperat. in §. hinc nobis. (ex quo Hirner. authen. sed cum testator. excerptit,) immutauit, solam habens defuncti voluntatē ob oculos: cui aduersus antiquas leges dupliciter potissimū fauere voluit. Primū vt falcidia prohibere posset. Deinde vt si hæres integrè legatum vnum soluerit, de aliis falcidiam non deducat. Quod autem specialiter constitutum est, ad alia produci non debet. l. quòd verò contra. & l. ius singulare. ff. de leg.

13 *Solues agno  
scit debiti.* ¶ quia fateor, cum qui soluit agnoscere debitum, quod & in hoc casu contingit: quod enim solutum est, non potest repeti, cum naturaliter deberetur. d. l. fin. C. ad leg. falc. At nos agimus, nunquid in eo quod solutum non est, præiudicet sibi debitor: puta in eo quod in futurum deberi potest. Quo etiam modo alteram dubitationem refellimus: nam præterquam quòd vera non est ratio, quam Doctores tradunt, quare ex pacto nudo non oriatur actio, vt alibi copiose ostendimus, respondetur, respectu eius quod solui in futurum conuenit, quodq; futuro tempore deberi potest, non argui deliberatam promittentis voluntatem. Intellexerunt scio aliter Accurs. Bartol. & ceteri dictam l. si certis annis. vt vel in vsuris, vel in operis pacto nudo promissis loquatur. l. creditor. C. de vsur. l. operis. ff. de oper. libertorum, vel etiam in pacto nudo donationis: qui sensus diuinatorij sunt, legislatorum verbis nullatenus congruentes. ¶ Nec vltimus quoquo pacto hodie suaderi potest, quandoquidem ex pacto nudo donationis nascatur actio. l. si quis argentum. §. si autem. C. de dona. siue donatio inter viuos, siue causa mortis concepta sit. Accur. in l. cum pater. §. Meuius. ff. de leg. ij. &

14 *Donatio e-  
siam pacto  
nudo facta  
hodie actio  
nem parit.*

ij. & in  
terpret  
ueniunt

De  
d

1 Angel  
2 Homi  
3 Homo i  
4 Succesi  
5 Parente  
6 Sui her  
7 Sitas.  
8 Linius  
9 Peregr



se, vel  
no iur  
re ciui  
tuit. N  
ipsa ad  
que en  
tis nu  
red. l.  
perfo  
seruo

ij. & in l. ij. C. de iur. dot. Quocirca neglectis aliis interpretationibus, quæ parum verbis Imperatoris conveniunt, sequenda est proposita à nobis declaratio.

*Ioannes Corasius, Tolosæ.*

*De suo hærede, & suitate, aliqua observatione digna.*

1 *Angelus Politianus iactator.*

2 *Hominis natura.*

3 *Homo in quo à brutis distet.*

4 *Sucessio de iure natura.*

5 *Parentes omnia liberis parant.*

6 *Sui hæredes cur sic dicti.*

7 *Suitas.*

8 *Linus Patavinum sonat.*

9 *Peregrinitas.*

CAP. XVI.



ANGELVS Politianus, † vir Græcè Latineq; impensè doctus, & inter authores Latinos non postremi nominis: cùm in glossematibus iuris ciuilibus Senis iactitaret se, vel Accur. superare posse, rogatus à Mariano Socy- no iurisconsulto, ætatis suæ doctissimo, quisnam in iure ciuili suus hæres diceretur, parum feliciter obmutuit. Nec res cognitu facilis est, quandoquidem verba ipsa absurditatem quandam implicare videntur. Neque enim hæres quis dici potest, nisi alterius, & viuentis nulla est hæreditas. l. qui superstitis. ff. de acqui. hæred. Præterea in actibus humanorum, distinctionem personarum esse oportet. l. seruus communis. ff. de sti. seruo. cap. fin. de instit. Vt igitur res ipsa exactè intelligatur,

Politianus.

Maria. Socy.



Hominis natura.

2 ligatur, placet rem totam ab origine repetere. Itaque sciendum Deum Opt. max. † cum hominem rationis participem, ex quatuor corporum temperatione effecisset, eidem proprias inclinationes dedisse, ex quibus humanum genus conseruaretur: vt si non sempiternum, per diuturnum saltem, permanensque, in longinquum & immensum penè tempus esset. Præcipuam autè dedit homini generandi, generationisq; conseruandæ naturam, vt homo cuius vita nihil fragilius, nihil fugatius, aut inanius, cū per se viuere nō posset, per speciem propriam conseruaretur, ex qua diuturnitatis memoriam in omne æuum relinqueret. l. liberorum, in ff. de verb. sig. Et alibi Imperator. *Natura (ait) utrumque corpus edidit, vt maneat suis vicibus immortale.* l. lege xij, tabularum. C. de legi. hered. Dedit autem natura homini non modò procreationem, sed proles susceptæ educationem. Et hanc inclinationem habet homo, cum aliis animantibus communem: nam & bruta rationis expertia prolem alunt, fouent, tractant, ac tuentur, quæue sunt ei nocitura declinant.

3 Homo in quo à brutis differat.

Illud tamen præcipuum est homini, † quòd bruta ad ea omnia præsentem tantum necessitate ferantur, neque futura prospiciant: contra verò homo solers, cautus, & sapiens, ea etiam quæ ventura sunt prouidet. Quare non solum ad educandum filium, præsentem inclinatione ducitur, † sed ad eum quoq; tuendum, & imposterum conseruandum, prouidentissimè mouetur. Sese ideo defatigans, vt quæ ad subleuandam hominum miseriam, necessaria sunt, comparet: † quæ non sibi, sed liberis ex voto parat. l. pen. ff. de bo. liber.

5 Successio de iure nature.

4 vt non abs re Pomponius iurisconsul. dixerit, legem ipsam

17  
ipsam nature  
ditatem  
Idcirco  
succes  
rale. j. de  
seruatio  
parentu  
filius pat  
ratio qu  
bona, &  
filiorum  
vt liberi  
fin. & l.  
Petrus A  
rentibus.

Cum  
erit autè  
parente  
filiis, ne  
nium ex  
6 rant, co  
parentu  
suã voc  
quodam  
por. qu  
7 Har  
res nost  
apud v  
non leg  
giant. S  
8 xerit, t

ipsam naturæ, & parentum cōmune votum, ad hæreditatem liberos admittere. l. scripto. §. fin. ff. vnde lib. Idcirco Sum. Pont. ex Ilidiori sententia liberorum successiōnem, iuris esse naturalis dixit. can. ius naturale. j. distin. Qui instinctus naturæ, ad sui ipsius cōservationem spectans, cū non sit in filiis respectu parentum, (turbatur etenim ordo mortalitatis, cū filius patri præmoriatur: quanquam & parentes ipsos, ratio quædam miserationis & pietatis ad liberorum bona, & hæreditatem vocet,) non lege naturæ, aut filiorum voto, tanto vinculo parentibus liberorum, vt liberis parentum, debetur hæreditas. d. l. scripto. §. fin. & l. nam & si parentibus. ff. de inof. testam. Ideoq; Petrus Apost. *Non debent* (inquit) *filij thesauri & a parentibus, sed parētes filijs.* Petr. v. can. prædicator. xvj. q. j.

Cū itaq; lex secundum naturam esse debeat. can. erit autē lex. iij. dist. videretq; lex xij. tabularum, quæ parentes quærent, liberis parare, mortuis parentibus filiis, non de nouo acquiri rerum paternarum dominium existimauit, sed in eos quod viuo patre haberant, continuari. l. in suis. ff. de lib. & posth. † vnde ad parentum hæreditatem filios: vt eis debitam, & penè suā vocauit. filiosq; suos, hoc est proprios & sui ipsius quodammodo hæredes, appellauit. l. cum ratio. ff. de por. quæ lib. dam. conced. §. sui. de hæ. qual. & differ.

*Sui cur sic dicti.*

*Suitas.*

*Patavinitas.*

Hanc autem sui hæredis qualitatem, † scriptores nostri suitatem vocauerunt. Sunt autem qui cū apud veteres probatosq; authores, hanc vocem non legerint, vt insolentem, & parum latinam refugiant. Sed cum Cicer. *Appietatem, & Lentulitatem dixerit,* † Pollioq; Titum Liuium *Patavinitatem* quendam

9 † peregrinitatem. l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vo-  
 can. ego etiam sicutatem liberè dixerim: nec in his que  
 paulatim vsu recepta sunt, ad docendum tamen apta,  
 grammaticorum regulis tam superstitiosè iuris pro-  
 fessores obstringi, nec tã anxie sollicitos esse oportet.

Ioannes Corasius, Tolosa.

De iurisdictione, & Imperio.

- 1 Iurisdictionio.
- 2 Imperium Variè acceptum.
- 3 Imperare Verbum Superbum.
- 4 Merum imperium, cur sic dictum.
- 5 Magistratum Romæ diuersa potestas.
- 6 Mixtum quare sic dicatur.
- 7 Accurs. & aliorum inepta opinio.
- 8 Merum imperium quid.
- 9 Latrunculatores.
- 10 Recentiorum opinio taxata.
- 11 Merum imper. cur potestas appelletur.
- 12 Glady Verbum.
- 13 Capitalis pœna.
- 14 L. aut damnum. declarata.
- 15 Mixtum imperium quid.
- 16 Bonorum possessio mixti imperij.
- 17 Restitutio in integ. mixti imperij.
- 18 Refutata Modernorum sententia.

I  
 Iurisdictionio  
 quid.



CAP. XVII.

IVREDICVNDQ † dicta iurisdictionio,  
 quamcunq; iurisdictionio potestatem desi-  
 gnat. l. j. §. fin. ff. de offi. eius. l. j. §. final. ff.  
 quod

quod quisq; iur. l. vni. ff. si quis ius dicen. l. inter tuto-  
res. ff. de admi. tuto. Coarctato tamen vocabulo, apud  
iurifconsultos frequentius accipitur, pro potestate iu-  
ris dicendi circa ciuiles controuersias, licet quandoq;  
pretoris edictum significet. l. quamuis. ff. de in ius vo-  
can. l. j. §. an autem. ff. de postulan. l. postquam. §. Impe-  
rator. ff. vt leg. no. caueat. l. stipulationum alia. §. j. ff.  
de verbo. obligat. §. alia. de actio.

*Iurisdictio  
pro pretoris  
edicto.*

Iurisdictioni mixtum imperiū cohæret. d. l. j. §. fin.  
mixtoq; imperio inest iurisdictio. l. imperium. ff. de iu-  
rif. om. iud. Est & aliud imperium quod merum dicitur,  
de vtroq; Vlpia. sic ait. *Imperium aut merum, aut  
mixtum est. Merum imperiū, est habere gladij potestatem,  
ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam po-  
testas appellatur. Mixtum imperium est, cui iurisdictio in-  
est, quod in danda bonorum possessione consistit.* In quorum  
verborū expositione dici nō potest interpretes quā  
miserè conficiantur, cū tamē eorū sensum multi nō  
intellexerint, nemo perfectè. Quid igitur censendum?  
Et tametsi non me fugiat, hunc locum tam salebro-  
sum esse, quā nullus in iure ciuili alius sit: † ita ta-  
men explicandum puto, vt primum consideremus, im-  
perium non in vna significatione accipi. Notat siqui-  
dem imprimis vniuersam Cæsaris ditionem, & princi-  
patum. l. j. ff. de consti. princip. quo sensu dicebat apud  
Iul. Paul. Hadrianus Imperator, se malle hominum  
adiectio, quā pecuniarum copia imperium am-  
pliare. l. cū ratio. §. si plures. ff. de portio. quæ lib.  
dam. conced. Sic & apud Virgil. cū inquit.

*L. imperium  
declarata.*

*Imperium in  
multa signi-  
ficatione.*

*Nocte placuit tota, redeunt spectacula mane,  
Diuisum imperium, cum Ioue Cæsar habet.*

S



Et alibi.

*Imperium Oceano, famam qui terminet aëtris.*

Significat deinde imperium, vel publicæ, vel privatz personæ iussum, cui parere oportet. l. quod iusit. ff. de re iudi. l. si. ff. ne quid in loc. pu. & in Trinummo Plauti cum dicebat filius:

*Tuis seruii seruitutem imperiis, & præcepti pater.*  
Sic & in eo. Virgil. loco.

*Hic vasto rex Aeolus antro*

*Luctantes ventos, tempestatesq; sonoras,  
Imperio premit, & vinculis ac carcere frenat.*

Et apud Aufon.

*Capta manu, sed missa manu, nesciuit herile**Imperium, domina vult domina esse manus.*

3 *Imperare su-  
perbiu ver-  
bum.* Et imperare, vt etiam celeberrimi grammaticorum censuerunt, superbum verbum est, magnæq; personæ innuens vt statim, & sine contradictione aliquid fiat. l. si feruus. ff. de actio. empt. l. idonei. ff. de testib. vnde Sum. Pontif. *Quod imperatur (inquit) necesse est fieri, si non fiat pœnam habet.* can. si. xiiij. q. j.

Denique imperium, publicam illam magistratus dignitatem designat, hoc est vim quandam & auctoritatem, quæ est apud magistratum, iubendi, decernendi, coercendi, permittendi, vetandi, & alia faciendi, quæ priuatus nequit. l. pen. ff. de iustit. & iur. l. ij. ff. de in ius voc. l. iij. §. si. ff. de recep. arbi. l. cum prætor. §. j. ff. de iudi. l. ij. ff. de liber. & eorum lib. l. & si prætor. ff. de offi. eius. Sic accipitur in l. ij. ff. de adopt. cum Caius adoptiones magistratus imperio fieri docet. Sic & apud Vlpia. cum tradit, procôsulem Romæ portam ingressum, deponere imperium. l. si. ff. de offi. procon. Et cū Iul.

Iul. Paul. dixit potestatis verbo, in persona magistratum, imperium significari. l. potestatis. ff. de ver. sig. in eum quoque sensum ponitur apud Cicer. ad Lentul. in hæc verba scribentem. *Crassus tres legatos determini, nec excludit Pompeium: censet enim etiam ex iis qui in imperio sunt Bibulus tres legatos, ex iis qui privati sunt.* Et apud Liviū ad principium Belli Macedo. dum frequentem Senatū decreuisse refert, ut Pub. Aelius consul, quem videretur ei, cum imperio mitteret. Et ita à iurisconsultis & quibusq; aliis bonis autoribus, imperij verbum inuenies frequentissimè usurpatum: sic in d. l. imperium accipitur.

- 4 Merum imperium tamen quod significat ius gladij in delinquentes, hoc est potestatem animaduertendi etiam capitaliter, in facinorosos homines, sic dictū est: tum quod summum sit & excellens, nam & hoc sensu Plaut. in milite Glorios. *meros bellatores*, & Cicer. in ij. de Orat. *meros principes dixerunt: tum quod solum sit & purum, cum officio ius dicentis commune nihil habens, ut quod à iurisdictione seiunctum sit omnino, & separatum.* Ad quem sensum Tripho *merum iusgentium*. l. bona fide. ff. de posit. Pompo. *merum iudicis officium*. l. stipulationum alia. ff. de verbo. obligatio. Iul. Paul. *merum factum*. l. qui res. §. mihi Romæ. ff. de solut. posuerunt: nimirum significantes, iusgentium purum, à civilibus, & prætoris præceptis segregatum, iudicis officium solum, à ius dicentis autoritate, non à contracto pendens negotio, denique purū factum ab omni datione seiunctū. Planè cum ius dicere, aliud sit nihil, quam secundum præscriptam legibus æquitatem, auditas priuatorum cōtrouersias, dirime-

Merum imperium est sic dictum.

Meri bellatores. Meri principes.

Ius dicere.

re: atq; ita iurisdictio, de civilibus negotiis, & contro-  
uersiis iudicandi. l. j. §. damus. ff. de susp. tuto. constat  
mero imperio nihil esse cum iurisdictione commune.

- 5 † Quocirca olim, in vrbe Roma, alij magistratus puni-  
endis maleficiis præerant, vt *Quæstores parricidij*, &  
*Triumviri capitales*; quorum commemorat Pompo. in  
l. ij. ff. de orig. iur. Alij qui de priuatorum controver-  
siis cognoscebant: vt Prætores, & ab his dati iudices,  
quos *Recuperatores* dixerunt. Centumviri itē ad quos  
vbi de iure disceptandum erat, causæ maximæ refere-  
bantur. l. Titia. ff. de inoffi. testa.

6 Mixtum † verò dicitur, quia ita permixtum est iurid-  
ictioni, vt alterum alteri insit, & inseparabiliter co-  
hæreat. d. l. imperium, & l. j. §. fi. & l. fi. in fi. ff. de offic.  
eius, quod propriè potestas est, & autoritas, adiudi-  
candi, dandi, decernendi, & coërcendi, in priuatis &  
civilibus negotiis: veluti cum prætor ex tabulis, bono-  
rum possessionem decernit. † Cum autem vitiosa sit

7 diuisio, quæ nõ omnes partes complectitur, vt Cicero  
in Topicis docet, mera sunt deliramenta Accursi, &  
aliorum, aliquod esse imperium existimantium, quod  
nec merum sit, nec mixtum. Finitur autem ab Vlpia.  
in d. l. imperium. quicquid doctores dicant merum im-  
perium, † vt sit potestas animaduertendi in caput ho-  
minum delinquentium: quale Romæ primùm Dicta-  
tores habuerunt, quibus etiam capitis animaduersio  
data est. l. ij. §. populo. ff. de orig. iuris. Hodie habent  
summi omnes magistratus: sed & medij quidam à qui-  
bus tamen ad maiores prouocandi ius est. l. & in maio-  
ribus. C. de appel. † Habent quoque Latrunculators,  
qui de latrunculis, hoc est obscessoribus viarum. l. fi

8 Cõt. Accur. in Topicis docet, mera sunt deliramenta Accursi, &  
aliorum, aliquod esse imperium existimantium, quod  
nec merum sit, nec mixtum. Finitur autem ab Vlpia.  
in d. l. imperium. quicquid doctores dicant merum im-  
perium, † vt sit potestas animaduertendi in caput ho-  
minum delinquentium: quale Romæ primùm Dicta-  
tores habuerunt, quibus etiam capitis animaduersio  
data est. l. ij. §. populo. ff. de orig. iuris. Hodie habent  
summi omnes magistratus: sed & medij quidam à qui-  
bus tamen ad maiores prouocandi ius est. l. & in maio-  
ribus. C. de appel. † Habent quoque Latrunculators,  
qui de latrunculis, hoc est obscessoribus viarum. l. fi

9 Latruncula  
por. qui de latrunculis, hoc est obscessoribus viarum. l. fi

pater. §. si. ff. de donatio. l. mulier. ff. de capt. & postli.  
reuerf. (qui vt Cicero in Philip. ait, *tantum habent,*  
*quantum rapere possunt,*) cognoscunt & iudicant. l. sole-  
mus. §. latrunculator. ff. de iudic. Latruncultores in  
Gallia non ineptè dicentur, quos præpositos marescal-  
corum vocamus.

10 Verùm ab illis omnino dissentio, † qui quancunq;  
potestatem, cognoscendi de causis criminum, merum  
imperium esse putant. Sic enim defensores ciuitatum,  
qui leuia crimina audire, competentiq; castigatione  
tradere possunt. §. audient. de defen. ciuita. Magistrat-  
us quoq; municipales, quibus modica castigatio non  
denegatur. l. magistratibus. ff. de iur. om. iu. imperium  
merum habent, quo falsius nihil dici potest.

*Iuniorū opè  
nio impro-  
bata.*

Proinde desidero, potestatem, magistratum habe-  
re, etiam in vitam hominis. Hæc enim propriè est gla-  
dij animaduersio. l. si quis filio. §. irritū. ff. de iniu. test.  
l. j. §. fin. ff. de offi. eius. quam ideò maiorem Venul. di-  
xit. l. si quid erit. ff. de offi. procon. Hoc item propriè  
imperium, merum est, id est purum, solum, verum, ex-  
cellens, & summum: quod † ideò velut per Antonoma-  
siam, potestas appellatur, quia in eo eximia, summa, &  
omnium excellentissima potestas, reluceat. Et quãdo-  
que ius, potestásve gladij dicitur. l. illicitas. §. qui vni-  
uersas. ff. de offi. præsid. l. nemo potest. ff. de reg. iuris.  
Quoniam eo qui vtitur, supremam gladij exerceat po-  
testatem. l. solent. ad prin. ff. de offic. procon. Vnde in  
Seuero Lampridius. *Honores iuris gladij (inquit) nun-  
quam vendi passus est, dicens necesse est, vt qui emit vendat,*  
*ego non patiar mercatores potestatum fieri.*

11 Nec † gladius hic simpliciter pro telo accipi debet, *Gladium.*

sed pro quacunq̄ pœna, qua ex delicto reus etiam ca-  
 pite plecti possit. Nam & lex Pompeia ad merum im-  
 perium pertinet. l. j. ff. de offi. eius. quæ tamen parrici-  
 dam gladio non punit. §. alia. de pub. iud. in inti. & Ca-  
 13 *Capitaliter*  
*damnatus.*  
 pitaliter autem damnatus, intelligitur, qui morte, exi-  
 lio, deportatione, aut aquæ & ignis interdictione, coër-  
 citus est. l. sed & si quis. §. j. ff. si quis caut. l. edicto. §. j.  
 ff. de bono. pos. l. capitalium. in princip. ff. de pœn. ne-  
 que minus utitur gladio, qui deportat, damnat in me-  
 tallum, aut ad Tiresmes, (quo supplicij genere nos ho-  
 die maximè utimur, ) quàm qui caput amputat, aliud-  
 ve membrum præscindit, & dissecat. At verò non me  
 fugit aliubi Vlpia. gladij significationem, ita constrin-  
 14 *Declarata*  
*l. aut dāni.*  
 xisse, ut non telum, non securim, non fustes, non la-  
 queum, verbo gladij venire voluerit. l. aut damnum, in  
 prin. ff. de pœnis. sed hoc ideo, quia eo verbo usus erat  
 in sententia iudex, quam certam eum ferre oportet. §.  
 curare de actio. Certitudo autem, ex vocabuli magis  
 propria significatione accipitur. l. iij. §. hæc verba. ff.  
 de nego. gest.

Definitur quoque eodem loco ab Vlpia. Mixtum  
 15 *Mixtum im-*  
*perii quid*  
*sit.*  
 imperium, ut sit illud cui iurisdictio inest. Similiterq̄  
 Papini. hoc mixtum imperium coherere iurisdictio-  
 ni tradidit. l. j. §. fina. ff. de offic. eius. Vtriusque autem  
 Iurisconsulti verba, ita me autore explicanda sunt, in  
 pecuniariis causis, in quibus exercetur iurisdictio, mi-  
 xtum quoque versatur imperium: quod non aliò spe-  
 ctat, quàm ut priuatorum controuersia finem acci-  
 piant, pertinaciumq̄ & contumacium ceruicofitas ac  
 proteruia compescatur, coërceaturq̄, iure suo cuique  
 conseruato. l. si. ff. de offi. eius. & ita adhærere iurisdic-  
 ctioni,

etioni, eidemque subministrare, mixtum imperium dicitur.

Manifestum quoque hinc fit, imperium mixtum aliud esse nihil, quam *autoritatem, & potestatem quandam decernendi, dandi, dicendi, addicendi, & coercendi, in pecuniariis causis: citra tamen litis controuersiæ decisionem.* Tunc enim esset iurisdictio, quæ tamen, vt effectum habeat faciliusque explicari possit, mixto imperio ius dicens utitur d.l.fi.

16 Consistit t̄ autem propriè in danda bonorum possessione, mixtū imperiū, non item iurisdictio. l. imperium. allega. Licet enim ciuile sit negotium, quia tamen non inter duos ius redditur, sed vni petenti prætor decernit, imperio utitur, non iurisdictio: quæ tū propriè cōsideratur, cū inter litigatores ius dicitur.

Bonorum possessio est mixti imperij.

17 Est tamen t̄ præter dationem bonorum possessionis, alia multa reperire, in quibus licet propriè mixtū imperiū nō consistat, eiusdem tamen imperij, magis quam iurisdictionis, naturam redolent: veluti in integrum restituere, bona seruandæ rei causa iubere possidere, iubere cauere, & in possessionem mittere. Hæc enim omnia imperij magis sunt, quam iurisdictionis. l. iubere. ff. de iurisdictio. om. iudic. l. ea quæ. ff. ad municipales, ideoque mixti imperij censentur. l. quæritur. ff. de statu hominum. Dicuntur autem magis imperij, quia plus ad naturam iussus potestatis quam dictionis iuris, hoc est ciuiliū controuersiarum decisionem accedunt.

Restitutio in integrum mixti imperij.

18 Et ideo inexcusabiles sunt, qui restitutionē in integrum, iurisdictionis simpliciter esse putant, nihilque cum mixto imperio habere commune. Nec magis,

Contra Mōderios.

sapiunt, qui eandem omnino mixti imperij dicunt, atque adeò nihil habere iurisdictionis: vtrunque enim sententiam, refellit apertissimè Iul. Paul. in d. l. ea que, cuius verba calumniari non oportet.

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*De officio ius dicentis, de Recuperatoribus, in iudicioq; Recuperatorio.*

- 1 *Prætoris potestas.*
- 2 *Decernere.*
- 3 *Dare iudicia.*
- 4 *Ciceronis verba exposita.*
- 5 *Dare indices.*
- 6 *Recuperatores.*
- 7 *Indices delegati.*
- 8 *Recuperatorium iudicium.*
- 9 *Flavia Domicilla.*
- 10 *Do, Dico, Addico.*
- 11 *Fasti & Nefasti dies.*
- 12 *Addicebantur olim debitores creditoribus.*
- 13 *Exposita l. j. ff. de iurisdic.*
- 14 *Stulti creduntur qui prælongi.*

*C A P. XVIII.*



**I**us dicentis officium (inquit Ulpia.) latissimum est. Nam & bonorum possessione dare, & in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, & iudices litigantibus dare potest. l. j. ff. de iuris. om. iudic. in qua pluribus disceptant interpretes, quis sit ius dicens, quodq; eius officium. Ego re ipsam, tãtam non exigere controuersiam puto, verboq; ius dicentis prætorem

*Prætoriam  
m.*

rorem intelligo, qui proprie in vrbe Roma ius dicebat: ob id creatus, cum auocarentur à bellis finitimis consules neq; esset qui in vrbe ius diceret. l. ij. §. populo. ff. de orig. iur. eum etiam iudicasse certum est, cum hoc Græcis tabulis caput priscos Romanorum addidisse Cicer. in iij. delegibus. docet. *Iuris disceptator qui primatus iudicet, indicari ve iubeat, prætor esto.* Quanquam inter priuatos perrarò iudicaret: eius siquidem proprium munus fuit, vel decernere, vel dare iudicia, vel priuatis distrahendarum controuersiarum gratia, iudices constituere.

2. Decernebat autem, † cum causa cognita citra negotij diffinitionem, autoritatem suam permittendo, iubendo, vetando, aliòve modo interponebat. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procons. vt cum bonorum possessionem dabat cauere possidereq; iubebat, & in possessionem mittebat, aut restituebat in integrum. Hæc enim solo prætoris imperio expediebantur, eadem potestate, magistratus municipalibus denegata. l. ea quæ. ff. ad municipa.

Decerneret

3. Dabat † autem iudicia, cum auctori agendi potestatem faciens, eum ad intendendam actionem admitte-

Dare iudicia.

bat: quod Cicer. pro Cecinna ait. † *Etenim si prætor is qui iudicia dat, nunquam petitori præstituit, qua actione eum vis velit &c.* Et A&C. tertia in Verrem: *Si quis (inquit) eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum, quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum, ipsi autem nullius rei actionem sese daturum.*

E nucleatus locus Ciceronis.

4. Iudices † quoq; litigatoribus dabat, nonnunquam ex centumuiris, quibus Prætor præerat, sæpissime tamen ex priuatis, in quos litigatores consenserant. l. ij.

Dare iudices.



§. j. ff. de iud. l. ex consensu. ff. de appella. quibus ius  
*æquitatem quam sequerentur præscribebat prætor.* Erant

- 6 *Recuperatores.* autem dati à prætore iudices, † *Recuperatores* appel-  
 lati, quòd de bonorum iniquè ablatorum recupera-  
 7 *Recuperatores.* tione, æstimandisque iniuriis, † Neoterici iudices de-  
 legatos dicere ceperunt. Tunc autem potissimum  
 adhibebantur, cum de metu, dolo malo, iniuria, vel  
 armata vi contendebatur: quod cum ex complusculis  
 Ciceronis locis colligitur, tum maximè ex oratione  
 quam pro Cecinna ad Recuperatores habuit, in qua  
 persèpè de his agit. Indicat id quoq; Plaut. in Bacchi-  
 de, in hæc verba.

*Postquam quidem prætor, Recuperatores dedit,  
 Damnatus demum vi, coactus reddidit  
 Ducenta & mille Philippum.*

- 8 Inde † Recuperatorium iudicium nuncupatū, quòd de  
*Recuperato- rium iudi- cium.* æstimandis iniuriis cum recuperatione habebatur: quo  
 iudicio † Tranquil. refert, Flauiam Domicillā, quam  
 9 Vespasianus pater vxorem duxit, ingenuam & ciuem  
 Romanam, asserente patre pronuntiatam esse.

- Maxima igitur Prætoris erat potestas, vt qui decer-  
 nere. dare iudices, & iudicia posset. Cui propterea li-  
 10 cuisse tria hæc verba solennia fari, † Do, Dico, & Ad-  
 11 dico, proditum est. Vnde Ouidius, † Nefastos eos dies  
*Fasti & Nefasti dies* dictos esse significans, quibus sine piaculo, hæc tria  
 verba effari non licebat: contra verò Fastos, quibus li-  
 cebat, inquit:

*Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,  
 Fastus erit, per quem lege licebit agi.*

Dabat siquidè iudices & iudicia, vt iam annotatum  
 est: dabat quoq; bonorū poss. dicebat præterea ius. d. l.  
 ij. §.

12 ij. §. p.  
 qui fo.  
 credit  
 ris par

13 Solon  
 ne cor  
 omnes  
 dicent  
 fa terr  
 officio

im dia  
 audier  
 existit

(vt die  
 consu  
 proce

Hæc e  
 mente

14 signit  
 inerte  
 Eras  
 longus

re, inf  
 D

1 Ord.  
 iure p

12 ij. §. populo. † Addicebat deniq; inopes debitores, & Debitorum  
miseria.  
qui soluendo non erant, in temporariam seruitutem  
creditoribus, quibus fas erat mēbra adiudicati debito-  
ris partiēdi: quod & Plau. in Pœnulo indicat, cū ait:

*Vbi in ius venerit,*

*Addicet prator familiam totam tibi.*

Solon tamen apud Athenienses sapienter prohibuit,  
ne corpora pro debitis pignori darentur, ne tandem  
omnes in seruitutem redigerentur. Cū † ergo ius  
dicentis potestas, non exigua sit, nec angustis conclu-  
sa terminis, sed latissimē pateat, omnia liquidem suo  
officio exequi fermē potest. Rectissimē dixit Vlpian,  
*ius dicentis officium, latissimum esse.* Nec ex interpretibus  
audiendi sunt qui absurdē nimis vel potius ridiculē,  
existimant: ideo quōd sapientia non in longitudine  
(vdicunt) sed in latitudiue consistat, maluisse iuris-  
consultum latissimum, quā longissimum dicere,  
proceres & praelongos homines socordiae arguentes.  
Hæc enim vanē nimis, & aniliter cogitata ad Vlpian,  
14 mentem nihil faciunt: quanquam, † & hoc nomine in-  
signitate proceritatis homines malē audire sciam, quōd  
inertes & socordes existimentur, ad eō ut ~~negotium~~  
Erasmus in diuerbium abiisse referat, *Amens qui*  
*longus.* Philonides certē Melitensis prægrandi corpo-  
re, insulsus & indoctus habitus est.

*Amens qui  
longus.*

*Ioannes Corasius, Tolosæ.*

*De ordinaria, & delegata iurisdictione, &*

*utra dignior sit.*

1 *Ordinaria iurisdictione potentior.*

2 *Iure proprio habitum validius.*

*Deleg*

- 3 *Delegatus à principe, maior ordinario.*
- 4 *Subrogatum, dignitate fungitur subrogantis.*
- 5 *Rector, & Vicerector.*
- 6 *Improbata communis sententia.*
- 7 *Iurisdictio propria quæ.*
- 8 *Declaratum c. sanè. & c. pastoralis.*
- 9 *Princeps lex animata.*
- 10 *And. Alciati opinio explosa.*
- 11 *Explanata l. j. C. de offi. vicar.*
- 12 *Vicarius ordinarius est.*

## CAP. XIX.



**P**ST pluribus à doctoribus controuersum, vtra iurisdictionū dignior sit, ordinaria an delegata. Frequentiore tamen calculo, in eam sententiam † itum est, vt ordinaria potentior & firmitior sit, delegata etiam à principe. Archid. in can. si episcopus. ij. q. vj. Bal. in l. si vt proponis. col. ij. C. quom. & quand. iud. Quod & si per multis rationibus confirmant, hac tamen potissimum vtuntur, delegatus nihil proprium habet, sed eius qui mandauit iurisdictione vtitur. l. j. §. qui mandata ff. de offic. eius. At ordinarius eam suo iure, non alieno beneficio habet. l. more. ff. de iurisd. omni. iudic. † Longè autem firmitus & potentius est ius illud, quod quis proprio iure, quàm quod alieno beneficio habet. l. ij. ff. de offic. proconsul. l. quod principi. cum seq. ff. de legat. ij. l. si filius. §. erit. ff. de fideicommiss. liber. vixq; ea nostra putamus, quæ non fecimus ipsi. Accurs. in l. si quid in bello. ff. de capt. & postlim. reuers. Ang. Perusi. in l. isti quidem. §. fin. ff. quòd me. cau.

1  
Iurisdictio  
ordinaria  
potentior.

2  
Potentius  
ius quod p-  
prio iure ha-  
betur.

3 Cæterum † et si firmior est ordinaria, delegata ta- *Delegata à*  
 men à principe iurisdicção dignior ab interpretibus *principe di-*  
 omnibus existimantur. ca. sanè. ij. de offic. delega. c. pa- *gnior.*  
 storalis. §. præterea. de off. ord. qui tex. dicunt, delega-  
 tum à principe, in causa sibi cõmissa ordinario, & ma-  
 iorem, & superiorẽ esse. Iuuerint hæc quæ dici solent  
 de dignitate subrogantis, in subrogato relucente. De-  
 legatus ergo principis, qui principem ipsum refert, &  
 repræsentat. d. c. sanè. viceq; illius fungitur. d. §. qui  
 4 mandatã. † dignior dici debet, cùm in alterius locum *Subrogatiõ*  
 substitutus, dignitate & autoritate substituentis po- *fungitur au-*  
 tiatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. l. duo- *thor subro-*  
 bus. §. j. ff. de iureiur. l. filia. §. Titia. ff. de condi. & de- *ganis.*  
 monst. §. fuerat de actio. Vt nõ abs re Bar. docuerit, in  
 l. cõperimus, in fi. per illum tex. de prox. sacro. scri. lib.  
 xij. C. officialem in locum alterius subrogatum eum  
 locum in ordine occupare, quem teneret is in cuius lo-  
 cum substitutus est, si præses esset: idemq; Bart. in l. si *Vicereclor.*  
 5 filius. ff. de lega. j. † tradit eum qui vices rectoris agit, *Rector &*  
 eadem frui autoritate, iisdemq; privilegiis, quibus *Vicereclor.*  
 rector ipse. Subscribunt Bal. in l. aliquando. ff. de offi.  
 procon. Cardi. in Clemen. fin. de offi. vica.  
 6 Sed & nouissimè † omnium rationibus postpositis,  
 And. Alciat. in Paradox. dubitabilem hanc alioqui  
 quæstionem ex imperatoris constitutione definiri pu-  
 tat in l. j. C. de offic. vicar. qua receptam omnium sen-  
 tentiam, delegatum ordinario digniorem, euidenter  
 probari, dicit: vult enim vicarios in ciuilibus causis co-  
 mitibus anteponeudos, ad eò vt si causa vtriq; commu-  
 nis acciderit priore loco vicarium cognoscere & co-  
 mes illi adiunctus accedere iubetur. Exploratũ autem  
 est ci

ouersum,  
 ordinaria  
 n calculo,  
 t ordina-  
 principe.  
 si vt pro-  
 & si per-  
 potissi-  
 abet, sed  
 qui man-  
 uo iure,  
 d. omni-  
 s est ius  
 dieno be-  
 od prin-  
 de fidei-  
 non fe-  
 e capt. &  
 §. fin. ff.

Cæte

est ciuili iure vicarium delegatam habere iurisdictionem. tametsi iure pontificio ordinarius sit. c. tua nobis vbi Butri. Panor. & ceteri. de offic. ordin.

7 *Communis sententia explosa.* Verum t̄ hæc communis sententia nunquam mihi placuit, quin verius semper existimaui ordinarium delegato etiam à principe esse digniorem: ordinaria etenim proprie est iurisdictionis, delegata verò minus proprie, quo fit, vt iurisdictionis verbo ordinariã intelligamus. Butri. in d. c. tua nobis. vt non immerito Frederic. Sen. consil. ccv. incipien. factum tale, responderit actum dubium, in dubio factum videri in vim ordinariæ iurisdictionis. Quoties enim fit mentio actus qui & ad proprium & ad improprium referri potest, de proprio sensisse potius loquentem aut scribentem credendum est. Bart. in l. lucius. §. quæsitum. ff. de leg. iij. Cum igitur illud altero dignius sit quod magis proprië tale est, ordinaria, vt magis propria, ita magis digna censi debet.

8 Nec me mouerint t̄ alleg. c. sanè. & d. c. pastoralis. nã licet in causa sibi cõmissa delegatus à principe maior sit & superior ordinario, non tamen ex hoc absolute dici potest eum digniorem esse: ita enim à secundum quid, ad simpliciter argueremus, quæ argumetandi ratio, iandiū explosa est. Potest præterea aliter responderi, vt & ego quandoq; docui, delegatum à principe, in causa sibi commissa, sine controuersia digniorem esse. At inde non rectè inferitur, delegatum tunc digniorem, etiã in ea causa, ordinario in causis ad suam iurisdictionem pertinentibus. Iura namq; dicentia delegatum maiorem ordinario eò spectant, vt ordinarium nulla ratione de eo negotio se interponere posse  
decla

decla  
dinar

Fa

gat

gem

n. de c

missa

ordin

gem r

de iur

10 De

11 Alecia

12 li t̄ V

fit. Ac

proc.

tores,

æ fin

l. fugi

Qui

ferun

I

1 Vehic

2 Planis

3 Arce

4 Sarra

5 Epirh

6 Carru

7 Carru

8 Senat

declarent. c. studuisti. de offi. delega. non quòd ad ordinarij iudicis dignitatem, se referant.

Fateor item, vt alteram rationem refellamus, delegatum à principe, principem ipsum referre, atq; ita legem viuam, † cum princeps lex sit animata in terris. §. *Princeps lex animata.*  
 si. de cons. col. iij. Caterùm hoc facit in causa sibi commissa, & sic particulariter, aut singulariter. At iudex ordinarius in vniuersum, hoc est in omnibus causis legem mortuam, à qua iurisdictionem habet. l. moræ. ff. de iurisd. omni. iud. c. cum ecclesiarum. de offi. ordin.  
 10 Deniq; † non quicquã facit l. j. C. de offi. vicar. quã *Cõr. Alcia.*  
 11 Alcia. pro communi induxit: † siquidẽ iure etiam ciuili  
 12 † Vicarium ordinariam habere iurisdictionẽ verius *Vicarius habet ordinariam.*  
 sit. Accurs. in l. nec quicquã. §. vbi decretam. ff. de offi. proc. gl. in can. per lectis. xxv. dist. Cùm & pupillis tutores, & adultis curatores det, ad alienandasq; minorũ ac similiarum personarũ facultates, decreta interponat. l. suggerente. C. de off. eius qui vicem alic. iudic. obt.  
 Qui tamen actus: demandata iurisdictione non transferuntur. l. ij. ff. de offic. eius. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

*De Cifio & alijs generibus vehiculorum quorum in iure frequens habetur mentio.*

- 1 Vehicula oneraria, & gestatoria.
- 2 Plaustrum.
- 3 Artera.
- 4 Sarracum.
- 5 Epirhedum.
- 6 Carruca.
- 7 Carruca dormitoria.
- 8 Senatores Romæ carrucis argenteis vsi.

- 9 *Neronis delicia.*  
 10 *Rheda.*  
 11 *Mulis non equis, veteres ad vehicula utebantur.*  
 12 *Rheda meritoria.*  
 13 *Essedum.*  
 14 *Explanatus Virgil. locus.*  
 15 *Petoritum.*  
 16 *Pilentum.*  
 17 *Cisium.*  
 18 *Carpentum.*  
 19 *Ouidij locus declaratus.*  
 20 *Arcirma.*  
 21 *Octophorum.*  
 22 *Vehicula sacra.*  
 23 *Tensa.*

## CAP. XX.



**C**ENSUIT Vlpian. in l. item quaeritur, in princ. ff. loc. quòd si Cisiarius dum caeteros transire contendit, Cisium evertit, & seruum quassavit, vel occidit, ex locato in eum actionem esse, vtilemque; Aquiliae dari: temperare enim debuit. Hic mihi ego temperare non potui, quin huic potissimum parti appingerem aliqua de Cisis, & aliis vehiculorum generibus, vt iucunda legum professoribus, ita maximè necessaria.

<sup>I</sup>  
*Oneraria*  
*et gestato-*  
*ria vehicu-*  
*la.*

Sciendum igitur † ex vehiculis aliqua oneraria esse, vehendis marmoribus & grandi materiae accommodata, vt plauftrum, Sarracum, & Carpentum. Alia gestatoria, ad vectandos homines, veluti Carruca, Rheda, Essedum, Cisium, Petoritum, Pilentum, Octophorum, & caetera id genus: quorum vsum hac ratione in

ne intro  
 tio, & co  
 enim leg  
 audire  
 Plau  
 lqui tel  
 ex omni  
 vehiculo  
 ne differ  
 compa  
 tum. Id  
 eo quòd  
 in Noc.  
 bantes f  
 (inquit)  
 ca, quo se  
 4 Sarr  
 menta p  
 ditum, v  
 hi consu  
 1 Epir  
 cabulum  
 nis suum  
 ctione C  
 tum bar  
 Iuvenal  
 Exig  
 Segni  
 Carr  
 a quo fit

ne introductum Seneca xv. epistola dicit, quòd gestatio, & corpus concutiat, & studio non officiat: possis enim legere, inquit, possis dictare, possis loqui, possis audire, quorum nihil non ambulatio vetat.

2 Plautrum † imprimis currum esse, notissimum est. *Plautrum.*

Liqui sella. ff. de ser. rusti. prædi. ab eo sic dictum, quòd ex omni parte palam sit, quod in eo vehitur, in quo à vehiculo, superstitiosa grammaticorū interpretatione differt, quia vehiculum ex certis tabulis, velut arca compactū est, ita vt quod vehitur clam sit, & reconditum. Id in specie & significanter, Arcera † appellatur, *Arcera.*

3 eo quòd vndiq; tanquam arca cōtegatur, qua vt Gell. in Noc. Atti. tradit nimis ægri, aut senes, portari cubantes solebant: quod & ante docuit Pædia. *Arcera* (inquit) *plautrum est rusticum, vndique tectum, quasi arca, quo senes & agroti vectari solent.*

4 Sarracum † vehiculum est, inquit Festus, quo ornamenta portantur Scenicorum, frequentius tamen creditum, vt vehiculi genus sit, quo ligna, & lapides deuehi consueverunt. *Sarracum.*

5 Epirhedium † quoque currum significat, quod vocabulum Romani, Fabio autore, ex duobus peregrinis suum fecerunt. <sup>id est</sup> præpositione Græca, & rheda dictione Gallica. Sunt qui apud Gellium vocabulum totum barbarum esse credant, vsus tamen eo est lepidè Iuvenal. Satyr. vii). *Epirhedium.*

*dominos pretiis mutari iubentur*

*Exiguus, tritoq; trahunt Epirhedia collo*

*segni-pedes, digniq; molam versare nepotis.*

6 Carrus † quadrirotum est, hoc est quatuor rotarū, *Carrus.*  
à quo fit carruca, quæ paruum carrum significat, toti. *Carruca.*



- dem rotas habentem. Habuerunt autem veteres carrucas in deliciis: vnde disputat Scæuola an sub mundi ma-
- 7 liebris, & omnis ornamenti legato, † Carruca dormitoria, cum mulis qua vxor sit semper vsa, contineatur l. vxori. ij. ff. de aur. & arg. leg. Spartianus † Alexandri Seuerum imperatorem senatoribus omnibus Romæ permisisse refert, vt Carrucas argenteas haberent, dignitatis Romanæ interesse existimans, vt iis tantæ rebus Senatores vestarentur. † Neronem præterea Cæsarem legimus, nunquã minus mille carrucis iter fecisse, longo semper agmine impedimētorum præcedere.
- 8 *Carruca dormitoria.*  
8 *Vtebantur Romani Senatores carrucis argenteis.*  
9 Rheda † leuiculus currus est, duarum rotarum, quovtebantur passim omnes etiam abiectissimi: vt indicat Cicer. ij. Philip. *Vehebatur (inquit) in Effedo Tribunus Plebis, victores laureati antecedeabant, inter quos aperta lectica mimæ portabantur, sequebatur rheda cum lenonibus commites nequissimi: quales itaque rheda vectarentur, solus natus ostendebat.* Eadem multi simul commodè vehebantur, † dummodo mularū, (quibus non equis, ad uehicula veteres vsos vbique comperio,) iuga oneri suffectura adhiberentur. Publicè autem Romæ institutum fuit, vt ad portas vrbis, & per vias consulares, ab vrbe Roma vndique in quascunque vrbes, Romanorumque prouincias ducentes, rhedæ essent, quas indigentes declarato pretio, in promptu, & paratas haberent. † Inde rhedæ meritoria, id est mercenaria, quas cuique danti mercedem habere licuit.
- 11 *Mulis nō equis ad uehicula veteres vsi.*  
12 *Rheda meritoria.*  
13 *Effedum.*  
14 *Belgica vel molli, melius feret Effeda collo.*
- 13 Effedo † Galli præsertim olim vsi sunt apud Belgas Gallia ciuitatem reperto, inde Effeda Belgica. † Virgil. iij. Georgico.

Fuit  
nus r  
datum  
aliqui  
Per  
ruor t  
Lati. a  
dinem  
autem  
prefer  
bratur  
agitata  
16 Pile  
næ cast  
v. ab V  
mitena  
tus grat  
ludos q  
17 Cifi  
item qu  
erant i  
nocturn  
Cifi per  
ad saxa  
ibi se occ  
ad vrber  
18 Carp  
res prim  
men fac  
Macedo  
19 rum vsu

Fuit autem Effledum vehiculum breue, birrotum, minus rheda, deferendo celeriter homine vno accommo- datum. Cicer. Trebatio, in Britannia agenti. Effledum aliquod rapias suadeo, & ad nos quāprimū recurras.

15 Petoritum † vehiculum quoq; Gallicum fuit, qua- *Petoritum.*  
tuor tamen rotarum: quod Varro in libro de lingua Lati. ab Hispanis introductum refert, & in consuetu- dinem, suo & Ciceronis tempore primū venisse. Erat autem eius formæ qua nostra ætate principum Italiae præsertim mulieres vehuntur, compactum ita, & li- bratum vt confidentes in puluinis in ære suspendi agitatæ videantur.

16 Pilentum † matronarum vehiculū fuit, quo matro- *Pilentum.*  
nz castæ ferebātur: quas postea basternas dixere. Liui. *Basterna.*  
v. ab Urb. condi. *Cum matronæ pro corona aurea Apollini mitenda, quam vouerat Camillus, aurum dedissent: senatus gratitudine vsus matronis concessit, vt Pilito ad sacra ludosq; carpentis festo profestoq; traherentur.*

17 Cesium † verò vehiculum erat binarum rotarū. d. l. *Cesium.*  
item quæritur. quo utebantur Romani, cum celeriter erant iter confecturi. Cicer. pro Roscio. *Decem horis nocturnis (inquit) sex & quinquaginta millia passuum Cesium peruolauit. & Philip. ij. Cum hora diei ferè decima, ad saxa rubra venisset, delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans, perpotauit ad vesperam. Inde Ciso celeriter ad urbem aduectus, domum venit capite inuoluto.*

18 Carpentum † quoque carri genus est, in quo mulie- *Carpentum.*  
res primū apud Romanos gestabantur: postea ta- men factum, vt ex Liui in j. ab urb. & in ij. de bello Macedonico didiscimus, vt bello etiam carpento- rum vsus esset. † Planè carpentum non à carro, vt

quidam putant deductum est, sed à Carmente Euandri matre, quasi carmentum. Vnde in j. Fast. Ouid.

*Nam prius Ausonias matres Carpentæ uehebant,  
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.*

- 20 Arcirma, inquit Sextus Pompeius genus est plaustrum modici, quo homo gestari possit. † Denique Octophorum cuius ad Quintum fratrem meminit Cicer. vehiculum octo rotarum fuit, quo maximè Calligulam usum Tranqui. refert. *Interdum, ait, adeo segniter & delicatè, incescit, ut Octophoro ueheretur, atque appropinquant in urbem, verri sibi vias & conspergi, propter puluerem exigeret.* Erant † & vehicula sacra, quæ ut Afconius tradit Thensæ vocabantur. His deorum simulachra portabantur. Cur autem sic dicerentur, Augusti. in ij. de ciuitate Dei tractat. Afconius sic dictas putat, quòd ante eas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere, qui eas deducunt. Quem satis iuuerit locus ille Virgil. in ij. Aeneid. de equo ligneo.

Thense cur  
sic dictæ.

*Funemq̄ manu contingere gaudent.*

Sic hodie vocari possunt, inquit Bud. gestatoria quibus Eucharistia & sanctorum reliquiæ, in supplicationibus circumferuntur. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

*De pœna & usura, quid inter hanc & illam intersit, & cur usura olim prohibita.*

- 1 Pœna verbum latissimè patet.
- 2 Usura quantitati tantum adiicitur.
- 3 Usura debetur sine mora.
- 4 Momento eodem morosus non obligatur.
- 5 Noua consideratio.

*Enuclea*

- 6 Eucleata l. in illa.  
 7 Fura car prohibita.  
 8 Nova ratio.  
 9 Ex nihilo nihil gignitur.  
 10 Misensorum proverbium.  
 11 Harpyia monstra teterrima.  
 12 Phineus Rex Archadia.  
 13 Fenerator fure improbius.  
 14 Lex Christi.  
 15 Charitas primum Dei mandatum.

## CAP. XXI.



- 1 **L**ATISSIME patet verbum pœnæ: nam & pro culpa quandoque accipitur. l. fi. ff. de fideiuf. & generatim acceptum, quâlibet coërcionem noxiæq; vindictam significat. l. aliud est fraus. ff. de verb. signi. §. fina. de lega. in Instit. quamobrem & tunc vsuram comprehendit. l. qui sine. ff. de nego. gest. & vsura quandoque pœna dicitur. l. lecta. ff. de reb. cred. Sic & multa, verbo pœnæ intelligitur. l. tutor qui repertorium. §. idem solent. ff. de adm. tuto. & id quod interest pœna vocatur. l. fi. ff. de eo quod cert. loc. l. nouissima. ff. iudic. sol. Quin & condemnationem expensarum imperator pœnam appellauit. Propria autem & peculiari verborum proprietate spectata, aliud est vsura, & aliud pœna. l. grege. §. fin. ff. de pigno. l. non solum. §. j. ff. de liber. lega. Itaq; traduntur à Bar. in l. cum stipulati simus. ff. de ver. ob. t. inter vsurâ & pœnâ, tres notandæ differentiæ. Prior est quia vsura quantitati duntaxat vel ei quod

Verbum pœnæ latissimum.

Vsura quantitati adiungitur.

quantitatis loco est, adiicitur. l. in fideicommissi. §. ff. de usur. Pœna verò etiam facti obligationibus annexitur. l. stipulationes non diuiduntur. §. j. ff. de ver. ob.

Alterâ pœna pro toto tempore apponi solet. l. tractitix. §. de illo. ff. de actio. & obliga. vsura autem distinctis temporibus, veluti in annos, aut menses singulos. d. l. cum stipulatur. Quæ tamē prima frôte contrarium probare videtur in illis verbis: *pro vsuris legitimis pœnam in singulos menses si sors soluta non sit.* nisi defendendo communem sententiam, quæ vera est, dixeris verba illa, *pro vsuris* tollere difficultatem.

3 *Vsura sine mora debetur.* Tertia differentia. † Vsura potest sine mora deberi ex stipulatione. d. l. lecta. in fi. Vsura enim sortis accessio dicitur, quæ non tam propter moram, quam usum datæ mutuo pecuniæ exigitur. l. vsura. ff. de verbo. signifi. Ideoq; Pau. Castren. in l. Iulianus. §. ex vendito. colum. ij. ff. de actio. empt. Quod ( inquit ) dici solet, vsuras non venire nisi à tempore moræ, obtinet, nisi contrarium à partibus agatur: sicuti si dem tibi mutuatam pecuniam, post annum restituendam, ita ut in singulos menses non nihil vsuræ nomine pendas. d. l. lecta. Atqui pœna semper ex mora debetur. l. ita stipulatus. ff. de verbo. obligat.

Hæc tamen differentia, non satis placet Ioan. Imo. in d. l. cum stipulati. nam pœna (vt ille ait) ex solo conditionis euentu deberi potest, vt quando stipulatio à precedenti conditione incipit: veluti si dicam, Si calendis Stichum non dederis, decem dare spondes. Nam ante calendas Sticho mortuo agi non potest, sed expectanda est dies, in quam tota obligatio collata est. l. in

4 illa. ff. de verborum obligatio. † non ergo eo casu, ex mora

mora pœna debebitur, cùm iura horreant quem eo-  
dem momento obligari, & in mora constitui. l. pro-  
missor. §. j. ff. de constit. pœ. l. quod dicimus. ff. de sol.  
§. fina. de inutil. stipula.

Eodem mo-  
mento quis  
non obliga-  
tur, & in  
mora consti-  
tuitur.

Alexand. tentans huic rationi Imolenf. satisfacere,  
dicit in illa non appellare prædictam dispositionē pœ-  
nalem: nam Stichus solùm erat in conditione, & sic  
conditionalis non pœnalis, cùm pœnalis requirat præ-  
cedētē dispositionem, cui sit accessoria. Verùm hæc  
dissolutio bona non est, quandoquidem negari non  
possit, quin ea decem promissa si Stichus calendis non  
daretur, sint adiecta in pœnam negligentiae promif-  
soris, atque ideò pœnalis sit stipulatio. l. ita stipulatus.  
§. sed si ita. alleg. Quo tex. etiam constat, satis esse sti-  
pulationem pœnalem, habere conditionalem disposi-  
tionem, cui ut principali considerata, accessoria sit, ex  
qua etiã cōditionali dispositione, tacita pura resultat.

5 Aliter igitur dicendum existimo, † ad huius diffe-  
6 rentiæ defensionem, † nō obstare l. in illa. in qua aduer-  
sus Imol. constanter profiteor, statim mortuo Sticho  
reum ante diei euentum, constitutū in mora: cùm cer-  
tum fuerit eum soluere non potuisse. l. quod te. ff. de  
reb. cre. Licet ante diem agi nequeat, propterea quòd  
tota petitionis virtus in diem collata sit: idque apertè  
lul. Paul. suis verbis in d. l. in illa. significat. Hinc facile  
patet responsum, ad illud quod Imo. inducebat, absur-  
dum scilicet esse, eo momento quem in mora consti-  
tuit, quo obligatur. Nam in mora constituitur, confe-  
ssim Sticho mortuo, efficaciter tamen obligatus non  
est, ita ut agi possit, ante conditionis euentum.

Nova confi-  
deratio.  
Declarata  
l. in illa.

Posteaquam autem in vsuras incidimus rationem

7 hic scribere placet, †quare vsuræ in mutuo prohibite  
*Vsura cur prohibita.* sint. & Bal. in l. ij. §. creditum. ff. de reb. credit. eam esse  
 putauit, quòd cum pecuniæ mutuatæ dominium in  
 accipientem transeat, vsus à dominio non distingui-  
 tur: is enim qui utitur dominus est, quare simpliciter  
 pro vsu, aut re ipsa non dicitur præstari, sed pro tem-  
 pore, quo debitor re propria utitur. Gloss. in can. ij.  
 xiiij. q. j. Qua ratione idem Bald. in l. si nauis. ff. de rei  
 vendic. tradit, in locatione & similibus contractibus,  
 pentionem rei, iure accipi, cum recipiat quis pro re sua,  
 pensionemq; præstet qui utitur re aliena. Mihi hæc ra-  
 tio longè nimium petita, acuta & subtilis magis quam  
 vera videtur: quamobrè alia ratio prohibitionis vsu-  
 rarum inquirenda est.

8 *Nova ratio.* Ego eam esse puto, †ne homines qui in necessitate  
 constituti, pecunias à fœneratoribus sub quacunque le-  
 ge accipiebant, vsura multiplici omnia arrodente, ob-  
 ruerentur, tandemq; ad summâ rerû inopiâ redigeren-  
 tur. Cum enim vsura fortis sit accessio, propter pecu-  
 niæ mutuo datæ vsu plerunq; exacta, euenire sapè  
 veteres videbant, vt cum non nisi egentes sub fœnore  
 pecunias mutuo acciperent, cogerenturq; hi etiam eo  
 tempore, quo nullos rerû suarû fructus perceperant,  
 præter sortè grauem aliquâ accessionè præstare, mi-  
 seri & infelices ad extremâ paupertatè deducerentur.

Ideò Plutarch. in eo libello cui titulus est, *Quòd non  
 oporteat fœnerari*, vniuersam fœnerandi ratione dānat,  
 quòd nondû natos fructus deuoret, quòd contra natu-  
 ræ regulam sit, qua edocemur: † Ex nihilo nihil gigni-  
 tur. *Ex nihilo ni bil gignitur* quandoquidem apud fœneratores ex eo quod nõ est,  
 neq; vnquã fuit, vsura generatur. Dantes item (inquit)  
 conf

confestim repetunt, & ponentes tollunt, ex eoq; foenerant, quod antea pro vorfura extorferunt. Et vt est apud Misenios in prouerbium.

10 † *Est pylus ante pylum, sequitur pylus altera tandem.*

Miseniorum  
diuerbium.

Ita & foeneratoribus dici potest.

*Vsuram fugat vsura, vsura altera restat.*

Improbata quoq; foenerandi ratio, quod paupertati vnicum eius solatium, nempe animi securitatem auferret: quod qui accipiunt sub vsuris vorfuram ex vorfura facientes, nunquam se extricant, quod similes Phineus rex Arcadiae qui liberis nouercam superinduxit: eosq; nouercae intinctu excacauit: quam obrem irati Dij, ei oculos sustulerunt, & Harpyias (quibus nec tristius monstrum, vt ille dicebat, nec peffis sauior vlla,) immiserunt, quae illi diu victum deuorarent. † M. Catho lib. de re rusti. j. maiores notrosita in legibus posuisse refert, furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli: quanto peiorem ciuem putarint foeneratorem quam furem, hunc licet existimari.

Harpyie  
monstrate  
terrime.

14 Hodie † lege Christi, vsura omnino prohibita est:

† neque enim charitati, (quae tamen inter mandata Dei praecellit,) quoquo pacto conuenit, mutuum in lucri certitudinem vertere. Ideoq; Christus Optum. Maxim. noluit, ex mutuo quicquam sperari.

*Ioannes Corasius, I. P. D. Tolosa.*

*De argumento ab Etymologia, & Allusione  
vocabuli, praeter alios, quaedam annotata.*

1 Etymologia, & Allusio diuersa.



- 2 Alludere propriè quid
- 3 Argumentum ab Allusione.
- 4 Diffinitio allusioni repugnans.
- 5 Augustus, cur sic dictus.
- 6 Pontifex.
- 7 Augustum.
- 8 Pons Sublicius.
- 9 Pontifex Maximus.
- 10 Accursiactator.
- 11 Communis vsus loquendi.

## C. A. P. XXII.

- 1 **E**TYMOLOGIA confundunt interpretes nostri, & pro eodem omnes ferè ponunt, † Etymologiam, & Allusionem: cum tamen inter se longè lateq; distent. Nam Etymologia Latine Cic. veriloquium interpretatur. quã in quest. Acade. popularius exponens, *Verborum etiam* (inquit) *explicator probabatur, id est qua de causa quæq; essent ita nominata, quam Etymologia dicunt.* A quo Bal. in c. j. §. si quis de manso. col. fi. de cõtro. inuest. in Feud. non dissentiens, Etymologiam tradit effivocis resolutionem, in proprium significatum rei, quæ demonstratur.
- 2 *Allusio.* Allusio † verò, ad substantiam rei nullo modo respicit, sed ad vocis tãtum similitudinem refertur. Quamquam si prescius linguæ Latinæ proprietatem inspectare velimus, neutrum significet allusio. Nam propriè & significanter, alludere dicimur, cum vnum proloquimur, aliò latenter sententiam referentes: vt cum Aeneæ ludos narrans Virgil. Iusit ad Augusti victoriam, qua contra Antonium potitus erat, in-  
quiens:

*Allusio*

17  
 Acta  
 Quan  
 liceat, in  
 ff. de acqu  
 conclusur  
 quenter v  
 lari, quasi  
 Tabernã,  
 bernã. ff.  
 illo tit. Pe  
 dum posi  
 bonorum  
 Plane  
 habilis ex  
 tus mana  
 Nam apu  
 dendi, du  
 minificitu  
 mensio  
 ratiõ dicit  
 ratiõ dicit  
 Graeca sic  
 causam de  
 Quatu  
 bone sum  
 mus si all  
 pellata. ff.  
 est, quasi  
 tamen no  
 cui videlic  
 detestam.

*Atq; illiacis, celebramus littora ludis.*

Quando † autem ab allusione argumētum ducere liceat, inextricabiliter ab interpretibus nostris in l. j. ff. de acqui. poss. & alibi sæpè disputatum est tandemq; conclusum argumentationem bonam esse, cū & ea frequenter vrantur Iurisc. vt cū dixerunt Mutuum appellari, quasi de meo tuū. l. ij. §. appellata. ff. de reb. credit. Tabernā, quòd tabulis claudatur, & conficiatur. l. tabernæ. ff. de ver. sig. Tugurium, à tegēdo. l. tugurium. illo tit. Possessionem, à pedum, aut, vt alij malunt, à sedum positione. l. j. ff. de acqui. pos. Bona, à beando. l. bonorum. ff. de verb. signifi. & cætera id genus.

Argumenta-  
ri an ab Al-  
lusione li-  
ceat. "

Planè vt & Zazius ipse admonet, allusio ea tantū probabilis existimanda est, quæ à latinis, doctisq; hominibus manat: nec varia est, vt allusio furti. l. j. ff. de furt. Nam apud barbaros, & ignaros, nullus est finis alludendi, dum quisq; pro suo captu, nouas allusiones comminiscitur: quæ effugiendæ sunt, vt periculosissimi ~~in hisce opali~~, veluti cū Doctores nostri Syndicum ~~hæc dicitur putant, quod singula dicat, nullus liquidem~~ ~~hoc in dno inepta est & ridicula. cum syndicus dicitur~~ Græca sit, aduocatum vt patronum in communem causam defendendam missum, significans.

Syndicus.

Quatuor casus scriptores proferunt, quibus ab allusione sumptum argumentum, consistere negant. † Primus si allusioni repugnat diffinitio. Bart. in l. ij. §. appellata. ff. de reb. credi. vt in testamento, quod dictum est, quasi testatio mentis. §. j. de testam. in Instit. & tamen non omnis mentis testatio, testamentum est, cui videlicet non conuenit diffinitio scripta in l. j. ff. de testam. Similiter tutor, dicitur à tuendo, & tamen

Testamen-  
tum.

Tutor.

non

non omnis qui tuctur, nisi eidem tutoris diffinitio cōpetat, tutor dici debet. Hinc Bart. in l. omnes populi col. xix. ff. de iust. & iu. docet, proprietatē vocabuli, ex altero trium desumendam, diffinitione, autoritate, vel allusione, si tamen diffinitio non contradicat. Alioquin diffinitioni standum, & ab allusione recedendum.

Alter casus, si argumentum sumatur affirmatiuē differentię rationem acutam adferunt Fulgo. & Saly. hic. Cuma. in l. j. ff. de acqui. posses. quia si argueretur affirmatiuē, esset arguere de specie, ad genus, quā argumentatio bona non est. Quōd si negatiuē arguamus, necessariō concludit: quia remoto genere, remouetur quaelibet eius species. Solus Panorm. in ca. j. col. xiiij. de iud. mouet difficultatem. † nam & ab augendo

5  
Augustus  
eur sic di-  
ctus.

6  
Pontifex. Accurs. in proce. ff. & Instit. † Sic Pontifex dicitur, quōd pontem faciat, hoc est vitam aliis ostendat, exemplo vitæ & doctrinæ. c. inter. de offic. ord. ~~et dicitur~~  
~~in iurisconsultis, nihil~~  
vt Papa, ei per omnia obediendum. Anch. in c. j. de consti. in vj.

Cæterum idem Doctor respondet, argumentū tunc sumi ex etymologia seu ex allusione vocabuli, quando nomē imponitur, seu sumitur ex essentiali natura sua. Quōd si ex eo tantum quod desideratur, seu rationaliter debet esse in nominato, non procedit argumentum: vt dicitur Augustus, quia Imperator debet esse eius propositi, vt Imperium augeat: & Pontifex, quōd aliis pontem vitæ & doctrinæ facere debeat: quod si non

non faciunt, peccant. Ex hoc tamen neq; Papa ipse, Pontifex, neq; Imperator, Augustus, vocari desinit.

Verum hac in re lectorem advertentem cupio: delirus nanq; mihi videtur eorum error, & ridiculus, qui Augustum ab augendo dictum credunt, quoniam non ab augendo, sic vocatur, sed quia facer, & maiestatis plenus. Tranquill. in Augusto *Postea C. Caesaris*, inquit, & deinde Augusti nomen assumpsit alterum testamento maioris avunculi, alterum Minacii Planci sententia, cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem Urbis: praevaluisset ut Augustus potius vocaretur: non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine, quod loca quaeq; religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, Augusta dicantur. Vnde & Cic. de natur. Deo. simulachra Deorum maiestatis plena, & similitudinem diuinitatis habentia, Augusta vocat. Cum Deorum, inquit, Augusta, & sancta simulachra veneremur. Sunt & qui ab auguriis, Augusti nomen Octavio prius impositum dicant: † cum Augustum, quod augurio consecratum est, dicatur. Vnde templa Augusta, hoc est augurio condita, dixit Ouid. in j. Fast.

*sancta vocant Augusta patres: Augusta vocantur templa sacerdotum, ritè dicata manu.*

Et Augusta moenia dixit Virg. vij. Aeneid. pro augurio consecratis.

*Centum oratores: Augusta ad moenia regis Ire iubet.*  
Et quoniam non nisi in Augusto loco Senatus haberi poterat, templum Vestae non fuit augurio consecratum, ne illuc conveniret Senatus, ubi erant virgines. priori tamen Allusioni ad stipulari videtur. Egessipus,

*Augustus cur sic nuncupatus.*

*Templa Augusta.*

*Augusta moenia.*

*Templum Vestae.*

pus, v. belli Iudaici Augusti apud Romanos nomen Imperij esse scribens, quod augeat suos, non quod alie nos opprimat.

*Pontifex.* Porro non minus ridiculum est, quod de Pontifice nostrates afferunt, vt ideo sic dicatur, quod pontem, hoc est viam, aliis facere debeat vitæ & doctrinæ, quandoquidem Pontifex olim sacer magistratus erat. Cuius proprium munus fuit religiones, & ceremonias publicas, priuatasq; , sacra, & res diuinas, sanctissime tueri. Qui (vt Varro ait) à ponte dictus est, non quod

8 pontem vitæ & doctrinæ facere deberet: † sed quia  
*Pons Subli-* Sublicius pons, à Pontifice, nempe ab Anco Martio  
*simus.* primùm fieri ceptus est, eiusdemq; curam, Pontificem habere oportebat: nam si collaberetur pons ille sublicius, hoc est ligneus, & nullo ære, aut ferro compactus: cæsa victima, & perfecto sacrificio, (neque enim licebat aliter, ad eò sacrum illum pontem Romani æstimarunt,) Pontificem reficere oportebat. † Fuerunt autem Pontifices maximi, minores, & minimi, quorum munus singulatim non ineleganter tractat Alexandr. ab Alexandr. in dieb. Genial. Inter hos is apud quem summa erat sacrorum potestas, summus Pontifex, maximusq; dictus est: quod à veteribus Romanis sumptum, nostræ quoque ~~hominum~~ ho-

*Pontifex Ma-*  
*simus.*

*Papa.*

†  
*religionis.*

Tertius casus est in nominibus propriis, in quibus argumentum ab allusione non procedit. Alexandr. in d. §. appellata. cum scripserit Iuriconsul. solam nominis similitudinem, ad confirmandam cuiusque originem non sufficere. l. fin. §. non solum. ff. ad municip. Vndelicet quis vocetur Tolosanus, aut bononiensis,

non

non ideo sequitur eum esse Tolosatem, aut Bono-  
 10 niensem. † Quare perperam & nimium fortasse arro-  
 ganter Accursi. in sui nominis allusione ratiocinatur,  
 dum in l. facta. §. si in danda. ff. ad Treb. se appellatum  
 Accursi. iactitat, & sine pudore gloriatur, quòd accur-  
 rat, & succurrat, contra tenebras iuris civilis. Qua in  
 re tamen considera, quia hoc ex vi priorum nomi-  
 num non videtur contingere, sed quia sic argueremus,  
 ab allusione vocabuli affirmatiue, quod fieri non pos-  
 se iam docuimus. Præterea ita non ratiocinamur ab  
 allusione nominis, sed ab ipso nomine.

Accursi. iam  
 Et abundus.

Quartus casus. Cùm allusioni vsus communis lo-  
 quendi repugnat. l. liberorum. l. anniculus. ff. de ver-  
 11 bor. signifi. l. Labeo. ff. de suppel. leg. † Ad quæ illud  
 notandum est, communem vsus loquendi in omni-  
 bus iuris partibus proprio significatui verborum an-  
 teponi, siue proprium illud significatum, ex diffini-  
 tione, siue ex autoritate, siue ex allusione colligatur.  
 d. l. Labeo. & l. liberorum. §. quod tamen Casius. ff. de  
 legat. iij. l. cùm delanionis. §. asinam molendinariam.  
 ff. de fun. instruc. c. ex literis. de sponsa.

Vsus commu-  
 nis loquendi  
 proprio si-  
 gnificatui  
 præfertur.

Ioannes Corasius, Tolosæ.

De intellectu §. æquè, aduersus ceteros  
 omnes.

- 1 Possidenti actio non datur.
- 2 Iudicia duplicia.
- 3 Rem in exceptionibus actor.
- 4 Rem onus probandi suscipit.
- 5 Nonæ declarationes ad §. æquè.
- 6 Præiudicialium actionum natura.

G A P.

1  
Actio nõ da-  
tur posside-  
ti.



Ncorporalibus is solus in rem agere po-  
test, qui non possidet. Nam † ei qui possi-  
det. nulla in rem prodita est actio. *Vno*  
*tamen casu* (inquit Imperatur in §. æquæ.  
de act. in Instit.) *is qui possidet, in rem agere potest: qui*  
*simul & possideat, & actoris vices sustineat: sicut in la-*  
*tioribus digestorum libris, opportunius apparebit.* Quis  
fit iste casus, quem Imperator intelligit, omnes ad  
vnum interpretes, multum se distorquent: quorum  
tamen nullus expositionem adfert, quæ subiectæ ma-  
teriæ conueniat.

2  
Iudicia du-  
plicia.

Accur. imprimis, imperatorem locutum interpre-  
tatur, † de duplicibus iudiciis familiæ erciscundæ, com-  
muni diuidendo, & finium regundorum, sic dictis  
quòd in eis vterq; litigans actor sit, & reus. l. in tribus  
ff. de iud. §. quædam. de act. in Instit. In his quippè ha-  
bet actionem qui possidet, per quam neget rem acto-  
ris esse. in l. j. ff. fam. ercisc. Cui exemplo adstipulatur  
Ias. dicens, sibi persuadere non posse, Imperatorem de  
alio casu intellexisse.

3  
Reus in ex-  
ceptionibus  
Actor.

Alij tamen hoc exemplum & meritò improbant,  
cùm non ad Imper. verba conueniat, qui vnum tan-  
tum casum esse dixit: in illis autem iudiciis tres sunt,  
qui tametsi Ias. contra putet, non vnum efficiunt. Hac  
ratione minus conuenit alterum Accurf. exemplum,  
de qualibet exceptione proponenda: licet prima fonte  
ad eum locum ex eo quadrare videatur, quòd † in ex-  
ceptionibus, actoris partibus reus fungatur. l. j. ff. de  
except. l. in exceptionibus. ff. de proba. & dicat Imper.  
vno illo casu eum qui possidet, non verè actorem esse,  
sed

sed actoris partes obtinere. Verum, ut ante monui, Imperat. verba non ita accipi possunt: quando quidem sic non vnus, sed supra sexcentos casus essent.

Maluerunt igitur Petr. Fab. Aret. Zas. & ceteri communiter, ut eum casum Iustinianus intellexerit, quo possessor in re actione conuentus, sua sponte onus in se probandi suscipit, non ad actorem, quod petitum est, sed ad se pertinere: ea siquidem specie, actoris partes reus proculdubio sustinet. † Reum autem probationis onus, (quod regulariter ei qui dicit, incumbit) ad se transferre posse, notissimum est. Accur. in l. circa. ff. de proba. Sed diuinatorium nimis est hoc exemplum, nulloque modo ab Impera. verba referri potest, qui de casu a se intellecto, factum in Pandectis proprium, & latiore tractatum dicit, cum nullibi id a Iurisconsultis tractatum offendatur.

*Reus suscipit onus probandi.*

5 Cogitabam † ego si altero de duobus modis, præter alios verba Iustiniani tuto interpretari possint. † Primum ut præiudiciales actiones intelligat, quæ in rem sunt. §. præiudiciales. de actionib. in Institut. & extra ordinem aliarum actionum negatiue intenduntur: cum aliis actionibus principaliter intentatis obiiciantur. l. fundum. ff. de except.

*Nota considerationes.*

6 Potest & secundo dici, quod verisimilius videtur, Imperatorem de interdicto vti possidetis sensisse (in quo sustinet vices actoris qui possidet) non autem ad actionem aliquam referendum esse. *Nunquam enim*, inquit Vlpianus. *datur vtroque actio possessori, quippe cum sufficiat ei quod possideat* l. j. §. interdictum autem. ff. vti possidet. Quo text. hic intellectus optime defenditur.

*Interdictio vti possidetis.*

*Ioannes Corasius, Tolosa.*





De seruitutibus altius tollendi, & officiiendi luminibus, Iuriconsultorum responsa secus declarata, quam ab aliis traditum su.

- 1 Naturalis libertas.
- 2 Altius tollendi facultas seruitus est.
- 3 Cælum liberum esse debet.
- 4 Aëre & ventus impediri non debet.
- 5 Frugum fauor.
- 6 Aedificiorum antiquorum modus seruandus.
- 7 Declarata l. cuius.
- 8 Seruitus officiiendi luminibus.
- 9 Mercatorum calliditas.
- 10 Anima mercatoris via suspecta.
- 11 Delira Doctorum sententia.
- 12 Noua declaratio.
- 13 Augusti præscriptum de aedium altitudine.

C A P.

X X I I I I.



ED ENIM quia §. æquè ingressi sumus, non grauabimur amplius de eiusdem intellectu ratiocinari. Animaduertimus autem aliquando factam mentionem illic ab Imperatore, nonnullarum seruitutum, quarum expositionem interpretes nunquam sunt assequuti: inter eas præcipua est, *Altius tollendi*, in qua il

- 1 *Naturalis libertas.* lud doctores cruciat, & mirificè angit, † quòd cum naturalis libertatis iure cuique liceat ædificare, tollereq; altius ædificatum. l. si. in prin. ff. de serui. l. fina. §. pe. ff. quod vi aut clam. nec ad seruitutē ea facultas quoquo pacto pertineat. l. cuius. ff. de ser. vrb. prædi. l. altius. C. de ser. & aqua. † videtur dari non posse altius tollendi seruitut

seruitutem. Quod in scitè quidam admittunt, dicentes *lendi facultatem* *ius seruitus est.*  
 facultatem altius tollendi ius non seruitutem esse. l. j. ff. de ser. vrb. prædi. Sed hic error inexcusabilis est, quo nihil stultius, aut ineptius dici potest, & tamen mirum quàm sibi hac in re autores placeant.

At verò Faber cui reliqui creberrimè subscribunt, ad ius municipale rem totam referri vult: violans ita, & miserè constringens, legislatorum verba, quos de statutis particularibus locorum cogitasse verisimile non est. c. j. de constit. in vj. Alij aliter interpretantur, in eodem tamen luto, omnes mihi hæerere videntur.

Quoniam igitur hæc, & id genus aliæ interpreta-  
 3 tiones, hoc ipsum non explicant, vt genuinam senten-  
 tiam habeas, considerandum est, ¶ eum cuius est solum *Cælum libe-  
 rum.*  
 aut ædificium, liberum cælum habere. l. fi. in princ. al-  
 leg. vnde licet ei supra suum in infinitum imponere. l. cuius. ff. de seruit. vrb. præd. & altius tollere, obscuran-  
 do etiam lumina vicini. l. cum eo. ff. de ser. vrb. prædi.  
 4 præterquam quatuor potissimum casibus. ¶ Primus *Area vêtus  
 impediri nõ  
 debet.*  
 vbi vellet quis ædificare iuxta aream vicini, in qua fru-  
 menta conteruntur, & ab ea parte, ex qua tantummo-  
 do area ventum habere potest. l. fi. §. fi. C. de ser. & aq.  
 5 ¶ Idèq; frugum fauore, & publica vtilitate suadente. l. *Frugum fa-  
 uor.*  
 ij. ff. de nundin.

Alter casus. Vbi qui tolleret altius obscurando lu-  
 mina vicini, nullum sentiret commodum nec enim pro-  
 bat lex eius factum, qui nõ, vt suum agrum meliorè fa-  
 ceret, sed animo nocèdi, vicini ius minuit. l. j. §. deniq;. ff. de aqua plu. arc. Vnde facere opus ad alterius æmu-  
 lationem & inuidiam prohibet. l. opus nouum. ff. de oper. pub. Aggregant plura Moder. in l. ex hoc iure.

Malitiis ho-  
minum ob-  
viam eadē.

ff. de iustit. & iure. malitiis etenim hominum, non est indulgendum, inquit Celsus. l. in fundo. ff. de rei ven.

Tertius casus in hærede, qui omnino vult obscurare ædes legatas, lumen penitus recludendo. l. binas. ff.

6

Forma anti-  
quorum ædi-  
ficiorum ser-  
uanda.

de ser. vrb. † Addo ipse quartum casum cæteris magis necessarium, si excedatur forma, ac status antiquorum ædificiorum, hoc est modus vsitatæ altitudinis. l. qui luminibus. ff. de serui. vrb. & l. j. C. de ædifi. priua. † Et

7

Explicata l.  
eius.

hoc est, vt opinor, quod vult iurisconsultus in d. l. cuius. dum inquit: *Licere in infinitum imponere, ædificium, dummodo inferiora ædificia, non graniore seruitute oneret, quam pati deberet: nec enim pati coguntur ultra veterem ædificiorum modum, eleuari à vicinis ædificia.* Hinc patet singularis declaratio, ad leges omnes, quæ dicunt, liberum esse vnicuique etiam vsque ad cælum supra suum ædificare: hoc enim sic accipiendum est, si vicino non noceat, alioqui non potest quis ædificando, altitudinis vsitatæ modum excedere.

Non igitur de legibus municipij, cum doctoribus quicquam somniabimus: sed dicemus legē ipsam scriptam, coartasse libertatem illam naturalem ædificandi, vt scilicet velit, quemadmodum diximus, vnicuiq; liberum esse ædificare, si tamen formam antiquorum ædificiorum eius loci custodiat. d. l. qui luminibus. Nam ædificare volens vsitatæ altitudinis modum excedere prohibetur. d. l. j. C. de ædifi. priua. Nisi illam facultatem quæserit à vicino, tuncq; ius habebit altius tollendi: quod non libertas, sed vera & propria erit seruitus.

8

Officiendi lu-  
minibus ser-  
uitus.

Hinc quoque vera declaratio colligitur, tad seruitutem officendi luminibus vicini in qua doctores labo

laborant, non facillè valentes huius seruitutis exemplū reperire, nec quo pacto possit quis habere seruitutem, vt luminibus suis officiat, planè vident. Torquet eos præterea quòd ea seruitus constitui non potest, quæ dominanti prædio vtilitatem nō afferat, aut cuius vicini non interfit. l. quoties. ff. de seruit. Atqui domino prædij tantum abest vtile esse, constitui seruitutem, vt luminibus suis officiat, vt maximè sibi noceat.

9 Hoc contrarium veriti doctores, † ad mercatorum calliditatem, vafriciam, & imposturam procurrunt. Potest (inquiunt) interesse domini quia domus mercatoris fortasse erat, quæ ne vitia pannorum viderentur, obscuritate & tenebris, magis quàm lumine egebat. Notantes ita mercatorum calliditatem, fraudem, & malitiam, qui vt subtilius fraudent emptores, deducunt eos in officinas tam opacas, vmbrosas, & obscuras, vt vix venditor inibi emptorem videat, vt non iniuria Bald. in e. cum causam. de test. exclamans dicat: † *quo vadit anima mercatoris?* Qui tamen hoc prætextu se excusant, quòd solis fulgorem prædicunt nocere coloribus.

Mercatorū nequitia.

11 Interest igitur hoc casu maximè mercatoris, ædes suas à præalto vicini ædificio obscurari, luminibusq; suis officij, vt mercium corruptionem tenebris tegens, emptorem subtilius circumueniat, † Cogitant & aliud exemplum non minus ridiculum, de eo qui ædes habet iuxta mōtem aliquè aut terram prominentem, in qua est via publica; per eam etenim trāscentes ædium dominū vident, eaq; sumpta occasione ad eū multi veniunt, quo nomine plura impendere cogitur, quàm facultas rei familiaris fortasse patiat, à forensibus quotidie vexatus.

Anima mercatoris periculosa.

Ridicula de eorum opinio.

Verùm hæ doctorum interpretationes, mera sunt phantasmata, ad quæ nemo vnquam qui alicuius sit iudici, iuriscōsultos attendisse dixerit. Absurdum præterea est. l. j. ff. de ser. vrb. prædi. ita exponere, quæ cùm huius seruitutis meminit, nõ eã ad propria retulit lumina, sed ad lumina vicini, vt illis scilicet officeretur: qua in re Doctores fœdissimè lapsi sunt. Itaq; t̄ cōsiderandum est, eũ qui vult ædificare, debere quemadmodum diximus, veterẽ formã, ac statũ antiquũ ædificiorum obseruare. d. l. qui luminibus. ff. de ser. vr. præ. d. l. j. C. de ædif. priua. Quare si quis velit parietẽ suũ vel in altum, vel in latum cōtra solitam ædificiorũ formã ita extẽdere, vt obscuret ædes vicini, nõ potest nisi hæc seruitus imposititia sit, hoc est cōstituta vel pactionibus, vel testamẽto. Quibus modis si mihi ædificare volẽti, vicinus seruitutẽ imposuerit, (nõ vt altius tollerẽ quàm status antiquus ædificiorũ patiatur, quippè tunc altius tollẽdi seruitus diceretur: ) sed vt fortasse latius protẽderem parietem meũ, luminibus eius etiã officẽdo, dicor tunc habere seruitutem luminibus officẽdi: Quam ita reiectis doctorũ nugis, declarare oportet.

Quæ tamen omnia intelligi volo, nisi status ille antiquus ædificiorũ, principis lege, aut municipij, utilitatis publicæ gratia præscriptus esset. Tũc enim quia pactionibus priuatorum, publicum ius lædi non potest. l. ius publicum. ff. de pact. l. fina. ff. de suis, & legit. nequiret vicinus facultatem altius tollendi, vel latius extendendi ædificium vicino concedere.

Velut t̄ cùm Augustus Cæsar, ne vrbs Roma, magna mole ædificiorum ruinis laboraret, constituit: ne supra septuaginta pedes, sublimius quis ædificaret.

Quod

12  
Nona declaratio.

Seruitus officendi luminibus.

Nona declaratio.

Augusti de altitudine

Quo  
vico  
præf

1 Tign  
2 Tign  
3 Expo  
4 Nou  
5 Imm  
6 Seru  
7 Imm  
8 Proi  
9 Proi  
10 Men  
11 Men  
12 Sug  
13 Prot  
14 Exp

run

1 sur  
aut  
ma  
gna

Quod & Nero Cæsar post incensam urbem, dimensis vicorum ordinibus, & viarum spatiis statuit, ne ultra præscriptum ædificia tollerentur. *ædificiorum præscriptum.*

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*De seruitute tigni immittendi, & proiiciendi, memoranda observatio.*

- 1 *Tignum.*
- 2 *Tigni verbo quid veniat.*
- 3 *Exposita l. xy. tab.*
- 4 *Nonè declarata l. qui res. §. fi.*
- 5 *Immissum & proiectum.*
- 6 *Seruitus tigni immittendi.*
- 7 *Immittere in alienum non licet.*
- 8 *Proicere quid.*
- 9 *Proiectum.*
- 10 *Memiana.*
- 11 *Menius prodigus.*
- 12 *Suggrundia.*
- 13 *Protegenti seruitus.*
- 14 *Expositæ plures leges.*

*C A P. X X V.*



*N* ECDVM à seruitutibus digredimur, succurrit adhuc quidpiam interiorè redolens doctrinam, circa præsertim immittendi, & proiiciendi seruitutes: in quarum expositione, scriptores bonarum rerù ignari, absurda, quædã seuerunt, quæ prudentius siluissent. † Est autem tignum, ( vt de prioribus, prius agamus, ) ligni materia ex qua aptè disposita, domus extruitur. Et tigna trabes propriè sunt, quæ compacta ædificium fa-

*Tignum.*

ciunt, a tegendo dicta, quod iis summitas domus contegatur. l. j. §. j. ff. de tig. iniuncto.

<sup>2</sup> Quo factum est, vt latiore interpretatione Juris-  
*Tigni appel*  
*latioe quid*  
*veniat.*  
 consulti, verbo Tigni, genus omne materiae intellexe-  
 rint, ex qua aedificia constant. l. tigni. ff. ad exhib. l. ti-  
 gni. ff. de verb. sign. adeo vt tegulae, lapides, cementa,  
 calx, arena, caeteraq; si qua sunt aedificiis vtilia, vineif-  
 que necessaria, tigni appellatione contineantur. d. l. j.  
 §. j. ff. de tig. iniuncto.

<sup>3</sup> Haec intelligere necessum est, si percipere volu-  
*Exposita*  
*verba l. xij.*  
*tab.*  
 mus, verba legis xij. tabularum quae Festo Pomp. refe-  
 rente haec erant. † *Tignum iunctum adibus vineaue ven-*  
*dicato, nec soluto.* Huius legis Iul. Pau. meminit, eam  
 eleganter exponens in l. qui res. §. fi. in fin. ff. de solutio.

<sup>4</sup> Denique, inquit, *lex xij. tabularum tignum adibus iniun-*  
*ctum, vendicari posse sciscit: sed interim id solui. prohibuit,*  
*pretiumq; eius dari voluit.* Opt. text. in l. adeo. §. cum  
 quis. ff. de acqui. re. do.

Non ignorandum praeterea, (vt vtramq; nunc ser-  
 uitudinem amplectamur) quid sit immittere, & † quid  
 immisum, a proiecto differat, quod ex Labeonis sen-  
 tentia venustissime Priscus Labolenus interpretatur.  
*Proiectum.* in l. malum. §. j. ff. de verb. sig. vt Proiectum sit, quod  
 ita extra parietem protenditur, vt nusquam conque-  
 scat: qualia meniana sunt, & suggrundia. Immisum  
*Immisum.* autem, quod ita extra murum proicitur, vt in aliquo  
 loco quiescat, veluti cum tigna, aut trabes immit-  
 tuntur, † inde seruitus tigni immitendi nomen sum-  
 psit. Nam quando tigna aut trabes extra parietem  
 meum prominentes, in pariete vicini confident, & re-  
 quiescunt, habere dicor seruitutem immitendi tigna  
 in

7 in parietem vicini, si tamen hoc nominatim concessum sit. † Nam iure meo in vicini ædes nihil immittere possum: in suo enim unicuique; hæcenus licet, quatenus nihil in alienum immitit. l. sicuti. §. Aristo. ff. si ser. ven. l. quemadmodum. §. j. ff. ad leg. aquil.

*Immittere non licet in alieno.*

8 His proiectis † maximè vtuntur Itali, Ex quibus constat errare toto cælo Doctores, existimantes in seruitutum tractatu, *Proiicere* idem esse, quòd in terrâ coniiicere: vt accipitur in l. si seruus seruum. §. si quis

*Proiicere.*

9 oliuam. ff. ad l. aquil. proiiciendi seruitutē † ideo peruersè accipientes, cum alicui ius est, aquam, vel fimum, in ædes, aut locū vicini, ex ædibus suis proiicere. Quæ interpretatio ridicula est, non conueniens ædificiis, de quibus Iurisconsul. & Imp. in hac seruitute loquuntur. l. si quando. ff. si ser. vend.

*Meniana.*

10 Meniana † porrò à mœnibus dicta putat, sed perperam Accur. cum à Menio potius Romano quodam, (Asconio Pædiano & aliis doctis viris testantibus,)

*Menius prodigium.*

11 nuncupata sint. Is autem † Menius, cum vniuersam substantiam concoxisset, & dissipasset, domum reliquam habēs, quæ ad forum spectabat, illam quoque vendidit Cathoni & Flacco censoribus, vt ibi inædificaretur Basilica. At columnam vnā excepit, ex qua tigna & tectum proiiceret: vnde ipse ac posteri, gladiatorii munus, quod tum in foro dabatur, spectare possent. Quò factum est, vt exporrecta quæcunq; ædificia, *Meniana* appellarentur. Ea autem, nisi decem pedes liberi æris habeant, omnimodo detruncari præcipit imperator. l. meniana. C. de ædif. priua.

12 Suggrundia † verò proiectæ sunt, & prominentes tecti partes, stillicidio arcendo destinatæ, ne vitentur

*Suggrundia.*



Lugdunen-  
sia tecta.

parietes: qualia ferè sunt (inquit Bud. in l. si verò. ff. de his qui deiecer. vel effud.) Lugdunensia tecta. Si igitur mihi concesseris, proiectum aliquid habeam, aut extensum, supra arcem tuam, aut alium locum, puta podium pensile, menianum, aut suggrundam, proiiciendi seruitutem habeo.

33  
Protegendis  
seruitus.

Nec differt † Protegendis seruitus, (tamen si Accursiani contra putent,) a seruitute proiiciendi. Nam & protecta, & proiecta, idem ferè significant: partes quippè sunt domus prominentes, qualia sunt meniana, & podia pensilia, vnde aspectus est nobis in vicis & plateas, eodem Bud. vbi supra autore. Nec aliud quicquam interesse video, nisi quòd *Protecta* à protegendo dicta, ad tecta propriè pertinent. Est enim protegere idem quod tectum proiicere. Cicer. in Top. Quoniam P. Scauola (inquit) id solum esse ambitus adium dixit, quantum parietis communis tegendi causa tectum prosiceretur. ex quo tecta in eius ades qui protexisset, aqua desueneret id ius tibi videri. Ad quem † sensum exponendæ nobis sunt leges quæ de protectis & projectis loquuntur: veluti l. j. ff. de ser. vr. præd. l. ij. ff. de ser. rust. præd. l. quemadmodum. §. j. ff. ad leg. aquil. l. si duo. §. item videamus. & §. labeo. ff. vti possid. Ioannes Corasius I. V. D. & Regens, in florentissima omnium academia Telesana.

14  
Enarrate  
per multe  
leges.

MISCELLANEORVM IVRIS  
CIVILIS LIBRI TER-  
TII FINIS.

IO  
R  
I  
stor  
ideo  
decl  
1 Culp  
2 Delu  
3 Lata  
4 Culp  
5 Imp  
6 Lata  
7 Zaf  
8 Nou  
9 Culp  
10 Culp  
11 Culp  
12 Lata  
13 Lata  
14 Lata  
15 Com

IOANNIS CO-  
RASII TOLOSATIS  
IVRISCONSULTI,

MISCELLANEO-

RVM IVRIS

CIVILIS,

Liber Quartus.

*In expositione culpæ, & graduum eius, Doctores omnes quotquot scripsere, toto calo errasse: ideo aliter, quàm in hanc diem factum fuerit, declaratum.*

- 1 *Culparum communis divisio.*
- 2 *Dolus, verus, & presumptus quid.*
- 3 *Lata culpa.*
- 4 *Culpa levis.*
- 5 *Improbata doctorum partitio.*
- 6 *Lata culpa, dolum continet.*
- 7 *Zasij, distinctio explosa.*
- 8 *Nota de culpis sententia.*
- 9 *Culpa, dupliciter accipitur.*
- 10 *Culpa, quadrupliciter contrahitur.*
- 11 *Culpa gradus tres duntaxat.*
- 12 *Lata culpa, levis, & leuissima quid, nonè.*
- 13 *Lata culpa, an dolus sit.*
- 14 *Lata culpa & latior idem.*
- 15 *Comparativum, pro positivo.*

CAP.

1  
Culpe species  
quinq.

Latissima.

Lasiior.



ECERVNT. Bart. & alij cōmuniter, in l. quod nerua. ff. de positi, quinque culparum species, latissimam, latiorē, latam, leuem, & leuissimam. Latissimam censentes, eandem cum dolo vero, & ma-

nifesto: & ita machinationem quamcunque, ad alterum circūueniendum, adhibitam. l. j. §. j. ff. de dol. latiorē, verò, dolo præsumpto adscribentes. d. l. quod nerua. vt sit machinatio, ad alterum decipiendum, verisimiliter, & vt dicunt, præsumptiuē adhibita. Quod si quispiā tumultuetur, nullum manifestum dolum esse, sed omnem præsumptū: ex eo quod in animo consistat, cuius solus Deus scrutator est, quique nō nisi ex indicibus, probatur. l. dolum. ff. de do. Respondet Bart. † indicia quædam esse manifesta: hoc est, dolum necessariò inferentia, quæ verum & manifestum dolum arguūt. d. l. dolum. Alia verò, quæ præsumptiuē tantum dolum cōcludunt: ex quibus ideo, præsumptus duntaxat dolum colligitur. l. si procuratorem. §. dolo, & l. dolum. ff. manda. Veluti, cum quis præcepto iudicis non parat. l. non potest dolo. ff. de reg. iur. Aut non soluit, vel restituit, quod potest, & scit, se debere, soluere, aut restituere. l. qui restituere. ff. de rei vend. d. l. dolum. & d. §. dolo. Alex. cōf. c. iij. vol. v. Sanè potest quis, ab hoc dolo præsumpto, mereri excusationem, propter ætatē, aut sexum, puta. Licet à vero dolo, excusatio nulla sit. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. l. j. C. si aduer. delict. l. si decipiendi. ff. ad Velleia. l. vbi exigitur. ff. de eden. l. ij. C. si min. se maio. dix. Item cum

2  
Indicia duplicia.

Doli veri  
& præsumpti  
differen-  
tia.

cūm e  
sentē  
batio  
bat. a  
violē  
si qui  
cit, et  
tia, q  
fessio  
huti, f  
aut p  
mat.  
erret  
nis f  
illici  
celse  
ritia  
quar  
artit  
& fi  
4 sim  
pan  
vel i  
bus  
dici  
dili  
nis.  
& d  
inci  
inci  
tun

cum ex præsumptionibus, damnari nemo debeat. l. absentē. ff. de pœn. & oporteat in negotiis criminū, probationes luce meridiana clariores esse. l. fin. C. de probat. ad cōdēnationē, dolus præsumptus nō sufficit nisi violēta esset præsumptio. l. si hi qui adulterij, & auth. si quis est. C. de adult. † Latam verò culpam, Bart. dicit, esse deuiationem incircumspectam, ab ea diligentia, quam communiter habent homines eiusdem professionis & conditionis. l. lata culpæ. ff. de verb. sig. veluti, si quis ignorare se dicat, quod publicè factum est, aut præconis voce proclamatum. c. cum in tua. Qui mat. accus. poss. Aut si Doctor, Medicus, vel Artifex, errer circa ea, quæ communiter alij eiusdem conditionis sciunt: hæc enim Imperitia, culpæ adscribitur. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. præsid. l. si quis fundum. §. cellus, & l. item quæritur. §. si gemma. ff. locat. l. imperitia. ff. de reg. iur. §. imperitia. ad l. Aquil. in institut. quamuis si erreretur. in eo, quod excellentes duntaxat artifices sciunt: non lata, inquit Bar, sed leuis culpa fit. & si in eo quod excellētissimi tantū intelligunt, leuissima. l. j. §. j. ff. si mens. fals. mod. † leuem porrò culpam, Bart. tripliciter considerat: vel in rebus alienis, vel in rebus communibus, incidenter, vel in communibus ex conuentione. In rebus alienis, deuiationem esse dicit incircumspectam, ab ea diligentia, quam adhibent diligentes homines, eiusdem conditionis, & professionis. l. si putator. ff. ad l. aquil. l. in rebus. ff. de iur. dot. & d. l. j. §. j. ff. si mens. fals. mod. In rebus communibus incidenter, Bar. leuem culpam dicit, esse deuiacionem incircumspectam, ab ea diligentia, quam ipse deuians, tunc temporis in rebus propriis adhibet. l. hæredes. §.

Lata culpa.

Leuis culpa.

non

*Leuissima.*

non tantum. ff. familiae erciscundae. l. si constante. §. si maritus. ff. soluto matrimonio. In rebus autem communibus ex conuentione, deuiationem incircumspectam esse scribit, ab ea diligētia, quam ipse deuians, in rebus suis cum contrahebat, vel ante contractum, solebat exhibere. l. socius socio. ff. pro soc. §. si. de societa. in instit. Postremò, leuissimam culpam finiens, Barto. incircumspectam deuiationem esse dicit ab ea diligētia, quam habent homines diligentes, & diligentissimi: eiusdem conditionis, & professionis. l. in rebus. in prin. ff. commoda. l. j. §. is quoq;. ff. de actio. & oblig. §. item is cui. quibus mod. re contra. oblig. in inst.

5

*Species non  
constituuntur  
per plus  
& minus.*

Hæc à Bart. † & ab aliis creberrimè tradita sunt, quæ mihi non vsquequa; vera vidētur, neq; enim imprimis placet, quod dicunt, culpas eiusmodi latissimam, latiore, latam, leuem, & leuissimam, specie differre: siquidem plus, & minus, diuersas species non constituunt. l. si is cui. ff. quemad. seruit. amitt. l. fin. ff. de fund. instru. tametsi qualitate, & quantitate subiecta distinguant. Accurs. in §. præterea. de inutil. stip. deinde defendi non potest, quod Bart. adiicit, dolum manifestum, cum latissima culpa, idem esse: cum dolum verus, non nisi ex proposito committatur, culpa autem, per imprudentiam semper. nam, vt doctissimi Grammaticorum, censuerunt, culpa eius est qui insciens alterum læsit. Quocirca Donatus in Hecyra Terentiana, super eum Sofratæ locum,

*Non mea opera, neque pol culpa euēnit.*

*Opera.* Culpam ab Opera, ita differre dicit, vt opera sit, si  
*Culpa.* scientes læserimus: culpa, & nescientes: quorum alterum sceleris est, alterum stultitiæ: neque vllus in iure

textus

textus reperietur, qui non omnem culpam, à dolo manifesto seiungat segregandumq; alterum, ab altero, vel ipsa nominum diuersitas ostendit. l. si idem. C. de codicill. nec magis eisdem rationibus, ferendum est, quod Bart. adnectit, latiore culpam, dolum esse præsumptum. Et quoniam culpa latissima, dolum verum, & latior, præsumptum, contineret, culpa, in abstracto considerata, & dolum, & quamcunque speciem culpæ, comprehenderet: atque ita genus esset, & dolus species contra diffinitionem doli scriptam. l. j. §. j. ff. de dol. in qua, nullum prorsus de culpa verbum: cum tamen eius (si vera essent, quæ Bartol. cæteri que hac in re docent, ) meminisse oporteret Iuriconsultum: quandoquidem certum est, rectam diffinitionem, genere & propriis differentiis, quibus ab aliis speciebus, diffinitum separatur, constare debere.

- 6 Obtrudit † nobis aliud Bart. grauiore animaduersione dignum. Latam culpam, nec verum, nec præsumptum dolum habere: aduersus sexcentas leges, quæ dicunt, sub lata culpa, præsumptam fraudem contineri. l. j. §. hæc actio. ff. si mens. fal. mod. dicta l. quod nerua. ff. depositi. l. impuberibus. §. j. ff. de suspec. tutor. l. mulier. §. sed enim. ff. ad Trebellianum. l. si is cui. §. dolum. ff. vt in possessio. legat. l. j. §. is quoque. ff. de actio. & obligatio. l. j. §. non autem. ff. si quis testam. lib. esse iuss. l. magna. ff. de verbor. significat. Et euidens fit, quia iura dicunt, in deposito (quoniam eius apud quem deponitur, nulla versatur utilitas) solum dolum præstari. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. l. eum qui. §. is autem. ff. de fur. & l. contra

Lata culpa  
fraudem continet.

contractus. ff. de reg. iur. non etiam culpam, id est, de-  
fidiam & negligentiam. §. præterea. quib. mod. re con-  
tra. oblig. nisi ea magna sit, hoc est, lata, quæ sicut do-  
lus, in depositum venit. d. l. quod nerua, & l. j. ff. de posit.  
quemadmodum in præcario legimus, in quo licet an-  
notatum sit, dolum solum præstari: Venuleius tamen  
scripsit, culpam, dolo proximam contineri. l. quæsi-  
tum. §. illud tamen. ff. de præcario.

7 Vdalric. † Zasius, Jurisconsul. grauissimus, totam  
Zasij opin. hanc culparum materiam, aliter tractat. Culpam,  
in duas duntaxat species diuidens, in latam, & leuem  
tametsi non improbet, leuem, & leuissimam, distin-  
ctis nominibus vsurpare dum non ad speciem referen-  
tur. Latam, duplicem facit: Ignauix, quæ à dolo abest:  
Ignauia & versutia cul- & versutix, quæ dolo est proxima. d. l. quod ner-  
pa. ua. l. mulier. §. sed enim. ff. ad Trebellianum. & l. si con-  
stante. §. si maritus. ff. soluto matrimonio. Culpam  
Culpa igna- ignauix esse dicit, quæ supinam, & crassam negli-  
uia. gentiam, refert, quam ignaui & socordes homi-  
nes, in tractandis negotiis adhibent. l. nec supina, &  
l. Regula. §. sed facti. ff. de iuris, & facti ignorantia. l.  
lata culpæ. ff. de verborum significatione nec dicas  
ex Bartol. eiusmodi desidiam, fatuis, & mente ca-  
ptis conuenire: nam cum de culpis tractamus, in-  
quit Zasius consequens est, nos de eo hominum ge-  
nere loqui, in quos rationem, licet crassam haben-  
tes, qualitas culpæ cadere potest: furiosos autem, &  
fatuos, vt pote rationis expertes, à culpa seclusos  
esse, neminem clam esse puto. l. diuus. ff. de officio  
præsidis. l. sed & si quemcunque. §. j. ff. ad leg. aquil.  
l. finali. ff. de administratione tutorum. clementina j.  
de hom

de homicid. Culpam verò versutiæ, eorum Zasius ef- *Versutiæ culpa.*  
 se dicit, qui cùm in rebus suis, providi sint, & dili-  
 gentes, alienas tamen res, affectata quadam negligenti-  
 a, & improuidentia, malignè, vel negligunt, vel dis-  
 simulant. l. si fideiussor, in princip. ff. mandat. Verùm  
 nec hæc Zalsij traditio, arridere potest, vt latam *Zalsij sententia improba-  
 ta.*  
 primis culpam, in duo genera distinguamus. cum hoc  
 nec lege, nec ratione probetur. Et leges de lata culpa,  
 in singulari numero, vbique verba faciant. Denique  
 quoniam, vt diximus, culpa, qua de agimus, ab impru-  
 dente, non etiam à sciente committitur, quamuis la-  
 ta. l. lata culpæ. ff. de verbor. significat. vt meritò ex-  
 plodenda sit culpa illa versutiæ: quam comminisci-  
 tur Zasius, quæ propriè dolus dici debet. l. ea quæ. §.  
 finali. ff. de contrahen. emptione. Sed & tota eius di-  
 stinctio, commentitia est, cùm nusquam culpam,  
 sub his nominibus, Ignaviæ, & versutiæ legamus.

- 8 Explicaturus igitur, † hunc culparum tractatum *Nova de cul-  
 pis opinio.*  
 aliter omnino, quam aliquis doctorum, hætenus fe-  
 9 cerit, consydero † culpam, dupliciter accipi, in genere *Culpa du-  
 & in specie, nec est nouum, in iure nostro, eiusdem pliciter con-  
 verbi, & generalem, & specialem esse significationē: siderata.*  
 vt, de adoptione legimus, l. ij. ff. de adoptio. de legiti-  
 ma hæreditate, l. iij. §. de illo. ff. pro soc. l. lege. ff. de  
 verborum significat. & de pecunia, creditoque, l. ij. §.  
 finali. & l. singularia, ff. de reb. cred. l. talis scriptura.  
 ff. de legat. j. culpa, in genere considerata, delictum  
 includit, & quodcunque factum illicitum. lege si ser-  
 uum. §. j. ff. de verborum obligatio. de qua hic loqui  
 propositum non est. Deinde in specie, vt à dolo vero  
 separata est. Et de hac agimus, quam sic finire, soli-



*Culpa finis.* tus sum. ut sit, *Imprudencia qua homines, circa res alienas, vel negligunt, quod fieri oportet: vel faciunt, quod omitti debet.* Dico cum primis (*Imprudencia*) quia si quid ex his fieret, a sciente, prudenteque factum illud, doli nomen assumere, lege prima. §. j. ff. de dol. nec posset dici culpa, quam inscientibus, & improvidi duntaxat contrahunt. Significante etiam id Plauto, in Epidico, ubi Periphanem Atheniensem, ad Epidicum seruum, sic loqui refert.

*Orote Epidice,*

*Mihi ut ignoscas, si quid imprudens, culpa peccavi mea.*

*At ob eam nunc rem, liber esto.*

Dico (*circa res alienas,*) quod in rerum propriarum administratione, culpa proprie non consideratur. l. etiam. §. primo. ff. solut. matr. Et quoniam, ut Donat. grammaticus ait, culpa eius est, qui insciens alium læsit.

Dico (*vel negligunt, quod fieri oportet.*) Quoniam plerumque culpa, in delicta, & negligentia consistit. l. socius socio. ff. pro soc. l. si ut certo. §. nunc videndum. ff. commoda. §. fin. de societa.

Dico (*vel faciunt, quod omitti debet.*) propterea, quod culpa, non in delicta modo, & negligentia, sed etiam in facto, quandoque versetur. l. si putator. ff. ad legem Aquil. l. si fideiussor. ff. mandat.

*Culpa contrahitur quadrupliciter.* Potest autem culpam, † quis contrahere quadrupliciter. Et imprimis, immiscendo se rei, ad se non pertinenti. l. culpa est. ff. de regul. iur. l. non est sine cod. titu. in vj. veluti, qui rei illicitæ, operam dat, legem  
nam

nam Iustus. ff. ad l. Aquil. C. continebatur de homicid.  
 Aut si quis, Iuris peritum se profiteatur, & ob id,  
 ad iudicis officium delectus, per imprudentiam, male  
 iudicauerit. poenam nanque sustinebit, inquantum  
 de ea re, æquum religioni iudicantis, visum fuerit.  
 l. ij. ff. quod quisq; iur. l. fin. ff. de var. & extraord.  
 cog. Idē in medico. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. præ-  
 sid. Chirurgi, Pharmacopola, l. qua actione. §. fina.  
 cum l. sequi. ff. ad legem Aquil. c. tua nos. de homicid.  
 & quocunque artifice. l. si quis fundum. §. celsus, & l.  
 item queritur. §. si gemma. ff. locat. & hoc est, quod  
 passim auribus nostris occinitur: Imperitiam culpæ  
 annumerandam. lege imperitia. ff. de regul. iur. §.  
 imperitia, ad legem Aquil. in institutu. Rursus contra-  
 hit culpam, qui non adhibet eam diligentiam, in re-  
 bus alienis, fidei suæ commissis, quam in proprijs,  
 lege si vt certo. paragraph. quod verò. ff. commoda.  
 dicta. l. quod nerua, ff. deposit. l. tutor. ij. §. primo. ff.  
 de administrat. tutor. Deinde, qui quod à diligente,  
 provideri poterat, non prouidit, lege si putator. ff. ad  
 legem Aquil. l. si merces. §. qui columnam. ff. locat.  
 Et ita, qui aliud agit, ab eo, quod prudentes eius-  
 dem conditionis homines, agere solent. Veluti, qui  
 in flumen, aut mare, tempestatis tempore, aut sine  
 gubernatore, nauem immittit, lege item queritur.  
 §. si magister. ff. locat. quiq; ægrotans, medicum  
 non adhibuit, lege qui occidit. §. fina. ff. ad legem A-  
 quil. l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ædil. edict.  
 Item Colonus, qui opera rustica, suo tempore non  
 facit, lege si merces, paragraph. conductor, digestis  
 locat. Denique contrahit culpam, qui quod ignorat,

temerè confirmat, & asseuerat: licet bona fide, & per imprudentiam. l. Iulianus. §. quid tamen. ff. de actione empt.

11 Gradus culpæ ( non dico species ) tres ipse † facio: leuissimam, leuem, & latam quarum omnium aestimatio arbitrio iudicis committitur. l. semper. §. culpam. ff. quod vi, aut clam. quem ante omnia aestimare diligenter oportet, qualitatem, & conditionem personæ de qua agitur. l. eius. §. fin. ff. de op. liberto. Leuissimam † ( cuius Vlp. ad Sabinum meminuit. l. in lege ij. ff. ad l. Aquil. ) is mea sententia contrahit, qui exactissimam non præstat diligentiam: hoc est, eam, quam prudentissimus, & diligentissimus paterfamilias, supra communem hominum naturam, suis rebus adhibet. l. j. §. is quoque. j. ff. de action. & obligat. veluti, in commodato, debet namque commodatarius, perfectissimam diligentiam custodiendæ rei præstare: adeò, ut non sufficiat ei, tantam commodatæ rei adhibuisse, quantam suis rebus adhibet, si modo alius diligentior, custodire potuerit. l. in rebus, in prin. ff. commoda. §. item is cui, quib. mod. re cont. oblig. & d. §. is quoque.

*Leuissima culpa.*

12 Quocirca omnes culpæ, etiam leuissimæ, comodatarium reddere rationem oportet. l. custodiam. ff. de pericul. & commod. rei vend. cum enim ob eius gratiam duntaxat contractus initus sit, debuit diligentissimus esse, ne beneficium commodanti damnosum fiat. l. si seruus. §. iustissimè. ff. de furt. Hæc etiam culpa, in iudicium legis Aquiliæ, venit. d. l. in lege, veluti, si defendendi mei causa, lapidem in aduersarium misero, & non cum, sed prætereuntem occidero, lege Aquilia tenebor, l. scientiam. §. penultimo. ff. ad legem

*Commodatarius quædo teneatur.*

gem Aquiliam.

Leuem culpam committit, qui non præstat ex- *Leuis culpa.*  
 ctam illam diligentiam, quam prudens paterfamiliâs  
 in rebus suis secundum communem hominum natu-  
 ram, adhibere solet. l. hæredes. §. non tantum. ff. famil.  
 ercis. l. cū res. §. culpa. ff. de legat. j. & l. ea igitur. ff. de  
 pignor. actio. & l. mulier. §. sed enim. ff. ad Trebellia.  
 Et hæc præstat in contractu emptionis. l. si vt cer-  
 to. §. nunc videndum. ff. commod. talis quippe custo-  
 dia (si nihil appareat conuenisse) desideratur à vendi-  
 tore, qualem bonus paterfamiliâs, suis rebus exhibe-  
 ret. l. quod sæpè. §. si res vendita, ff. de contrahenda  
 emptio. Idem in locatione, pignore, societate, tutela,  
 negotio gesto, mandato, & omnibus contractibus,  
 qui in vtriusque gratiam celebrantur, dicimus: vt re-  
 gulare sit, non solum latam culpam, sed etiam leuem  
 venire. d. §. nunc videndum, & l. contractus. ff. de re-  
 gulis iur. Præterquam certis casibus, quos doctores, in  
 locis communibus attingunt. Ad hæc obseruavi, le-  
 gillatores solere, cum culpam simpliciter exprimunt,  
 de leui intelligere. l. j. §. lata. ff. si mens. fals. mod. Ac-  
 cur. in lege si filiofa. §. maritum. ff. solut. matrimo. &  
 in l. in venditione. §. de tempore. ff. de bon. autho. iud.  
 possid. nisi forte, aliud suadeat subiecta materia. lege  
 imperitia. ff. de regul. iur. §. imperitia, de l. Aquilia in  
 instit.

Latam verò culpam, cum Vlpiano, & Paulo iurif- *Lata culpa.*  
 consul. celeberrimis, finio, vt sit *magna*, & *nimia ne-*  
*gligentia*, per quam ignoramus quod omnes intelligunt,  
 l. cedere diem, & l. latæ culpæ. ff. de verbor. significat.  
 vnde & appellata sæpè hæc culpa, in iure, *magna ne-*

gligentia. l. j. §. is quoque ij. ff. de actio. & obligat. l. magna. ff. de verbo. signific. *summa, dissoluta, aut culpa grauiori.* l. regula. §. j. ff. de iur. & fact. ignor. l. si fideiusfor. ff. mandati, & l. homo liber. ff. de acqu. re. do. veluti, si quod loco, & edicto publico, proscriptum est, ignorem. l. sed & si pupillus. §. j. ff. de instito. actio. aut quiduis aliud, quod ceteri omnes sciant, d. l. regula. §. j. Accurs. in l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. pulchre Roman. consil. lix. col. ij. aut, si vulnerato seruo, medicum non adhibeam, vel malum, imperitumq; existimatum, subministrem. l. qui occidit. §. fin. ff. ad legem Aquil. & l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de edil. edic. Hanc late culpe finitionem, Accurs. ubiq; probat. Sed presertim, in §. preterea, quib. mod. re contr. oblig. Petrus vero, Bart. & ceteri omnes, in dicta lege quod nerua, fructis in eam technis pluribus, non sequuntur, vt & ipsi aliquid, quod iuriconsultum lateret, scire iudicentur. que mihi propositum non est, scrupulosius hic excutere, quod presertim, ex superioribus satis conuellantur.

13  
Lata culpa  
dolos est.

Hanc porro latam culpam, dixerunt passim iuriconsul. dolo proximam esse, aut propè fraudem accedere, atque ideo dolo comparari. l. vbi. ff. de edend. l. j. §. j. ff. si mens. fals. mod. l. impuberibus. §. j. ff. de susp. tuto. l. mul. er. §. sed enim. ff. ad Trebel. l. is cui. §. dolum. ff. vt in poss. legato. l. j. §. non autem. ff. si quis test. lib. esse iuss. Aliquando verò dixerunt absolute, dolum esse. d. lege, quod nerua, & l. magna, ff. de verbo. signifi. non quod dolus proprie sit, (longè enim vt probauimus, abest à vero dolo. l. magistratus, ff. de administrat. rer. ad ciuit. pert. & dicta lex impuberibus,

ribus, §. j.) Sed præsumptus, tanta quippè est negligencia, tamq̃ dissoluta, & immoderata, vt ea inexcusabilis sit, & propè fraudem accedens, dolo ferè semper comparata, in præsumpti doli crimen cadere dicatur. l. j. §. is quoque. ff. de action. & obligation. Et ita cum Celsus ait, *Latiorem culpam dolum esse*: de dolo præsumpto agit. dicta lege, quod nerua. Cum verò iureconsulti, latam culpam, dolo comparari dicunt, aut dolo proximam esse. dicta l. vbi, dicta l. mulier, dicta l. is cui, cum sexcentis similibus, Dolum præsumptum, in casibus quibus loquuntur, dolo vero comparant: vt exemplo veri doli præsumptus puniatur. Accurf. l. si fideiussor. ff. mandat.

- 14 Cur autem † latioris culpæ nomine, Celsus latam intelligat. d. l. quod nerua, vt & illic Accurf. re-  
 15 ctò: tametsi cæteri repugnent, interpretatus est: Rationem eam esse puto, qua Comparatiuum, † pro Positio, vt Grammatici dicunt, concinnè non vno in loco ponitur, lege minus, lege verbum amplius, & lege si à testipulatus, ff. de verb. signific. c. consilium, de celeb. missa. c. auaritiæ, de elect. in vj. vt apud Vergil. 1. Aeneidos.

Compara-  
tino pro posi-  
tino.

*Atque illum tales, iactantem pectore curas,  
 Tristior, & lachrymis, oculos suffusa nitentes,  
 Alloquitur Venus.*

Stat illic *Tristior*, comparatiuum pro positio. Quando enim tristis est Venus, vt tristior nunc dici possit: nec dubium igitur quin ex verisimili loquentis mente dictio *latior*, vim comparationis amittat.

Propositio, inquit Quintilianus, comparatio vulgò utimur, ut si quis infirmiore se dicat. Nec præterea, absurdum videri debet, latioris culpæ verbo, latam intelligi. cum & grauiorem eam, simili comparatio vsus, Modestinus quandoque dixerit, lege homo liber, ff. de acquiren. rer. dom. Obiicies, culpam latiore a lata, ob id diuersam censerem, quod illam certum sit, in depositum venire, quia dolus est, dicta l. quod nerua latam autem culpam, non præstet Depositarius: sed de solo dolo teneatur. l. si vt certo. §. nunc videndum, ff. de commoda. l. cum quis. §. is autem, ff. de furt. in qua sententia est Ioann. Igneus præses Rhotomagen. dignissimus, & grauissimus author, in l. contractus, ff. de regulis iuris. Quæ tamen bona tanti præsidis venia, vera non videtur. cum & in deposito, præter dolum, lata culpa veniat. l. j. C. deposit. Nec obstat, quod utique dicat legislator in deposito solum dolum venire, l. contractus, ff. de regulis iuris. Nam immoderata hæc negligentia, quam latam culpam dicemus, tam dissoluta est, & grauis, sicut paulò antè posui, ut ea in fraudis suspicionem veniat, atque ideo dolo, à lege comparata, cadat in doli crimen. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Lata culpa, quibus casibus dolo non comparetur: & plures leges, aliter quam à vulgo explicatæ.*

- 1 *Lata culpa, quando dolo comparetur.*
- 2 *Res mali exempli.*
- 3 *Amatoria pocula.*
- 4 *Lucretia phyltro perit.*

- 5 *Areopagita.*
- 6 *Commentariensis, latam culpam contrahit.*
- 7 *Opera si detur rei illicita.*
- 8 *Infamia, an lata culpa irrogetur.*
- 9 *Expositus §. suspectus.*
- 10 *Fama & vitæ causa, quando comparetur.*
- 11 *In licem an iuretur ob latam culpam.*
- 12 *Restitutio an concedatur aduersus culpam latam.*
- 13 *Mala fides, lata culpa non contrahitur.*
- 14 *Error iuris, an inducat malam fidem.*
- 15 *Error iuris, in usucapione, non prodest.*

CAP. II.



**R**OSTE A QVAM docuimus, latam culpam, in doli crimen incidere, † doloq; Lata culpa quando dolo comparetur. comparari: Annotandi quoque hij casus veniunt, quibus receptum est, aliam esse doli, aliam latæ culpæ causam. Et solet cum primis dici, in negotiis criminum, quibus de pœna corporali tractatur, non comparari dolo, latam culpam. In lege, ff. ad legem Cornel. de sicar. nec tantum vbi de pœna mortis agitur, sed etiam, si vel minima pœna corporalis, infligenda veniat. Accurf. in l. in actionibus, ff. de in lit. iur. neque enim delinquent, vt corporaliter puniantur, nisi, qui dolo malo faciunt, lege cum autem. §. excipitur. ff. de ædil. edict. l. iij. §. non tantum. ff. de incend. rui. & naufrag. licet respectu pœne pecuniariæ, lata culpa sufficiat. l. j. §. nõ autem. ff. si quis test. lib. esse iuss. l. qui ædes. ff. de incend. Bal. in l. j. ff. de legib. & in l. quicumque. C. de ser. fug. vnde statutum plectens homicidam, pœna pecuniaria, eum quoque comprehendit, qui ex lata culpa hominem



occidit. Bal. in l. data opera. C. qui accus. non pos. citif-  
dem poenae pecuniariae respectu, leuissima etiam cul-  
pa, quandoque praestanda est. l. in lege ij. & l. scientia,  
§. pen. ff. ad l. Aquil.

- 2 Verum hic casus perpetuus non est. tñam si resfo-  
ret mali exempli, etiam in crimine capitali, propter  
latam culpam, afficeretur, quis summo supplicio, ve-  
luti, si dedisset aliquis poculum amatorium, ex quo  
homo, vel mulier periisset, lege si quis aliquid, §. qui  
abortionis, ff. de poen. Sunt enim haec veneficia, &  
phyltra, admodum periculosa. vt quibus mors, aut  
furoris morbus, persape contrahatur. Ouid. 2. de  
arte.

Res mali  
exempli.

Amatorio  
poculum.

*Phyltra nocent animis, vim q̄ furoris habent.*

- 4 Horum nanque haustu, t Tit. Lucretius, vir ingenio  
summo, & in scribendis carminibus maxime exerci-  
tato, dilucidis interuallis, sensum, mentemq; amisit:  
tantoque eum furore percitum fuisse, assumpto ama-  
torio poculo, (quem Lucilia vxor decepta, & virum  
suum nimis amans subministrauerat, vt propria ma-  
nu, quemadmodum Eusebius, & Crinitus referunt,  
seipsum interemerit. Lucius Lucullus quoque vir  
Romanus clarissimus furore correptus, & tandem  
interemptus est. Cum enim Calisthenes eius libertus,  
quo magis ab illo amaretur, amatoriu poculu ei pro-  
pinasset, tantum a rationis vsu abfuisse, Cornel.  
nepos, & Plutarch. referunt, vt vel eo viuente, omnis  
eius cura, rei que familiaris tutela, M. Lucullo fra-  
tri permissa fuerit. Legimus porro mulierem quan-  
dam, quae amatorio poculo, hominem occiderat,  
t ab Areopagitis ( qui iudices erant Athenis, de cau-  
sis

Lucullus fu-  
rore corre-  
ptus.

Areopagite

sis

sis capitalibus, noctu pronuntiantes) absolutam: quia amoris causa, hoc commiserat. Nos verò, quia rem illiusmodi perniciosi exempli esse intelligimus, præbentem poculum, morte, nec iniuria plecteremus. d. §. qui abortionis.

- 6 Commentariensis quoque, si in carceris custodia, latam culpam contrahat, perinde punietur, atque si dolose. Idenque ea pœna plectetur, qua obnoxius erat, qui fugit, lege milites, ff. de custod. reor. lege ad commentariensem. C. illo tit. Cùm autem custos carceris, & arcis, æquiparentur: Baldus in lege ex diui, C. locati, sapienter Oldrad. consilio xcij. respondit, eum, qui custodiam arcis, ab hostibus tuendam suscepit, reum esse mortis, si magna eius negligentia factum sit, vt arcem hostes occupauerint. Cuius rei magno nostro malo, præsens, & in manu exemplum habemus, de vrbe Bononia, quam nimia certè imprudentia, is cui custodiam inuictissimus rex noster Franciscus, concesserat, Anglorum dedit. Sanè in re militari, quod imprudenter factum est, continuo, grauiusque puniri debet, lege omne delictum, paragraph. qui in acie, ff. de re militar. licet res benè cesserit, lege tertia, paragraph. in bello. ff. eodem, multò magis igitur, si successus infelix fuerit, turpissimumque est in bello dicere, non putaram.

Carcerum  
custos.

Bononia ab  
Anglis ca-  
pta.

Medicorum  
imperitia.

In medico quoque, ex cuius inexcusabili imperitia, ægrotus perit, latam culpam dolo comparari, creditum est, vt similiter pœna mortis, affici debeat. Florentia. l. idem iuris, §. fina. ff. ad l. Aquil. Quod tamen si nulla

nulla lege perspicuè probari sciam, nec vsu seruetur hæc sententia: vtile tamen esset Reipublicæ, quia res est mali exempli, impostorum, & imperitorum medicorum ignorantiam, hac seueritate compescere, d. §. qui abortionis.

7 Postremò, vbi daretur opera rei illicitæ, in criminalibus, culpa æquipararetur dolo. l. quoniam multa, C. ad l. Iul. de vi pub. C. cōtinēbatur de homicid. c. fi. eod. tit. in vj. vnde si Titium percutiam, cū te offendere putarem, nihilominus teneor. l. eum qui, §. si iniuria, ff. de iniur. Bart. l. respiciendum, §. delinquent, ff. de pœn. nec obstat, quod si venando, telum inferam immissum, hominem interficiat, non teneatur mittens. d. §. delinquent. nam hoc ideo, quia opera datur rei non prohibitæ, nempe venationi ferarum. l. vnica, C. de venat. ferar. lib. xj. Qua etiã ratione, edixisse Vlpianum opinor, vt si quis cum seruum suum cedere cupit (quod sanè citra acerbicatem licet: l. j. & ij. ff. de his qui sunt sui. l. vnica, C. de emend. seruo.) liberum ceciderit, in ea causa esse, ne iniuriarum teneatur. l. illud, §. si. ff. de iniur.

8 Alter principalis casus, quo lata culpa, non comparatur dolo, est, in irroganda infamia. §. suspectus de susp. tuto. in inst. Accurs. in l. si mora, ff. sol. matr. & in l. suspectos. C. de susp. tuto. par est quippe, causa vitæ, & famæ. l. iusta, ff. de ma. vindic. atqui mox docuimus, vbi de vita agitur, grauiorem esse doli, quam latæ culpæ rationem. Et hunc casum doctores indubitatum putant, vbi sententia iudicis, irrogaretur infamia. d. §. suspectus. nam si factò, iniuritur illi quoque vt censent, qui duntaxat est in lata culpa. l. liberorum. §. no

§. notatur. ff. de iis qui not. infam. Accurf. d. §. suspectus. magis quippe notat factum, quam sententia. l. palam. §. fin. ff. de rit. nupt. Barto. in d. l. quod nerua. ff. deposit.

At fortasse verior est Fulg. sententia, existimantis, infamiam ex lata culpa, citra discrimen irrogari: siue sit infamia facti, l. liberorum. §. notatur. ff. de iis qui not. infam. siue iuris, hoc est, irrogata per sententiam. nam & depositi suo nomine damnatus, notatur infamia. l. j. §. j. cod. titu. atqui in deposito, ob latam quoque culpam, quis damnatur. l. quod nerua. ff. deposit. l. j. C. illo tit. Et remotus tutela, ob suspicionē, infamis sit: d. §. suspectus, non solum autem ob dolum, verum etiam ob latam culpam, quem, ut suspectum tutela remoueri, certum est. l. impuberibus. §. si non fraus, ff. de susp. tuto.

Fulg. opinio  
defensa.

- 9 Ex his patet non obstare, d. §. suspectus, qui de lata culpa non loquitur, sed culpæ simpliciter meminit. *Declaratum §. suspectus.* Ideo leuem, non item latam, intelligimus. l. contractus. ff. de regulis iur. Accurf. l. si filiosa. §. maritum. ff. solut. matrim. lata autem culpa non excluditur, ob id, quod doli mentio fiat: nam etiam vbi taxatiue lex dolum exprimit, magna illa, & dissoluta negligentia, quam latam culpam appellamus, non secluditur, vt in deposito probatum est: in quo Iurisconsulti, dolum duntaxat præstandum dicunt. l. si vt certo. §. nunc videndum, ff. commoda. l. eum qui. §. is autem. ff. de furt. & d. l. contractus, & tamen in eo, latam quoque culpam venire, iam docuimus. d. l. quod nerua, & d. l. j. C. deposit. Idemque in precario. l. quæsitum. §. eum quoque. ff. de precario.

Explo

*Distinctio  
communis  
resutata.*

Explodenda est præterea vulgaris illa, & affectata doctorum differentia, inter infamiam iuris, quæ iudicis sententia, & facti, quæ sola hominum opinione, contrahitur: vt hanc, non illam, irroget lata culpa: inurit nanque plus ignominia, & magis inficit, sententia iudicis, quàm imaginata quædam hominum opinio. Quare, si diuersitas aliqua, inter huiusmodi infamias constituenda esset, econtrario potius foret dicendum, latam culpam, irrogare infamiam: quæ ex iudicis sententia insurgit: non item eam, quæ ex vulgi opinione inuritur: habent siquidem interdum facta, excusationem, cum tamen pro veritate, rem iudicatam accipi certum sit. l.ingenium. ff. de stat. hom.

*Factum an  
magis notet*

Quod autem Bart. ex l. palam, §. quæ in adulterio. ff. de rit. nupt. addit, factum magis notare, quàm consilium, & iudicis sententiam obtinet, vbi sententia, manifesto facto, & veritati contradicit: vt, cum deprehensum in adulterio, iudex absoluit. d. §. quæ in adulterio. Neque enim potest veritatem immutare, iudicis sententia. l. Iulianus. ff. de condict. indeb. l. assumptio. ff. ad municipal. † Denique quod dici solet, causam vitam, & fame comparari. l. iusta. ff. de ma. vindic.

10

*Fame & vi  
re causa  
quando æ  
quis paritur.*

vbi est eadem ratio, aut speciali libertatis fauore, procedit. l. iste quidem. §. fina. ff. quod met. causi. & d. l. iusta. Alioqui secus: veluti in pœnis, quippè certum est, grauiorem multò, & atrociorē vitam pœnam, quàm existimationis. l. capitalium, ad princ. ff. de pœn.

*Non accipi-  
tio.*

Placuit tamen, hac in re aliquando liberius spatium: nouamque attentare sententiam. Ex lata culpa, videlicet, nullam, neque facti, neque iuris infamiam

miam irrogari. lege iij. §. fina. ff. de susp. tuto. vbi, qui ob segnitiam, rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam (quæ verba satis latam culpam includunt) remotus est, non fit famosus. Etenim quælibet causa fatua, etiam iniusta, & temeraria, excusat à dolo. Accurf. lege prima. §. fina. ff. de abig. Accurf. & Angel. in lege plagij. C. ad legem Flau. de plag. propter quem dolum, irrogatur infamia, lege tertia. §. nunc videamus, & §. verus, ff. de susp. tutor. Cæterum super hac re, amplius deliberandum reor.

¶ Tertius casus, quo lata culpa + dolo non compa- *Iuramentum in litem.*  
ratur, est in delatione iuramenti in litem, lege arbitrio. §. j. ff. de dolo, & lege in actionibus, vbi Accurf. & cæteri. ff. de in lit. iur. Requirit nanque lex dolum, vt in litem iuretur. d. lege in actionibus, & ita delictum, cum dolus crimen lit. l. j. §. nunc tractemus. ff. de tutel. & ratio. distrahen. Præterea in iuramento in litem, tractatur de pœna inferenda reo. Etenim, vt puniatur rei contumacia, statatur assertioni actoris, iureiurando rem, de qua litigatur, æstimantis. Atqui in pœnalibus, lex dolum exprimens, culpam non comprehendit, licet ciuilitè agatur. lege prima in princ. iuncto. §. si quis ideo, ff. ne vis si. ei. l. secunda. paragraph. hac actione is demum, & §. si publicanus. ff. vi bono. rapto. Accurf. in lege magna, ff. de verbor. significat.

Verùm hac in re quoq; Fulgosum sequi probabilius est, & subtilius, & verius, existimantē, sicut ob dolum, ita etiam ob latam culpam, in litem iurari. l. ij. C. de in lit. iur. Et quia in deposito, contra non restituentem *Fulg. opinio in litem.*

stituentem, iuratur in litem, propter fidem ruptam, l. j. §. in depositi, & l. ei apud quem, ff. depositi: quæ consideratur, non tantum ex dolo, verumetiam ex lata culpa, quæ idcirco in deposito præstanda est d. lege quod nerua, ff. depositi, & l. j. C. illo titulo. Deinde, quia propter moram, iuratur in litem: d. l. in actionibus, quæ tamen culpa, nedum dolo contrahitur, lege quod te, ff. de reb. credit. Denique licet scimus in penis, quia tamen de pœna pecuniaria duntaxat agimus, lata culpa sine dubio dolum representat, l. j. §. non autem, ff. si quis test. lib. esse iuss. Et dispositio dolum puniens, latam culpam comprehendit. l. qui ædes, ff. de incend. Bald. l. data opera, col. ij. C. qui accus. non poss. Nec nos mouere debent iura, quæ dicunt, ob solum dolum in litem iurari. dicta lege arbitrio, & d. lege in actionibus: nam respondeo, non ideo latam culpam excludi, quod pluribus euicimus, supra, quam, vt à nobis, in præsentia sit recensendum.

*Culpa verbo  
nō venit  
lata.*

Nec item dixeris Martianum, in d. lege in actionibus culpam excludere: nam, vt persæpè docuimus, id de leui accipiendum est, non de lata. quæ, verbo culpæ, simpliciter non continetur. lege contractus, ff. de regulis iuris. Accursius in lege si filiofamil. §. maritum, ff. soluto matrimonio, & in lege in venditione, ff. de bon. author. iud. possiden. Sed nec in d. l. j. §. si quis ideo, ff. ne vis si. ei. de lata culpa agitur: sed potius de leui, dum tradit, non videri in dolo, quantum ad pœnam eius edicti, de dolo malo loquentis, qui rem sibi obnoxiam, aut suam putauit, cum non ignoraret ille, quod omnes intelligebant, sed quod

quod ipse scire debebat. l. quisquis. C. de rescinden.  
 venditio. Similiter non erat lata culpa, in d. l. ij. §. hac  
 actione: cum quis rem propriam rapuit, illic enim po-  
 terat considerari duntaxat iuris error, in eo, qui scire  
 debebat, rem ab altero possessam, non vi rapiendam,  
 sed per iudicem repetendam. l. extat. ff. quod metus  
 causa. l. iij. C. de pigno. l. si quis intantam. C. unde vi.  
 Iuris autem errorem, nunquam adscripsi, nec in æter-  
 num adscribam, latæ culpæ. Præterquam, in iis qui ex  
 naturæ, aut qualitate suscepti muneris, iuris peritos  
 se profitentur: quod infra capitu. xvij. huius libri per-  
 spicuum facio.

¶ Quartus casus, quo dolo non comparatur lata cul-  
 pa, est, inquit Bartolus d. l. quod nerua, in restitutione  
 in integrum petenda: quæ licet non postuletur aduer-  
 sus verum dolum, cum dolus delictum sit. l. prima. §.  
 nunc tractemus. ff. de tutel. & ratio. dista. Et in deli-  
 ctis minoribus, non subueniatur. l. si ex causa. §. nunc  
 videndum. ff. de minorib. Petitur tamen, aduersus la-  
 tam culpam. l. prima. C. si aduersus delict. Quod ego  
 satis probabile puto, lata nanque culpa, dolus est: non  
 verus, sed præsumptus. d. l. quod nerua. & l. magna. ff.  
 de verborum significatio. Aduersus autem dolum  
 præsumptum, minor restituitur. dicta l. si ex causa. §.  
 si in commissum. & l. minor etiam. ff. de minor. Ac-  
 cursi. & alij l. vbi exigitur. ff. de edendo. Si tamen do-  
 lus ille præsumptus, sit de præterito, secus si in futu-  
 rum. d. l. auxilium. §. primo. ff. de minor. Bartol. pul-  
 chre in l. prima. §. nuntiatio. ff. de noui operis nuntia.  
 idque vt præsciendatur, occasio delinquendi. l. conue-  
 nire. ff. de pact. dot. Qua ratione constitutum quoque

Restitutio  
in integrum



legimus, dolum de præterito, non item de futuro remitti posse. l. si vnus. §. illud. ff. de pact.

13 *Malam fidē an lata culpa inducat.* † Quintum casum annotat idem Bartolus in dicta l. quod nerua, de mala fide, quam non inducit lata culpa, sicut dolus, l. sed & si. §. quod ait Senatus, iuncto §. scire. ff. de petitione hæreditatis. Qui textus, de errore iuris, nō etiam de lata culpa, vt mea fert opinio, loquitur. Iuris autem ignorantiam, latæ culpæ non annumerandam, reliquis licet reclamantibus, non semel admonui. infraque hoc eodem libro, capit. xvij. latius pertracto nisi in Iudicibus, Doctoribus, & aliis, qui iuris scientiam, & peritiam, profitentur. l. secunda. §. Seruius. ff. de origine iuris. cæteri nanque licet in culpa sint, quod non peritiores consuluerint. l. tertia. §. fina. ff. quis ordo in bono. possel. serue. Eam tamen culpam, non debemus dicere latam, sed leuem, non enim ignoratur, quod reliqui omnes intelligunt: sed non adhibetur, exacta illa diligentia, quam prudentes homines, in rebus suis exhibere solent.

14 *Error iuris malam fidē inducit.* † Amplius videtur, errorē iuris, inducere malam fidem. l. si fur. §. primo. ff. de vsucapionibus. contra d. §. scire. Sed, inquit Accursi. quem cæteri sequuti sunt, in d. §. primo. illud obtinet, circa vsucapionem, respectu cuius, qui errat in iure, malæ fidei possessor intelligitur. d. §. primo. respectu verò fructuum perceptorum, vt scilicet ad restitutionem eorum, non teneatur, qui ius ignorat, habetur pro bonæ fidei possessore. d. l. sed & si. §. scire. ff. de petito. hæreditatis. Ex quo Bartolus in dicta l. quod nerua, Sextum casum, quo, dolo non æquiparatur lata culpa, circa fructuum videlicet, acquisitionem, quam dolus, non item la-

ta culpa impedit. d. l. si fur. §. primo. ff. de vsucapionib.

Mihi verò, quæ docent Accursius Bartolus & alij *Nona opi-*  
 hac in re nullatenus placere possunt. Considero enim *nio.*  
 iuris errorem, nec bonam, nec malam fidem indu-  
 cere. Etenim an quis bona fide, vel mala possideat,  
 ad factum pertinet, nec ad ius quoquomodo spectat:  
 totum quippè, ab animo possidentis fluit. l. bonæ fi-  
 dei. §. penultimo. ff. de acquirend. rerum domi. signi-  
 ficat nanque bona fides, purum animum, & rectam *Bona fides.*  
 conscientiam, ab omni fraude, & calliditate seiun-  
 ctam. l. res bona fide, & l. si eum fundum. ff. de con-  
 trahend. emptio. vnde & bonæ fidei is dicitur, qui *Bona fidei.*  
 titulum habet ab eo, quem dominum, vel procu-  
 ratorem putabat. l. bonæ fidei. ff. de verbo. signifi. ta-  
 met si ius errans contraxerit. l. sed & si. §. scire. ff. de  
 petitio. hæreditatis.

Nec me mouerit, Pompon. responsum, in di- *Exposita l.*  
 cta l. si fur. §. primo. illic enim non est iuris error, *si fur. §. j.*  
 qui malam fidem inducit, sed malus, & depraua-  
 tus animus possidentis, qui rem alienam esse, suam-  
 que vsu fieri non posse, existimans: eam nihilomi-  
 nus continuo possidebat. d. l. bonæ fidei. ff. de verbor.  
 significatio.

15 Illud fateor, † iuris errorem, in vsucapionibus *Error iuris*  
 nullo tempore prodesse. l. nunquam. in principio. & *in vsucapio-*  
 dicta l. si fur. §. primo. ff. de vsucapionibus. l. secunda. *nibus non*  
 §. si à pupillo. ij. resp. ff. pro empto. nisi in gene- *prodest.*  
 re, circa ius erraretur. l. si vir. ff. pro donato. licet  
 ignorantia facti indistinctè prosit. l. iuris ignoran-  
 tia. §. j. ff. de iuris & facti ignorantia. l. iusto. §. filius  
 familiæ. ff. de vsucapionib. Quod itaque iuris error,

impediat processum vsucapionis, non est ideo, quod malamfidem inducat, sed quia regulare est, vt in vsucapionibus, non proficit iuris ignorantia.

Et hæc habui, quæ de culpis, duobus his capitibus dicere: quæ paulò verbosius, fortasè quàm instituti nostri ratio patiatur, exequutus sum: sed dilucidè, vt puto, in studiosæ iuuentutis gratiam, cui has qualescunque suppetias, ferre volui. Tu interim candide lector, iis vttere, & fruiere, fœliciter, boniq; & æqui, omnia consule.

Ioannes Corasius, Tolosa.

*Cur inter patrem, & filium, ciuilis non cadat obligatio nouè tractatum, & variæ rationes confutata.*

- 1 Obligatio naturalis.
- 2 Obligatio ciuilis.
- 3 Filiusfa. ex contractu obligatur.
- 4 Executio, quomodo fiat in filiumfa.
- 5 Ciuilis obligatio, cur inter patrem & filium non sit?
- 6 Noua ratio.
- 7 Natura nihil frustra agit.

C A P. III.

I  
Obligatio  
naturalis.



IC taliquando naturalem obligationem finiuius, vt sit naturæ æquitatisq; vinculum, quo astringimur ad aliquid faciendum. L. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. ea siquidem, proprie fluit ex æquitate illa fi dei seruandæ. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solu. cui lex subseruiens, nihil magis congruum humanæ fidei esse dicit

dicit, quàm ea, quæ inter homines placuerunt seruare.  
 2 l. j. ff. de pact. † Ciuilis verò obligatio, iuris ciuilis vinculum est, quo ad aliquid faciendum, quis astringitur, §. j. de oblig. sic dicta, quod eam ciuilis legis ratio, induxerit. Accur. in l. generaliter. C. de non nu. pec. Bar. in l. Iulianus. col. ix. ff. de condi. inde.

Obligatio  
 ciuilis.

3 † Vtraque obligatione, filiusfamiliàs ex contractu teneri potest: & cum eo agi, tanquam cum patrefamiliàs. l. tam ex contractibus. ff. de iudi. l. filiusfa. ij. ff. de actio. & obligatio. † executionem tamen sententiæ, in tempus existentiae sui iuris, differendam censet Accur. in l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. Sed perperam, vt illic Barto. & in l. si dubitetur. §. filiusfa. ff. de fideiuss. docet, fieri nanque poterit executio, durante etiam patria potestate, vel in castrensi peculio. l. ij. ff. ad Maced. vel in profectitio, aut aduentitio peculio, cuius administrationem pater ei concessit. l. quoties. ff. de noxa. actio. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecul. vel si nihil habeat cedere bonis cogetur, si carceres effugere velit. l. j. & l. penul. C. qui bo. ceder. poss.

Executio sè-  
 tentiæ in fi-  
 liosa. an dif-  
 feratur.

Vno porrò casu, filiusfa. ex contractu ciuiliter non obligatur, cum scilicet contrahit cum patre, aut cum fratre, in eiusdem patris potestate constituto: licet natura obligetur. l. frater. ff. de condi. inde. si tamen iusta debendi causa subsit. l. non solum. §. si. ff. de pecul. Sed nec econtra filiosfam., pater ciuiliter teneri potest. d. l. frater à fratre. ff. de condi. indeb.

5 † Cur autem inter patrem & filium, ciuilis non cadat obligatio, Accursi. in §. j. de obligatio. rationem esse dixit, quia iudicium (propter quod obligationes sunt institutæ) inter patrem & filium, esse non

Obligatio  
 cur inter pa-  
 trem & fi-  
 lium nõ sit.

potest. l. lis nulla. ff. de iudic. Alij, quia sibi ipsi nemo obligari potest. l. si quis pro eo. §. item si filius. ff. de fideiussoribus. iure autem ciuili, pater & filius, & in consequens fratres, sub vnius patris potestate constituti, vna persona censentur. l. finali. C. de impub. Quæ ratio in naturali obligatione obtinet, cum iurifgentium sit. l. cum amplius. §. is natura. alleg. quo iure persona patris alia est, à persona filij.

*Ratio Bart.*

Tertij, vt Bartol. rationem esse dixerunt, quod pater in filij personam, & bona, statuendi ius habeat. l. Serui & filij. ff. de furtis. Et à me stipulando nihil agat, quod quis ab alio stipulando, mihi acquirat. l. si seruo. in principio. ff. de vsufruct. l. liber homo. in principio. ff. de verborum obligatio. Alij verò quoniam filius omnino patris est. l. prima. §. per hanc. ff. de rei vindicatio. l. secunda. C. de patr. qui fil. distrah. & rei suæ, nulla sit obligatio. l. si rem alienam. ij. ff. de pignoratitia actio. l. suæ rei. ff. de contrahen. empt. Quas omnes rationes, in l. frater à fratre, non negligerenter confutauimus.

6

*Nova & vera ratio.*

† Ego itaq;, vt & illic scripsi plenius, verã rationem esse puto, quia noluit lex, naturæ imitatrix obligationem producere: quæ nullius planè effectus esset, aut modico tempore duratura. l. qui sic. ff. de solutione. inutiliter autem filium, qui nihil habet, quod non confestim patri quærat, patri obligasset. inanis quippè est obligatio, quàm ægestas debitoris excludit. l. nam is. ff. de dol. tum maxime, quod si quicquam de facto filius inuaderet, posset pater id suo iure apprehendere. l. serui & filij. ff. de furtis. inutiliter quoque patrem filio obligasset, cum patri omnia filius acquir

7 acquirat: ad eò, vt nec momento, apud filium resideat, quod quæritur. l. j. §. j. ff. si quis à parent. l. placet. ff. de acquiren. hæred. † Artem autem ad instar naturæ frustra nihil operari manifestissimi iuris est. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legat. no. ca.

Accedit his, quod vbi non inutilem futuram obligationem, inter patrem & filium lex prospexit, eam non grauatè induxit, vt de castrensi peculio. l. adoptiui. ff. de in ius vocã. l. lis nulla. ff. de iud. Et in aduentitiis hodie. l. iubemus. §. j. C. ad Trebell. Accursi. in d. l. frater à fratre. & in l. si quis pro eo. §. j. ff. de fideius.

Ioannes Corasius, Tolosa.

De edicti, quod quisque iuris æquitate.

- 1 Turpe homini sua lege damnari.
- 2 Licurgi probitas.
- 3 Appianus Claudius, propriam legem euercit.
- 4 Cains Licinius Stolon.
- 5 Cay Liciny luxuries.

CAP. IIII.

- 1 **S**ANCTISSIMA †, & pro foribus Lege sua damnari turpe.  
semper scribenda sententia. Quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse quoque eodem iure vtatur. l. cum in eo. ff. de pactis. l. cum hereditas. ff. de admini. tuto. Nam quid per Deum im mortalem turpius est homini, quàm sua lege damnari, & in aliis reprehendere, quod ille ipse committat? Quod præceptum, & si ad priuatos spectare possit, potissimum tamen ad Principes, & Legumlatores pertinet. cap. iustum. ix. distin. Qui, † Licurgi exemplo, nihil aliis edicere debent, quod nõ ante ipsi seruauerint, Licurgi probitas.

- 3 aut in posterum sint fideliter seruaturi. † Quocirca, nephas fuit Appio Claudio, subuertere legem, quam cum cæteris, ex omni veteri iure, & ex legibus Græcis, in xij. tab. transtulerat. l. ij. §. initium. ff. de origi. iuris.
- 4 † Turpissimū præterea, Caio Licinio Stoloni, qui legem tulit, ne quis agri iugera, amplius quàm quingenta, possideret: cum paulò pòst, propria lege, decem milibus æris dånatus est, quod iugera mille, occupauisset, tamerū callidè, & fraudulentè, partem substantiæ dimidiam, filio emancipasset. Plin. libr. xvij. nat. histor. c. ij. Fœda quoq; tres fuit, cum Caius Licinius, à Præ-tore impetrauit, vt patri suo, bonis quod ea dissiparet interdiceretur: cum non multò pòst, rem omnem per luxum adeò prodegerit, & conturbauerit, vt cum animam egisset, inuentus sit nemo, qui hæreditatem eius agnoscere voluerit. *Ioannes Corasius, Tolosæ.*

*L. si conuenerit. ff. de iurisdic. contra communem sensum, intellecta, dissolutusq; fortissimus obex, qui ei aduersabatur.*

- 1 Renuntiat quis favori suo.
- 2 Conseruatur quid facilius, quàm inducatur.
- 3 Improbatus communis sensus.
- 4 Declarata l. si conuenerit.
- 5 Consensus iudicis non necessarius.
- 6 Explicata nouè l. postquam liti.
- 7 Maiestas Prætoris non contemnenda.

## CAP.

V.

1  
L. Si conuenerit declarata.



PHRICANVS † libro quæstionum septimo, hæc verba scripta reliquit. Si conuenerit, ut alius Prætor, quàm cuius iurisdic. tio esset, ius dicere,

ret,

ret, & priusquam adiretur, mutata voluntas fuerit: proculdubio, nemo compellitur, eiusmodi conventioni stare. l. si conuenerit. ff. de iurisdic. omn. iud. Quibus verbis, aduersatur. l. si quis in conscribendo. C. de pact. vbi si miles, aut alius quiuis, dignitatis pretextu, aut sacerdotij prerogatiuam habens, ne sub ordinario loci conueniatur, pactus sit, ne vteretur fori praescriptione, & ita priuilegio renuntiauerit, dicit Imp. quod cum ex praetoris edicto, omnia pacta, quae neq; contra leges, neq; dolo malo, inita sunt, obseruari debeant: & iuris antiqui regula, sit omnes licentiam habere, his quae pro se introducta sunt, renuntiare: non poterit mutari voluntas, sed qui ita pactus est, conventioni huiusmodi stare compellitur.

2 Tollunt † interpretes communiter ita hoc contrarium, vt in Imp. constitutione, tractetur de conseruanda ordinarij iudicis iurisdictione: quae priuilegio aliquo, declinari poterat. At verò in Africani responso, de tribuenda noua, iudici incompetenti, facilius autem non nihil conseruatus, quam tribuatur de nouo. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui. l. j. §. casu. ff. de pos. eadēq; dissolutioe, submouēt fortissimū tex. c. j. de iu.

Cōseruatio  
facilior quā  
inductio.

3 † Ego verò, praeter alia plura, quae huic sensui opponuntur, implacabiliter obstare video, rationes d. l. si quis in conscribendo, quae pactis quoq; conueniūt, de dāda noua iurisdictione. † idcirco aliter d. l. si conuenerit, intelligendam arbitror: vt scilicet, loquatur, cum ab vtraq; parte, mutata fuit voluntas. Nec dari potest sensus, amicio literæ. Quem priora illa verba, si conuenierit, euidenter confirmant: quae necessario accipi debent, inter vtranque partem l. j. §. conuentionis. ff. de

Sensus ve-  
rus. l. si con-  
uenerit.



paſt. Ne itaq; difformis fiat interpretatio. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & , vt præcedens qualitas , in ſequenti repetita videatur. l. doli verbum. ff. de ſeruo corrupt. quod ſequitur in textu (*mutata voluntas*) ab vtroque, etiam litigatore, intelligendum eſt.

Quod ſemel placuit.

Dubitationem faciebat, quia ab his, quæ ſemel placuerunt, in alterius damnũ, non licet diſcedere quare videbatur, non permittendũ litigatoribus, à prima cõuentione abire in præiudiciũ iudicis, cui cõſenſu partiũ, ius quaſitũ fuit. Decisionis autem ratio eſt, quia nihil tam naturale, lex exiſtimat, quam eodẽ ligamine, quo quid ligatũ eſt, diſſolui. l. nihil. ff. de reg. iur. Et ita, vt à pacto, cõtrario cõſenſu diſcedatur. l. ab emptione. ff. de pact. † Nec eſt hĩc cõſiderabilis perſona iudicis, cuius cõſenſus, vt in proroganda eius iuriſdictione, nõ fuit neceſſarius. l. ij. §. j. ff. de iud. Ita nec in reuocanda. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſtam.

5

6

Liti quomodo renuntietur.

† Quod ad hunc ſenſum (cui pater Dec. ubiq; videtur adſtipulari) difficultatẽ faciat, nõ video: præter illa verba (*priuſquam adiretur*) quæ à cõtrario innuũt, poſtquã prætor aditus eſt, nõ poſſe partes à lite diſcedere: cõtra. l. poſtquã liti. C. de pact. Sed dic breuiter, ex d. l. ſi cõuenerit, ſingularẽ colligi declarationẽ, vt verũ ſit, partes à lite recedere, litiq; poſſe liberẽ renuntiare, ita, vt nec ſub illo, nec ſub alio iudice, deinceps litigetur. nã ſi ita diſcedere cupiãt, vt cõcepta corã adito prætorẽ ea uſſa, corã alio tractaretur, nõ poſſẽt litigatores, ita cõuenire: tũ enim nõ dicũtur proprie, à lite recedere, quæ finẽ nõ accipiunt. Et fieret tũ adito prætori, tĩn quẽ ſemel, & re, & verbo, cõſenſum eſt, iniuria, contemnereturq; eius maietas, & authoritas. l. ſed & ſi in ſeruũ.

§. ſi.

§. ſi. ff.

De

Alb

Alb

Alb

Edicta

Lex Co

iuriſdi



lit. l. l.

vel par

potius

cum n

iis dec

bant. S

Gracia

rum, ni

redegr

ci? cu

† Et h

mz m

bo dec

to cor

† quo

tam d

§. ff. de arbit. Ioannes Corasius, I. V. D. Tolosa.

De Albo prætoris, & edictis perpetuis.

- 1 Album quid.
- 2 Album in municipijs.
- 3 Album prætoris.
- 4 Edicta olim annua.
- 5 Lex Cornelij.
- 6 Iurisdictio perpetua.

C A P. VI.



**ALBUM**, † viri etiam non indocti, parietem quendam dealbatum, esse putauerunt: sed parum rectè, cum actione de albo corrupto, is quoque teneatur, qui album sustulit. l. h. quis id quod, ad fin. ff. de iurisd. murum autem, vel parietem, tolli non posse constat. Tabellam enim potius dealbatam significat: in qua selectorum iudicum nomina, describebantur, ut scirent omnes, qui ex iis decuriis erant, quæ unoquoque tempore iudicabant. Suetonius in Augusto, *splendidum virum*, inquit, *Greciæque provinciæ principem, verum Latini sermonis ignarum, non solum albo iudicum erasit, sed etiam in peregrinitate redegit.* Et Plinius in præfatione. *Quid te iudicem facis? cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo.*

Album.

Album in-  
dicum.

- 2 † Et hoc album decurionum, iudiciumque erat: nec Roma modo, sed in municipiis obseruatum est, ut in albo decurionum, & magistratum nomina, ordine certo conscriberentur. l. j. & ij. ff. de alb. scrib. Habuerunt
- 3 † quoque Prætores, album: hoc est, pyctatiū, seu gypsam dealbatamque; tabellam: in qua, edicta sua proponebant, ut se

Album  
Prætoris.

vt se præmunirent ciues, scirentque, quod ius dicturū  
essent magistratus. l. ij. §. eodem tempore. ff. de orig.  
iur. l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omn. iudic. §. iube-  
mus de litigio. coll. viij. † Erant porrò prætorum edi-  
cta, annua olim, vt ostendit Cicero act. in verrem 3.  
quæ postea lege à Cornelio lata, facta sunt perpetua.  
† Cornelius siquidem, omnē malefaciēdi prætextum,  
sordidis prætoribus, & ambitiosis, præscindere cu-  
piens, constituit, permultis tamen inuitis sicuti Asco-  
nius Pœdia. in orat. pro Cornelio de maiestate scribit:  
vt perpetua essent deinceps prætorū edicta: ex quibus  
posterius etiam prætores, ius dicerent author est Asco.  
Pœdia. in oratio. pro Cornelio de maiestate ea autem  
omnia, quæ perpetuatione digna visa sunt, Saluius Ju-  
lianus, Adriani principis optimi tempore, collegit,  
certaq; serie ordinauit: quem ideo Iustinianus edicti  
perpetui, grauissimum conditorem, & ordinatorem  
nūcupat. l. ij. §. sed quia diuinæ. C. de vet. iur. enucl. pe.  
C. de condi. indeb. † In de edicti perpetui, in iure no-  
stro frequens mentio. §. & primo in præm. fforum. l.  
cum ad eas. C. ad Velleyan. l. ij. C. sent. rescin. non po.  
l. interpositas. C. de transac. l. ij. C. de cond. insert. l. ij.  
ff. de sta. hom. l. edita. C. de edend. Et cum iurisdictionem,  
pro prætoris edicto, non semel iurisconsulti po-  
suerint. l. quamuis. ff. de in ius vocan. l. j. §. an autem. ff.  
de postul. l. postquam. §. Imperator. ff. vt legat. no. cau.  
l. stipulationum alia. §. j. ff. de verbor. oblig. §. alia de  
actio. in inst. perpetuæ iurisdictionis verbo, Vlpian. in  
d. l. si quis id quod, edicta prætorum, ex Cornelij lege  
facta, perpetua intellexit.

Ioannes Corasius, Tolosa.

4  
Edicta an-  
nua.

6  
Edictū per-  
petuum.

Iurisdiclio  
perpetua.

Condictiois nomen, cur actio personalis meruerit? nullamq; olim denuntiationem, necessariam, cum tamen hodie, eam fieri oporteat, nouè, & in omnes, explicatum.

- 1 Actio personalis, appellata condictio.
- 2 Condicere quid.
- 3 Denuntiatio olim, reo conueniendo fiebat.
- 4 Expositus nouè. §. appellamus.
- 5 Admonitio charitativa, hodie necessaria.
- 6 Volo verbi natura.
- 7 Fraternal admonitio.

CAP. VII.



**Q**MNES † in rem actiones, generali verbo, vendicationes appellantur. In personam verò actiones, dicuntur condictio- nes. §. appellamus. de actio. l. rerum amotarum actio. ff. rer. amot. † Hæ autem, sic nuncupatæ sunt, à verbo *condicere*, quod prisca, & antiqua lingua, significat denuntiare. d. §. appellamus etenim, priusquam olim abstractus actione personali, reus posset in ius vocari, denuntiandum erat ei, inquit interpretes, vt solueret. † Quod genus denuntiationis, in actionibus in rem, minimè fuit necessariam. Ias. in l. certi condictio, in princip. ff. de reb. cre. Sed nec hodie, in actione in personam, faciendam esse huiusmodi denuntiationem, putant. Accurs. & cæteri, in l. debitores. C. de pig. Bar. & posteriores in l. quidam Hiberus. ff. de ser. ui. urb. prædi. nisi cum superior, in ius vocandus est. l. ij. vbi Accurs. Bal. & reliqui. C. de obseq. Honestum tamen est, & vrbantum (aiunt) admonitione hac charitatiua

Personalis actio appellata condictio.

Condicere.

Denuntiatio olim reo fiebat.

tatiua debitorem primum interpellare. Ioann. And. Panor. & alij, in c. licet Hely. de Simon.

4  
Nouè declaratus. §. appellamus.

Error Doctorum.

5  
Admonitio. Charitatiua.

Ego ¶ verò, animaduerti, denuntiationē huiusmodi, nullatenus fuisse olim necessariam, & idcirco verū non esse, quod censent, ab ea denuntiatione, actiones personales, conditionū nomē sumpsisse. Nec memoret. §. appellamus, qui alio sensu à condicere verbo, quod denūtiare significat, actiones in personā, conditiones appellatas, tradit: nā vt Theophylus, elegāter, & accuratè, explicat: qui olim cum aliquo litē habebat, denūtiabat ei, vt hoc, aut illo die, ad litigandū adesset. Siue in rem, siue in personā, actionē, intenderet. Hodie verò, quoniā nulla fit à petitore, aduersario, denuntiatione: per abusionē, actio in personā, quam actor intentans dicit, *si apparet, hunc dare oportere*: Conditio dicitur. Quæ interpretatio, ad d. §. appellamus, vt congruentissima, ita verissima, patefecit imprimis, denuntiationem, aliam olim desideratam, quam quæ à Doctoribus intelligatur. Deinde errasse in alio eisdem, existimantes priscis temporibus, conditionis nomen, actioni tantum in personam conuenisse.

Non ¶ item illis consentio, cum putant, charitatiuā illam admonitionem, hodie non esse necessariā: quandoquidem priusquam adeatur iudex, postulari leges velint, aduersarium, cum quo pacta conferantur, & ea tractentur, quæ litis futuræ transigendæ causā, esse possint. l. cum postulassēm. ff. de dam. infect. l. fin. C. de fer. Vnde dicebat Proculus, *Volò, vt cum Hybero loquaris, ne rem illicitam faciat*. l. quidam Hyberus. ff. de seruitut. vrb. prædior. Quæ verba acutè appensa, satis indicant, hoc non voluntatis, & consilij sed necessitatis esse

6 esse. † Verbum nanq; volo, prolatum ab eo, qui potestatem habet disponendi, & imperandi, imponit necessitatem. l. j. in fi. ff. mand. l. j. C. de summa trini. vbi Doct. scriptores in l. serui electione. in prin. ff. de leg. j.

Verbum.  
Volo.

Huc pertinet, quod factum reprehendens Imperator alicuius, qui nulla precedente admonitione, alium in ius traxerat, subiratus ei dixit. *non protinus, ad litigandum currere debueras.* l. si manumissori. C. de obseq. Et alibi, debitores prius denuntiationibus conueniendos, censuit. l. debitores. C. de pigno.

7 † Ex Christi Opt. Max. lege, hæc planè vera esse nemo negauerit: cum Math. xviii. scriptum sit, si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, inter te, & ipsum solum: si te nõ audierit, aduoca tecum vnum, aut duos: quod si necdum audiat, dic ecclesiæ. Rectè itaq; Scriptores sentiunt, qui non negant, fraternam hanc admonitionem, necessariam, cum ad forum ecclesiæ recurritur: quam si postposuerit agens, tanquam ordine non seruato, repelli potest. c. indignè. xij. q. ij. Specu. in tit. de denunt. §. j. Sic, qui de Episcopo, aut alio iudice, à quo se offensum putat, queri vult, non prius superiorem debet adire, quàm eum, à quo se læsum credit, non semel, sed sæpissimè: hoc est, ter saltem, familiariter conueniat, ab eo suam iustitiam accepturus. Ergo ante cum Hybero loquendum, aut si mauis cum Fausto. c. j. de Syndico. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

Correctio  
fraterna.

L. iij. ff. cõmo. ab Alciat. perperam accipi, nonaq; ratione Acc. & aliorum expositio reiecta.

1 Communis interpretatio explanata.

2 Alciatus scilicet labitur.

Dis,

- 3 *Dis, pro diuite.*  
 4 *Terent. locus expositus.*  
 5 *Dis, pro Deo inferorum.*  
 6 *Dicis gratia quid.*

## CAP. VIII.

I  
 L. iij. ff. co-  
 mod. expli-  
 cata.



VM † Ulpianus docuisset, quod usu con-  
 sumitur, nisi fortè ad pompam, vel osten-  
 tationem, commodari non posse: adiecit  
 Caius, sæpe ad hoc commodari pecunias,  
 vt ditis gratia, numerationis loco, intercedente. l. iij. §.  
 fi. & l. iij. ff. commod. Quæ verba, vt Accurs. Bart. &  
 cæteri exponunt, hunc sensum habet, posse pecuniam,  
 & quod usu consumitur, commodari gratia ditis: hoc  
 est, ad hoc, vt diues appareat, cui pecunia numeratur,  
 ne facultatibus eum fortè labi, alij creditores existi-  
 ment. † Quem sensum inquit Alciatus, quem ego vi-  
 rum, honoris causa (sicuti dignitas & eruditio eius  
 postulat) non contumeliæ nominaturo semper cupiã.  
 lib. dis. punctio. iij. cap. xv. nec legis verba patiuntur:  
 nec Caius exprimere voluit: nisi Latini sermonis im-  
 peritus, omnino fuit. nullibi enim gentium Alciatus  
 existimat, ditem singulari numero, pro diuite legi.  
 ideo non *ditis*, sed *dantis*, legendum opinatur. Aud-  
 æter profecit, magis quam verè. † Dis enim, pro diui-  
 te, in Romana lingua recipitur. vel authore Terentio  
 authorũ Latinorũ doctissimo, qui in Adelphis † illa  
 dictione, in eum sensum vsus est, dicebat enim, ad De-  
 meam senem, Syrus seruus.

2  
 Alciati la-  
 psus.

3  
 Dis pro di-  
 uite.

4  
 Pluto Deus  
 inferorum.

*Dis quidem esses Demæa,  
 Actuam rem constabiliffes.*

- 5 Ditem autem, pro diuite poni, à Plutone, † inferorum  
 Deo

Deo, tractum videtur: quem Antiqui Ditem vocauerunt, ob id quod diuitiæ omnes, e' terris oriantur, in terrasq; recidat. Plutoni verò, terrenam omnem vim, atque naturam, dicatam putabant. Cicer. in ij. de natura. Deo. *Terrena autem vis omnis, inquit, atque natura, Diti patri dicata est, qui diues, ut apud Græcos Pluton: quia & recidant omnia, in terras, & oriantur e' terris.* Magis ergo conuenire videtur, communis expositio Caij  
 6 verbis: nec tamen defunt, qui probabiliter satis, neque *Ditis*, neque *dantis*, illic legendum censeant: sed *Dicis* Dicis gratia  
*gratia*, Anto. August. lib. ij. opinio. nec videatur insolens, hic loquendi modus, quo Vlpianū præterea vsus offendimus. *Excusantur, inquit, serui, qui auxilium tulerunt, sine dolo malo, nam si finxit se quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit: nihil hoc commētum ei proderit. l. j. §. exculantur. ff. de S. C. Syll. vsus quoq; est Cicer. actione in Verr. vj. Attamen, inquit, ut possit se dicere emisse, Arthagato imperat, ut aliquid illis quorum argentum fuerat, nummorum Dicis causa daret. inuenit Arthagatus pau-  
Dicis causa.  
*cos, qui vellent accipere, his dedit, & cætera quæ sequuntur.* Aliud autem nihil quantum coniectura assequi possum, his locis, *Dicis gratia* aut *causa* significat, quam neglectè, remissè, & eo tantum animo, ut officio functi videamur: non seriò, non accuratè, sed perfunctoriè, quatenus satis sit, ad vitandam reprehensionem: veluti, cum Vlpia. ait, non prodesse seruo, si finxit se ferre auxilium, aut *Dicis gratia*, hoc est, ut interpretor, nõ ex animo, sed ne officio suo, videretur defuisse. sic & in Caij responso. d. l. sæpè. ff. commod. commodabatur pecunia, non animo contrahendi mutuum, licet numerationem facere simulauerit, qui tradebat, nec*



eo cōsilio, vt qui accipit, vteretur: nisi ad pompam for-  
tè, vel ostentationem, Sed tradidit commodans, vt suo  
munere defungi videretur, accipientis precibus perui-  
ctus. Cuius tamè significationis causam, & originem,  
incompertam adhuc mihi, candidè fateor.

*Ioannes Corasius, Tolosæ.*

*Quando filius patrem, & pater filium, iudi-  
cem habere possit. Et quæ sint priuata nego-  
tia, nouè declaratum.*

- 1 *Maritus & vxor vna caro.*
- 2 *Pater & filius vna persona.*
- 3 *Prætor quos daret iudices.*
- 4 *Exposita nouè l. in priuatis.*
- 5 *Priuata negotia, quæ.*
- 6 *Declaratus §. si. l. ille à quo.*
- 7 *Patria potestas, in publicis non attenditur.*

C A P.

I X.

1



VI † præest iurisdictioni, inquit Vlpian.  
nec sibi, nec vxori, neque liberis suis, ius di-  
cere potest. l. qui iurisdictioni. ff. de iuris-  
om. iud. iniquum siquidem esset, aliquem  
sua rei, iudicem fieri. l. Iulianus. ij. ff. de iudi. l. vnic. C.

*Maritus &  
vxor vna  
caro.*

ne quis in sua caus. in causa autem propria, satis iudi-  
cat, qui in vxoris negotio, ius dicit. quando vxor cum  
marito, sit vna caro, sociæque diuinæ, & humanæ do-  
mus. l. j. ff. de rit. nupt. l. aduersus. C. de crim. expilat.  
hæred. idemq; si in causa filij, cum quo pater vna perso-  
na existimatur. l. fin. C. de impub. † & vna caro. c. con-  
tradiciamus. §. j. xxxv. q. iij. vt meritò filium partè cor-  
poris patris, Imperator esse dixerit. l. cum scimus. §. si.

2  
*Pater & fi-  
lius vna per-  
sona.*

de

de agricol. & censit lib. xj. C. quare ut in propria causa, ita in liberorum negotiis, iudex quis esse prohibetur: nisi fortè in eum consenserit aduersarius. l. quin etiam. ff. de recep. arb. l. quidam consulebant. verli. sed & si. ff. de re iudic. Quod olim fieri solebat, dari videlicet à Pratore iudex, super priuatorum controuersis, in quem litigatores consenserant. l. ij. §. j. ff. de iud. l. ex consensu. ff. de appellat. Repugnat tamen ex professo. l. in priuatis. ff. de iudic. † Quo loco Africani in priuatis negotiis, inquit, pater filiū, vel filius patrem, iudicem habere potest. Quæ verba scriptores multipliciter, at semper diuinatoricè, sunt interpretati: nec defuerunt, qui generalia Africani verba, ad eū casum coarctauerint, quo pater, vel filius, consentiente aduersario, iudex à Pratore dabatur, idq; se ex nobis didicisse, palam deq; superiore loco, hūc articulum disputantes, testabantur. At nunquam ego ita desipui, ut ad casum rarissimum, vel quem potius nunquam euenturum putem, ut scilicet consentiat aduersarius, patrē, aut filium, iudicem dari, generalem Africani regulā, in d. l. in priuatis constrinxerim. Quanquam illud me non vno in loco docuisse fateor, atque etiamnum confirmo, Prætores olim qui ius dicebat in vrbe Roma, ex centumuiris, quibus præerat, nonnunquam etiā ex priuatis, iudices litigatoribus dedisse, in quos consenserant recuperatores appellatos, quibus Prætor, ius, æquitatem, & formulam, cognoscendi, iudicandique: quam sequerentur, præscribebat, ut accuratè dudum tractauimus. c. xvij. lib. iij. Miscel.

Prætor quos daret iudices.

† Ego igitur à proprietate verborum non recedēs, dico, patrem in causa filij, iudicem esse non posse, præ-

5 *Prinata ne-*  
*gotia.* terquam in priuatis negotiis: de quibus aperte Aphri-  
ca. illic loquitur. Sunt tamen proprie priuata nego-  
tia, domestica, quæ ita propria sunt, patris, & filij, vt ad  
alium pertinere, nequaquam possint, vt quod filius emā-  
cipetur, aut detur in adoptionem. id enim ideo coram  
ipso patre naturali, proculdubio explicabitur. l. magi-  
stratum. ff. de adoptio. priuatum siquidem est, & do-  
mesticum hoc negotiū: cum nō alter ius interesse pos-  
sit, quàm patris, & filij. vnde nec filius, inuito patre,  
emancipatur, adoptaturve: nec pater filium inuitum  
emancipat, aut dat in adoptionem. l. final. ff. de his qui  
sunt sui. §. si. quib. mod. ius pat. potest. sol. idem quoq;  
in manumissione dicendū. l. apud filiū. ff. de ma. vind.

6 *Expositus*  
*§. fin. l. ille à*  
*quo.* Hactetiā ratione, tamen si ad alios negotium perti-  
neat, si tamen quod magistratus, iubet, magis vtile,  
quàm dānosum extraneo esse potest, id in causa filij, pa-  
ter, aut in causa patris, filius, magistratū gerēs statuit.  
7 *Patria pote-*  
*stas in publi-*  
*cis non spe-*  
*ctatur.* l. ille à quo. §. si. ff. ad T reb. nec in hmōi negotiis + pa-  
ternam potestatem curabimus, cum iudicare munus pu-  
blicum sit. l. quippè. ff. de iud. quod autem ad ius publi-  
cū spectat, patriæ potestatis ius nō attēditur. l. filius fa.  
ff. de his qui sunt sui. l. nam quod. ff. ad T rebellianum.

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Iulij Pauli, & Calistrati responsa, aliter decla-*  
*rata, quàm ab aliis, in præsentem diem fuerint.*

- 1 *Declaratus titulus. ff. in ius vocat.*
- 2 *Carnem suam, nemo odio habet.*
- 3 *Opinio aduersus omnes.*
- 4 *Explicatus §. Prator ait.*
- 5 *Necessaria persona, quæ dicantur.*

6 *Necessitudo.*7 *Sworum, verbo, qui veniant.*

C A P.

X.

**S**

*VB* † titulo in ius vocati ut eant. ff. Paulus, & Calistratus, non postremi nominis iurisconsulti, edicto cautum referunt, ut fideiussor iudicio sistendi causa datus, pro rei qualitate, locuples detur: exceptis necessariis personis: ibi enim edictum, qualemcumque accipi iubet, veluti, pro parente, patrono, patronave, liberisve suis, vel uxore, nurusve. Quin & in eum, qui non accepit, cum sciret eam necessitudinem personarum, quinquaginta aureorum iudicium competere voluit. Hæc verba licet ad unum, omnes interpretantur: ut compellatur actor, fideiussorem a reo, iudicio sistendi causa oblatum, etiam minus idoneum recipere: si sit fideiussor ex necessariis personis rei conuenti. Cuius rei eam esse rationem, Accursus & cæteri, dicunt: quod, ut legi persuasum est, necessarius, necessarium, † illaqueare non sinat: nemo enim carnem suam (ut Pau. ad Ephe. v. scribit): ynquam odio habuit. c. non æstimemus. xiiij. q. ij. Quo fit, ut Bal. in l. filium. in fi. ff. de his qui sunt sui, egregie doceat, eum, qui tenetur oblidem dare, omnino liberari, dādo unum ex sibi cōiunctis, licet non locupletem: sequitur Alex. in l. j. ff. in ius vocat. † Ego verò, qui hanc interpretationem expositionem, nec textuum verbis convenire, nec æquitate inuari video: alio sensu, iurisconsulorum verba opinor accipienda: ut scilicet velint, eum, qui contra parentem, patronum, patronam, liberisve suos, vel uxorem, nurum, aliamve necessarias personas, experitur, in honorem, & memoriā necessitudinis, obstringi, obla-

*Declaratus  
titulus in  
ius vocat.*

*Carnē suā  
nemo odio  
habet.*

*Non opinio*

- tum à reo, qualemcunq; fideiufforem de iudicio fifti,  
 4 accipere, licet facultatibus minus idoneum. † Quā sententiam, Vlpia. apertius exprimit, in l. ij. §. prætor ait. ff. qui satis. cog. si quis parentem, inquit, patronum, patronam, liberos, aut parentes patroni, patronæve, liberōsve suos, eūmve, quem in potestate habebit, vel uxorem, vel nurum, in iudiciū vocabit, qualiscunq; fideiuffor, iudicio sistendi causa accipiatur. Nec quoquo pacto Doctoribus consentio, cū existimant hūc §. Prætor ait. à titul. ff. in ius vocat, in eo differre, quod hic §. loquatur, quando coniunctio est inter vocatū, & vocantem: leges verò Rubricæ, in ius vocat quando erat coniunctio, inter reum & fideiufforē. Huic enim declarationi, & æquitas, & verba l. j. & ij. eius tituli, evidenter refragantur †. Sed quoniā, eo loco, necessariarum personarum mentio fit, disputāt illic scriptores. Quæ dicantur necessariae personæ. Et satis ex utraque lege apparet, eos à lege, personarum necessariarum numero haberi, quæ, vel consanguinitate, vt parentes, liberi, & fratres: vel affinitate, vt nurus: vel coniunctissimo aliquo vinculo, vt patronus, liberive eius, coniuncti sunt †: à necessitudine enim, quæ cognationem, affinitatem, & coniunctionem quandam significat, necessarij dicti sunt: in quos, præ cæteris, officia necessaria cōferuntur. † Suorum tamen verbo, Accurs. in l. si fœmina. C. ad Turpil. eos intelligit, pro quibus testimoniū dici non potest: qui sunt, vsque ad septimum gradum, l. lege Iulia. ff. de testib. *Ioannes Corasius, Tolosæ.*

*Error, quando consensum impediatur, præter alios excussum.*

- 1 Errans non consentit.  
 2 Declaratus §. si iniuria.  
 3 Nova interpretatio.  
 4 Duo Vlpiani responsa exposita.  
 5 Hyperbole figura.  
 6 Explanatus locus Genes.

C. A. P.

X I.

- 1 **L**X IULIANI† sententia, Vlpia. frequenter scribit, eos, qui errant, non consentire. l. si per errorem. ff. de iurisdic. om. iud. l. nihil. §. si. ff. de reg. iur. & alibi, error, inquit, litigatorum, vt Iulianus libr. ff. j. scribit, non habet cōsensum. l. consensisse. ff. de iud. Similiter Pompo. erratis, nullam esse voluntatem dicit. l. sed hoc ita. ff. de aqua plu. arcen. nullumq; consensum, Imperator in. l. non idcirco. C. de iur. & fact. Quod circa id in quo erratur, accipiendum est: nam circa alia, non imedit consensum error. l. j. §. si legatarius. ff. ad leg. Falc.
- 2 † Tolluntq; ita scriptores. l. eum qui. §. si iniuria. ff. de iniur. existimantes, erratum illic fuisse in persona, & consensum in delicto. Quæ interpretatio nullatenus mihi placet, nam cur non itidem dicemus, in d. l. si per errorem? vt quoniam in persona magistratus, erratum est, consensum tamen in iudicio, hoc est, vt iudicium exerceretur, non impediatur error, in persona voluntatem? Contradicit præterea huic expositioni. l. illud. §. finali. ff. de iniuriis: vbi si quis hominem liberum ceciderit, dum putat seruum suum iniuriam non tenetur: & tamen in delicto consensum,
- 3 in persona erratum fuerat. † Dicendum itaque aliter censeo, errorem, scilicet, cōsensum impedire: nisi ab eo

Error, quando consensus obstat.

§. si iniuria declaratus.

Nova declaratio.

erratum fuerit, qui ex proposito delinquit. d. §. si iniuria. idq; ne erroris allegati pretextu, delictorum peccata obumbrentur. Quo fit, vt si quis concessa rei, & licite operam dans, alteri inferat iniuriam, errans, nec animum habens delinquendi: impediatur tunc error consensus, errantemq; excuset veluti, cum quis seruum suum verberibus cedere existimans (vt domino licet toto ti. de emed. seruo. C.) alterum ceciderit. neq; enim tenetur. d. §. si. Quare secus, hac nostra ratione, si alienum. l. j. §. Labeo. ff. de iniur. Ad hæc porro, non videtur sibi constare ¶ Vlpiani. cum in d. l. si per errorem dicat, non quicquam esse tam contrarium consensui, quam errorem. At in l. nihil. ff. de reg. iur. nihil tam contrarium esse, scribat, quam vim, & metum. Accursus credidit Vlpianum, in d. l. si per errorem. Hiperbolicè loquutum, cum manifesto scilicet, excessu veri, augenda rei gratia. Est siquidem ¶ Hyperbole figura, qua ad augenda, aut minuendam rem, euidenter transcenditur veritas. ab υπερβολή voce græca, quæ latinè, superiectionem, & excessum, autore Fabio significat, vt cum dicebat Ouid.

*Frigidus glacie, pectus amantis erat.*

Et Vergil.

*Qui candore niues, anteirent, & cursibus auras.*

6  
Genesis lo-  
cus explica-  
tus.

Simile ¶ est illud Genes. xvj. cum dixit dominus ad Abraham, Suscipe cælum, & numera stellas, si potes, sic erit semen tuum, faciamq; semen tuum, sicut puluerem terræ. Terram lacte, ac melle manantem, qua fertilitas, & abundantia illius terræ demonstratur. De hac figura, sic agit Cicer. in Top. in hoc genere oratoribus, & Philosophis, concessum est, vt muta etiam loquantur, vt mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod

quod fieri nullomodo possit, augendæ rei gratia, dicitur: aut minuendæ, quæ Hiperbole dicitur.

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Arbitrariæ actiones quæ sint: & cursu dictæ, præter communem interpretum opinionem, explanatum.*

- 1 Arbitrariæ finitio, ex Bartol.
- 2 Causæ quatuor quibus fiunt Arbitrariæ actiones.
- 3 Arbitrium, iudicis quomodo versetur in actionibus.
- 4 Noua Arbitrariarum declaratio.
- 5 Arbitrarium quid.
- 6 Arbitraria pœna.
- 7 Arbitraria conditio.
- 8 Arbitraria actio, quæ, & quotuplex.
- 9 Actionum tres species.

CAP. XII.

- 1 **A**RIUNT communiter Scriptores, ita Arbitrariam actionem, ex Bart. in l. hoc edicto in princ. ff. de publica. vt sit actio, cui officium iudicis mercenarium, deseruit, propter aliquod extrinsecus accidens, contra naturam actionis intentatæ. Clarius, idem Bar. in l. vni.
- 2 C. vbi cõue. qui cert. loco si. autẽ Arbitraria, quatuor de causis præcipuè: vel, propter adiectionem loci. l. ij. l. si hæres & l. centum. ff. de eo quod cert. loc. vel, ob iudicii contemptum. l. qui restituere. ff. de rei vend. vel, propter interrogationem in iudicio noxali. §. præterea, de actio. in insti. vel, ob pœnæ impositionẽ. l. si cum exceptione. §. j. ff. quod me. cau. Quæ familiarius multo a Bar. tractantur, in d. l. hoc edicto, a Fab. Aret. l. as.

*Arbitraria actio quid.*

*Arbitraria actio quot modis fiat.*



- 3 & aliis, in d. §. præterea. † Porro in actionibus stricti iuris, quoniam nihil iudex potest, nisi quatenus nominatim à partibus conuentum est. l. quicquid astringenda. ff. de ver. obli. aduētitia aliqua causa, vna, puta, ex prædictis necessaria est, qua iudici liceat, præter partium conuentionem, & actionis naturam, arbitrari: veluti, in rei vendicatione. contumacia rei, in non restituendo rem, ad iudicis iussum. l. qui restituere. ff. de rei vend. Qua ratione traditum est, solas stricti iuris actiones, Arbitrarias effici: cum in bonæ fidei iudiciis, officium iudicis, eiusdemque arbitrium, secundum actionis naturam, ancilletur, & deferuiat, atque adeo, alter alteri obligetur, de eo, quod præstari æquum est: tamen à partibus, nihil dictum sit. l. consensu in fi. ff. de act. & obli. §. in bonæ fidei. de actio. in inst. Tantum siquidem valet, in his actionibus officium iudicis, quantum in stricti iuris, nominatim facta rerum expressio. l. quia tantum de. ff. de neg. gest. Ego † cum viderem, hæc esse mera commenta, à legislatorum verbis, longe lateque, abhorrētia: volui rem hæc totam, vt lucidius, ita verius tractare, germanoque sensui restituere. Neque aliunde sumendam eius rei declarationem dixi, quam ex Iustiniani verbis, in d. §. præterea, quæ tam plana sunt, & aperta, vt manifestum faciant, disputationem nostram, tantam controuersiam non exigere. Itaque sciri volo, Arbitrarium † illud significatissimè dici, quod non à lege ipsa diffinitum, iudicis arbitrio relictum est. l. j. ff. de iur. delib. † Ad quem sensum dicimus, Arbitrariam poenam, quæ non legis constitutione præscripta, sed iudicis potestati, & arbitrio commissa est, † & Arbitrariam conditionem (quæ Nosterates parum aptè potestatiuam dicunt) quæ voluntati nostræ relinquitur. † Sic & Arbitrariam actionem, Iustinianus dici putat,

Officium  
iud. quomodo  
versetur  
in arbitra-  
rijs.

4  
Nona arbit-  
rariae actio-  
nis declara-  
tio.

Arbitrarium  
quid.

5  
Arbitraria  
pena.

6  
Arbitraria  
conditio.

7  
Arbitraria  
actio verè de-  
clarata. 8

9

tat,  
præ  
quo  
ap  
act  
me  
l. si  
In a  
exh  
§. fi  
dos  
can  
ven  
fess  
in l  
om  
ter  
ber  
par  
act  
uã  
fer  
de  
sen  
per  
ad  
act  
ear  
ad  
qu  
fo.

tat, quæ ex arbitrio, & potestate iudicantis pendet (d. §. præter ea: vt, si iudex æstimauerit semel, suo arbitrio quod scitè placet. in sūma tit. de actio. interlocutoriū appellauit) rē restituendā, aut alio modo satisfaciendū actori, obtemperetq; reus, absoluat; sin contra, minime pareat, dānetur, veluti, in actione. Quod met. caus. l. si cum exceptione. §. j. & §. in hac. ff. quod met. caus. In actione de dolo. l. arbitrio. ff. de dol. in actione ad exhibendum. l. iij. §. ibidem. l. tigni. §. fin. & l. Iulianus. §. fin. ff. ad exhib. in actione rerum amotarum. l. si cum dos. §. si. ff. rer. amotar. in actione in factum de publicanis. l. j. in princip. & l. hoc edicto. ff. de publica. in rei vendicatione, l. qui restituere. ff. de rei vend. in Confessoria, & Negatoria. l. harum. ff. si seruitus vendice. in Publiciana, Seruiana. Quasi Seruiana & cæteris omnibus, quæ cum his similitudinem habent. d. §. præterea in quibus priusquam iudex negotium diffiniat, benignè ante arbitratur, interloquendo: cui arbitrio, si paritū non sit pronuntiat diffiniendo. In aliis nanque actionibus, Bonæ fidei præsertim, nullū ante diffinitiuā interponitur arbitriū, sed mox cū de causa liquet, fert diffinitiuam iudex. Accurs. Bar. & cæteri in l. j. ff. de actio. empt. † Itaq; vt verus sit omnium, & planus sensus. Actionum quædam Bonæ fidei sunt, in quibus permittitur iudici, ex bono & æquo, æstimare: quemadmodum actori satisfieri debeat. §. in bonæ fidei de actio. Quædam stricti iuris: in quibus, videlicet, iudex, eam libertatem non habet. l. quicquid. ff. de ver. obli. §. actionum de actio. & quædam Arbitrariæ in quibus quemadmodum actori satisfieri oporteat, non ex sola actionis natura pendet sed ex iudicis arbitrio: nec

nec tamen libero, qualis est illa, in bonæ fidei iudiciis libera potestas: sed quasi conditione quadam coarctato: nisi is, cum quo agitur, ad iussum, & iudicis interlocutionem, actori satisfaciatur: veluti, rem restituat, exhibeat, soluat, vel ex noxali causa seruum dedat. d. §. præterea, de actio. in instit. Quam rem totam ipse pleniore manu sum exequutus in l. in actionibus. ff. de in lit. iurand.

Ioannes Corasius, Tolosæ.

Quid sit Nomenclator, & novè duæ leges declaratæ.

- 1 Venuleij, & Vlpiani responsa exposita.
- 2 Nomenclator quis.
- 3 Candidatorum mos.
- 4 Candida veste, cur uterentur.
- 5 Fartor.
- 6 Monitor.
- 7 Lex, Catoniv.

C A P. XIII.

1 **P**ERCUNCTIVS † à me aliquando, ex collegis nostris vnus, quid esset, quod Venuleius de liberali causa dixit, posse impuberem operas dare: veluti, si nummiculator sit, vel hystrio. l. si. §. fin. ff. de liberal. caus. & Vlpia. scribens in impuberē, cum adoleuerit, sed & interdum quandiu impubes est, operarum actionem esse: quod & eius sit quoque ministerium, si fortè, vel librarius, vel miniculator sit, vel hystrio, vel alterius voluptatis artifex. l. vt iurisiurandi. §. dabitur. ff. de oper. libert. Fit autem vtraque litera, magis dubitabilis, quod vtrobique, vel ex Accurs. sententia

Actio  
tres præci-  
pue species.

l. fin. ff. de  
lib. caus. &  
l. vt iurisiu-  
randi expli-  
cata.

1 rentia varietur. Nam alij Nummiculator, alij Miniculator, alij verò Nummi calculator, legunt. Respondi ego harum lectionum, nullam mihi placere: & licet nullius Codicis, tum haberem authoritatem, legendum tamen utrobique, † *Nomenclator*, intrepidè affirmavi. Dicitur est autem *Nomenclator*, quasi nominis calculator, id est, vocator: cuius opera, candidati petitori magistratum, potissimum utebantur. † Nam hic mos fuit, ut ambientes magistratum, sine toga, candida veste amicti, (quam per id tempus induebant, † ut integritatem, & probitatem, ex omnium purissimo colore, significarent: seq; pecuniam non habere, qua ciues corrumperent, omnibus videretur, & ideo candidati dicti) in campum Martium, ubi fiebant comitia, ad magistratus innouandos descenderent: cum amicis, Tribus circuirent, atque vnumquenque etiam tenuem hominem, cuius suffragio nitebatur, rogarent, obsecrarent, & obtestarentur. Cum autem quisque, suo se nomine, appellari gauderet: moris etiam erat, singulorum ciuium nomina memoriter referre: singulosq;, suis nominibus vocatos, prehensare, hoc est, manu cuiusque suffragatoris, à candidatis apprehensa, ambitione petere. Quod si candidatus, suffragatorum omnium nomina, memoria non tenebat, adhibebat *Nomenclatorem*: hoc est, hominem, qui illi cuiusque nomē suggereret, auribusq; suis insuffurraret, & infarciret. Vnde & eundem, † *Fartorem* appellatum, tradit Sext. Pompe. quod clanculum velut, salutandorum confarciret nomina, in aurem candidati. † Eundem *Monitorem*, Cicer. pro Murena vocat. Hæc ciues omnes Romani noti erant, neque enim alioqui candida

*Nomenclator.*

*Candidatorum toga.*

*Fartor.*

*Monitor.*

didato, suggerere proprium cuiusque nomen potuisset. Quare Cicer. ad Attic. Ad urbem, inquit, ita veni, ut nemo vllius ordinis homo Nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. † Porro persuasit Senatui Cato iunior, uti ipsos, qui Consulatum peterent, per se Romanum Populum appellare iuberet, nec per Nomenclatores, quicquam agere, inde lex lata, quæ Nomenclatores candidatis adesse vetabat, iuebatq; , ut per se ipsos candidati Romanos ciues salutarerent, factaq; suorum meritorum commemoratione, supplicarent, & obtestarentur: quo nomine Cato, homines sibi vehementer aduersos fecit. Nam ita gratiam, concedendi Populo Romano reuerentiã, auferre videbatur. Eam tamen legem, cum fideliter Cato, & suafisset, & seruassset, non exiguam laudem est affectus. Ex his arbitror non valde obscurum esse, quid utroque loco Iurisconsultus senserit: Impuberem scilicet, operas dare posse, ut si Nomenclator sit, id est, eius artis, ut ciuium nomina candidatis suggerere sciat: librarius, puta histrio, aut alterius voluptatis artifex: huiusmodi quippè ministeria, etiam in impuberes cadunt.

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Remissa vna seruitute, alteram nullo casu sublataam videri perperamq; intellectam hactenus. l. si domus.*

- 1 *Renuntiatio ad ius non expressum non producitur.*
- 2 *Repudiationis ab intestato virtus.*
- 3 *Seruitute vna sublata, altera remanet.*
- 4 *Doctorem omnium opinio improbatã.*
- 5 *Exposita. l. si domus.*

CAP.

7  
*Ex de Nomenclatori-  
 bus.*

*Explicate  
 dua leges.*

## CAP. XIII.



**Q**VONIAM† separata est, & diuersa *stillicidij recipiendi seruitus*, à seruitute *altius non tollendi*: vna sublata, altera remanet. I. si prius, in princ. ff. de aqu. plu. arc. & cum nihil commune habeant, remissio vnius, alterius, non infert remissionem. I. naturaliter. §. j. ff. de acqui. poss. nam & limitata causa, limitatum effectum habet. I. in agris. ff. de acqu. rer. do. in cessione maxime iuris proprii, quæ strictissime est interpretanda. cap. super hoc, de renunt. quādo iactare suum, nemo facile presumat. I. cum de indebito. ff. de probat. Vno planè casu, ad ius non expressum, producit effectū renūtiatio: vbi sine eius remissione, expressi †renūtiatio inutilis esset. I. nec is. §. hæres. ff. de acq. hæred. quo loco docet Vlpianus, qui sciens, hæreditatem ex testamento sibi delatam, ab intestato repudiat, vtrunque nihilominus successione, repudiasse videri. Quod alioqui inefficax redderetur renūtiatio, neque enim intestati successioni locus esse potest, quandiu viget testamentaria, I. quandiu. ff. de acq. hæred. I. antequam. C. communia de success. ideo ab intestato successio, repudiari non potest: quia nondum delata. I. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg. ij. nisi prius intelligamus, repudiatam ex testamento. †Hac ratione Accursus & alii in l. si domus. ff. de seruit. urb. existimant, quod si in eius l. specie, *stillicidij recipiendi seruitus*: remissa fuisset, seruitus quoque *altius non tollendi*, remissa intelligeretur. quod nisi hæc remissa censeatur, illius cessio inefficax sit. I. ij. ff. de iurisd. omn. iud. neque enim (inquiunt) potest, non recipere, nisi altius tollat †. Quam opinionem,

Renūtiatio  
quando ex-  
tendatur.

Limitat.  
caussa.

Repudiatio  
nis intestati  
virsus.

Seruitute  
vna subla-  
ta, manet al-  
tera.

Opinio com-  
munis im-  
probata.

nem,

nem, tam absurdam puto, vt absurdius nihil dici possit: quis enim tam stupidus est, qui nesciat, *stillicidij recipiendi* seruitutem, sine seruitute *altius non tollendi*, & a' initio, & ex post facto, esse posse? Quis est præterea, qui non intelligat, debita à vicino mihi vtraque seruitute, si ei duntaxat concesserim, ne teneatur recipere *stillicidia* mea, iniustum ob id esse, me iure priuari, quo præterea mihi obstringitur, ne tollere aedes suas altius possit? Diuersam quippè causam habent hæ seruitutes: nanque quæsiq' a' vicino seruitutem *stillicidij immittendi*, ne aqua in meum cadens, ædium, puta, mearum fundamentis noceret. Seruitutem *altius non tollendi* quærere volui, ne luminibus meis officeretur. Quare perquam esset iniquum, vnam tantum remittentem, altera priuari. d. l. si prius, in princip. † Ridiculum autem est, quod Doctores dicunt, non posse vicinum non recipere, nisi altius tollat: poterit quippè agere Negatoria, & cogere vicinum qui remissit, alio, vel in suum, si opus est, fundū, *stillicidiū* auertere: & ita nec altius tollet, nec *stillicidium* recipiet. Verumenimvero, si vna seruitus à te mihi debeat, & permisero tibi, ius esse in loco seruiente ædificandi, seruitutem amitto. l. si *stillicidij*. ff. quemad. seruitus amitt. Satis enim hoc ipso remittere videor, quicquid iuris in eo fundo habeo. Et tunc, alioqui verum est, concessionem inutilem, cum possit dominus prædij seruiantis, in eo liberè ædificare: dum non impedit vsu seruitutis. l. seruitutes. §. fin. ff. de seruit. vrb. Dispositio autem etiam in seruitutibus, ita interpretanda est, vt non nihil operetur: nève sit inanis. l. si tam angusti. ff. de ser. l. si quando. ff. de leg. j. Ioan. Cora. f. *Tolosa*.

Quæ

5  
Declarata  
l. si domus.

Quæ sint concepta verba seruitutum, vt breuiter, ita accuratè tractatum.

- 1 venditio prædij, non infert seruitutem.
- 2 seruitus, tacitè ad emptorem transit.
- 3 Concepta verba seruitutum.
- 4 Effectus eorum verborum.

C A P. XV.



1 **T**ENE O † quam optabam occasionem, venditor nõ nec omittam. Postquam igitur in tractatum seruitutum incidimus, prætereundũ illud nõ duxi, quod, vt paucis cognitum, ita omnibus apprimè necessarium est. Itaq; sciendum, vendito prædio, non censerì venditorem promississe, aut dixisse, seruitutem aliquam, rei venditæ deberi: nisi ab eo, specialiter dictum sit. l. in vendendo. ff. de con

2 trahen. emp. l. penul. ff. de euiçtio. licet † debita, prædio vendito seruitus, venditore etiam reticente, tacitè accedat, ad emptoremq; transeat. l. si aquæ ductus. ff. de con

trahen. empt. & d. l. pen. Planè si conceptis verbis, vtatur venditor, perinde est, ac si nominatim dixisset, ser

3 uitutem à vicino, rei venditæ deberi. † Concepta autem verba, in seruitute *stillicidij auertendi*, hæc sunt: *stillicidia, vti nunc sunt, vt ita sint.* l. si arborẽ. §. hæc lex. ff. de seruit. vrb. prædi. & l. cum in lege. ff. de contrah. empt. In seruitute verò luminum, hæc, *lumina quæ nunc sunt, vt ita sint.* l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. circa seruitutè *oneris ferendæ*. illa, *paries oneris ferendo, vti nunc est, ita sit.* l. eum debere. ff. de seruit. vrb. sed & duæ, recipi poterāt, hac formula. *itineræ, actusq; quibus sunt, vtique sint.* l. qui libertatis. §. si. ff. de euiçt. & generalibus

Venditor nõ censeretur de seruitute quicquam egisse.

Seruitus ad emptorem transit.

Seruitutum concepta verba.



4. verbis, cuiuscunq; fiebat ita receptio: † *Quibus est seruitus, ut ita sit. l. quicquid. ff. com. prædio.* His porro verbis, significabat, spõdebatq;, vel potius in se recipiebat venditor sibi deberi seruitutem, cuius facta erat mentio: se autem nulli debere, vt eleganter Vlpia. præmonstrat, in d. l. si arborem. §. si. Vnde si res vendita, vel seruitutē non habeat, vel vicino debeat, in id quod interest, venditor rectē cõuenietur. d. l. qui libertatis. §. vlt.

*Ioannes Corasius, Tolosæ.*

*In pariete communi, quando inuito socio facere liceat. & quid sit incrustatio, quidq; vulgaria tectoria, aliaq; ad parietes pertinentia, non inuenustè tractata.*

- 1 *Paries intergerimus.*
- 2 *Cratitius paries.*
- 3 *Socius in pariete communi nihil potest inuito socio.*
- 4 *Nisi ad necessariam refectionem.*
- 5 *Morosus socius in restit. impensarum dominium perdit.*
- 6 *Incrustare.*
- 7 *Crusta crustum.*
- 8 *Deaurata, templum Tolosanum.*
- 9 *Vasa crustata.*
- 10 *Tectoria.*
- 11 *Iuuenalis locus, enarratus.*
- 12 *Vulgaria tectoria.*

C A P.

XVI.

I  
Integerimus paries.



**P**ARIETES, † qui cõiter vtriusq; domus onera gerūt, & sustinēt, naturali rōne cõmunes sunt. l. parietē. ff. de ser. vrb. prædi. quos M. Vitruu. in libr. de Architectura,

Interg

Intergerinos appellat: quod à vicinis extructi, veluti  
 2 intergerāt, hoc est, cōiter gerēdo sint. Alij Cratitios, *Paries cra-*  
 veletiam Cōcratitios, dicūt. l. si fratres. §. itē Mela. ff. *titius.*  
 pro soc. In quibus, illud obseruandum, in d. l. parietem  
 Caius docet: vt alterutri vicinorū, demoliendi parietē  
 3 cōem, & reficiēdi, ius nō sit: cū nō t̄ solus sit dñs. Sed *Socius in cōj*  
 nec fenestrā, aut aliud quisuis facere, quo deterior red *nihil potest.*  
 4 datur. l. qdā Hiberus. & l. eos qui. ff. de ser. vr. Sit tñ pa-  
 ries, refectiōe indigeret: quia nō satis idoneus esset ad  
 onera sustinēda, pōt vnus ex sociis, altero etiā inuito,  
 ruiturū parietē reficere: quodq; impēdet à socio recu-  
 perabit. l. in parietis. cū duab. se. ff. de dā. infe. l. si cōes.  
 ff. de ne. ge. l. si ædes. ff. cō. diui. cū & quodcūq; cōe ædi-  
 5 ficiū, secundū necessitatē, ab vno ex sociis, altero etiā  
 nolēte, refici possit: t̄ & ita, vt si in restituēdis impēsis,  
 socio reficiēti, p̄ quadrimestre soci⁹ morā faciat, q̄ re-  
 fecit, in solidū dñs fiet. l. si fratres. §. idem resp. ij. ff. pro  
 soc. l. si vt proponis. C. de ædific. priuat. vsq; adeo, legis  
 latores, reipublicæ itereffe putauerūt, ruinis ædificio-  
 rū, aspectū publicū nō deformari. l. ij. §. si qs nemine. &  
 l. si. ff. ne quid in loc. pub. Parietē quoq; cōem, secundū  
 Capitonis sentētiā, incrustare licet, inq̄t procul, sicut  
 licet picturas præciosissimas, h̄re in pariete cōi. l. qdā  
 Hiber⁹. §. parietē. ff. de ser. vr. Incrustatiōe etenim, nō  
 fit paries cōis deterior, & ex pacto eius qui incrustat,  
 6 melior redditur, & ornatior, meritō t̄ incrustare cōces *Incrustare.*  
 sum. l. in fundo. ff. de rei v̄. nec hoc casu, potior erit vi-  
 cini phibētis cōditio. Est aut̄ incrustare parieti, pau-  
 mēto, aut alteri opi, crustā adiūgere, inducere, & appli-  
 7 care. Crusta t̄ verō foeminino gñe fragmētū est, quod- *Crusta.*  
 dam tenue, vel lapidis, vel ligni, vel vitri. vel alterius

eiufmodi corū, quæ nō comedūtur. Vergil. iij. Georg.  
*Concrefcunt fubita, currenti in flumine crufta.*

Cruftum verò, & crufta, neutro genere dicimus, de his  
 quæ efui funt. Vergil. vij. Aeneid.

*Fatalis crufti, patulis nec parcere quadris.*

Et Horat. per diminutionem, in Satyris,

*Vt pueris olim, dant cruftula blandi*

*Doctores, elementa velint vt difcere prima.*

Iuuenalisq; ix. Satyra.

*Nos colaphum incutimus, lambenti cruftula feruo.*

Illis porrò cruftis, parietes ad voluptatem, & ornatum  
 operiuntur. l. impensæ. §. fi. ff. de verb. fig. Hac incru-  
 ftatione, exornatos fuiſſe parietes, coniectumq; pau-  
 mentum, antiqui illius templi noſtri Tolofani, quod

8 † Deauratam vocant, vel ex ipſa vetuſtate, coniecturā  
 facio: indeq; ſibi aſciuiſſe, Deauratæ nomen arbitror  
 quod incruſtatio aurata tota eſſet, vt ex fragmentis il-

8  
 Deaurata  
 templi Tolo-  
 ſanum.

9  
 Vaſa cruſta  
 ta.

lis tenuibus, quæ adhuc apparent, ſatis conſtat. † Sed &  
 vaſibus, quandoque cruſtæ applicantur. vnde & vaſa  
 cruſtata dicimus, quæ vitreis cruſtis, inſecta ſunt. In-

10 Tectoria.

cruſtationem à Gallis, Lambriſſuram vocari, Bud. do-  
 cet. Sunt & † Tectoria illinimenta illa, quibus ad maio-  
 rem ornatum, parietes dealbantur, ex calce, aut gypſo  
 confecta, à tegendo ſic appellata. l. in rutis. ff. de verb.  
 fig. quorum, Iurisconf. non vno in loco meminere.  
 l. quidam Hyberus. §. fin. ff. de ſeruit. vrba. l. ſi duo. §. ſi  
 vicinus. ff. vt i poſſid. & l. vſusfructus nouum. ff. de vſul-  
 fruct. † vnde Iuuenal. Satyr. vj. metaphoricis, medica-  
 menta illa, quibus mulier faciem domi linit, & operit,  
 vt tenera, & candida cutis fiat: Tectoria vocat.

11 *Ad mæchum veniunt, tota cute, quando videri*

*vult*

Vultu formosa domi, mœchis foliata parantur:  
 His emitur quicquid, graciles huc mittitis Indi:  
 Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit,  
 Incipit agnosci.

- 12 Hæc tectoria, plerūq; vulgaria sunt, & nō pretio- *Vulgaria te-  
 fa. l. quidā Hiberus. §. fi. ff. de ser. vr. hoc est, vfitata, vi-  
 lia, cōia, & cōsueta. l. ij. ff. de præscri. verb. quæ ideo, nō  
 magni æstimantur. d. §. fina. Ioannes Corsius, Tolosa.* *cloria.*

*Iuris ignorantiam, latæ culpæ non annumeran-  
 dam: aduersus omnium sententiam.*

- 1 Lata culpa, quid.  
 2 Ius ignorare quibusdam concessum.  
 3 Noua opinio.  
 4 Index tenetur scire leges.  
 5 Leges quæ ab omnibus sciri debent.  
 6 Declarata nonē l. leges sacratissimæ.

C A P. XVII.



**I**N TRACTATV culpārū, & alibi pas- *Iuris ignorā-  
 sim, illud Doctores frequenter inculcant: *tia an latæ  
 latæ culpæ, iuris ignorantiam adscriben-  
 dam. Bar. & alij sapissimè, in l. quod ner-  
 u. ff. de posi. cuius sententiæ hanc dūtaxat rationē ha-  
 bere possunt: quod latā culpam, Iurisconsulti dicant,  
 nimiam illā, & dissolutā negligentiam: qua quod omnes  
 intelligunt, ignoramus. l. cedere diē. §. fi. & l. latæ cul-  
 pæ. ff. de ver. si. leges autē ab omnibus intelligi debeāt.  
 l. leges sacratissimæ. C. de legib. l. cōstitutiones. C. de  
 iur. & fact. igno. Et hæc quidē est, interpretū omnium *Opinio com-  
 munis subla-  
 ta.*  
 sentētia, quā vix est, vt ego probare possim. Si enim la-  
 tæ culpæ annumeraretur, iuris ignorātia, cuiusq; in**

dānis pecuniariis, utiq; noceret: cū tūc perpetuò do-  
 lum representet. l. j. §. nō autē. ff. si quis test. lib. esse ius-  
 fuer. Atqui per manus traditum est, eam suum peten-  
 tibus, non nocere. Liuris. ij. ff. de iur. & fact. igno. Præ-  
 terea, latam culpam verè appellamus, gravem illā ne-  
 gligentiam, qua non intelligimus, quod alij omnes in-  
 telligunt. † Falsum autem est, omnes iuris nostri co-  
 gnitionem habere. l. repetita. C. de epif. & cler. Et ple-  
 rique sunt, quibus ius ignorare, permissum est. l. regu-  
 la. §. j. ff. de iur. & fact. igno. l. scimus. §. j. C. de iur. de-  
 lib. Deniq; cū latā culpā nō contrahāt: nisi, qui disso-  
 lutē, & inexcusabiliter negligētes sunt. d. l. latæ culpæ.  
 & d. l. cædere diē. §. fi. & l. si fideiussor. ff. man. Nō vi-  
 deo, quo pacto clericus, mercator, artifex, aut alij id  
 genus homines, qui non civilibus studiis, se dediderūt  
 sed honestam aliam artem, sequuti sunt: legum periti-  
 am non habentes, in lata culpa dici debeant. † Quæ  
 cū ita se habeant, per placet nobis, quod non semel  
 docuimus: non contrahi latam culpam, ex ignorantia  
 iuris. Præterquam in his personis, quæ ex officij, & ar-  
 tis, quam profitentur natura, leges scire debent. c. idē  
 ad fi. xxxviiij. distinctio. veluti in † Doctoribus, Iudici-  
 bus, & assessoribus. l. ij. ff. quod quisque iur. l. si iudex.  
 ff. de var. & extraord. cog. quibus illud concinnè obii-  
 ci potest, turpē esse nobili, & patritio viro, ius in quo  
 versatur ignorare. l. ij. §. Seruius. ff. de origi. iuris. Nec  
 me mouet, quod Valētia. & Mar. Imp. ad Pallad. re-  
 scripserunt: † leges sacratissimas, quæ constringunt ho-  
 minum vitas, intelligi ab omnibus debere. l. leges sa-  
 cratissimæ. C. de legib. id enim accipi volo, vel in legi-  
 bus, quæ diuino præcepto, aut naturali ratione confir-  
 mātur. l. venia. C. de in ius voc. vel ad instructiōē mo-


3  
*Nova opi-  
 nio.*

4  
*Iudex scire  
 iura debet.*

5  
*Leges quæ  
 ab omnibus  
 sciri debent.*

6  
 rū, co-  
 vniu-  
 ta de  
 ges, t  
 in la  
 uem  
 tiā, c  
 solē  
 ij. §.

1  
 Ar  
 2  
 Do  
 3  
 Ar  
 4  
 Com  
 5  
 Em  
 6  
 Ar  
 7  
 Nov  
 8  
 Lau  
 9  
 Ar  
 10  
 Res

1  
  
 cau  
 giti  
 dele  
 qui

6 rñ, cohibēdāq; insolentiā hominum vitā, pertinēt: vt  
 vniuersi, præscripto earū manifesti<sup>9</sup> cognito, vel veti-  
 ta declinēt, vel cōcessa sectētur. d. l. leges. Alias autē le-  
 ges, nemo, vt opinor, ipse, ita scire tenetur, vt ignorās  
 in lata culpa dici debeat. Quāquā fortasse dici pōt, le-  
 nem, eo nomine cōtrahi, quod nō eā adhibeat diligen-  
 tiā, quā prudētes homines, in negotio simili, exhibere  
 solēt: qui ius quod ignorāt, à peritioribus scrutātur. l.  
 ij. §. ff. quis or. in bo. pos. seruet. *Ioannes Cora. Tolosa.*

*Exposita no  
 uē l. leges sa  
 cratissima.*

*Nullum esse arbitratorem, contra omnium &  
 Legistarum, & Canonistarum traditionem.  
 Quiq; propriè, in iure dicantur arbitri.*

*Arbitrorum tres species.*

1 *Doctorum declaratio reiecta.*

2 *Arbitri qui propriè.*

3 *Compromissum quid.*

4 *Emendata litera §. arbitrorum.*

5 *Arbitratores nulli in iure.*

6 *Nona declaratio.*

7 *Laudum quid.*

8 *And. Alciati lapsus.*

9 *Restituta litera rub. de recep. arb. CAP. XVIII.*

10 **E**cerūt cōmētatores nri, arbitrorū tres *Arbitrorum  
 tres species.*  
 species. Quosdā iuris dicūt, q̄ secūdū for-  
 mā legis, & ex iuris necessitate deligunt:  
 q̄les illi sunt, quos oportet p̄ suspitiōis  
 causas in iud icē p̄ponētē, eligere, vt de his causis, an le-  
 gitimæ sūt cognoscāt. l. fi. C. de iud. c. suspitiōis, de of.  
 dele. c. ab arbitris, illo ti. ij. Quosdā cōpromissarios,  
 qui à litigatorib<sup>9</sup> adētur, vt ordīe iudiciij seruato, litē



- dirimant. de quibus tit. ff. & C. de arbit. deniq; quosdā arbitratores, qui assumuntur, vt & de iure, & de facto, super lite procedentes, negotium amicabiliter tractēt, & componant. l. si societatem. §. arbitriorum. vbi Bar.
- 2 col. ij. ff. pro soc. † Horum ego, cū nullibi in iure nostro mentionem factam legerim: non modo vocabulū ipsum, sed & totam hanc arbitratorum declarationē, commentitiam puto: nā nec vel lege, vel ratione, defendi potest, quod Doctores passim docent. arbitru, (quē vocant arbitratorē, vt litē dirimat iam cōceptā, assumi: aut vt iudicē, quo quomodo eligi. † Itaq; arbitru eum propriē existimo dici, quē ex cōpromisso, partes cōsentientes adeunt, dirimendæ litis gratia: quā iudicandi potestatem, qui recipiunt arbitrium recipere dicūtur.
- 3 *Arbiter qui propriē.* l. idem Pomp. §. recepisse. ff. de arbit. † Est autē cōpromissum, simultanea illa partiū promissio, quæ sua spē, ad alicuius boni viri arbitriū, suā remittunt cōtrouersia. Quod frequētissimē fit, addita per stipulationem pœna, si eius iudicis arbitrio, paritum nō sit: tamen si quādoq; sine adiectione pœnæ fiat. l. diē proferre. §. fin. ff. illo tit. Alij, qui de litibus non cognoscunt, arbitri propriē non sunt: licet arbitrium habeāt, hoc est, potestatem, de re aliqua arbitrandi. nec obstat §. arbitrorum duo sunt genera. d. l. si societatem. in quo ab ineunte ætate docui, arbitriorum, non arbitrorum legendum: vt sequentia textus verba, (*vnus eiusmodi, vt siue æquum sit, siue iniqum, parere debeamus*) & posteriora, congruant. † Quodque vulgō, per manus traditum est, aliquos esse arbitros, ab scriptoribus arbitratores appellatos, qui de iure, & de facto, circa litium cognitionem, & diffinitionem procedant: tam falsum est,
- 4 *Compromissum.*
- 5 *Explanatus §. arbitrorū.*
- 6 *Arbitrator nullus in iure.*

est,  
ter,  
7 gno  
uo  
alio  
tius,  
prio  
bet,  
restr  
ta &  
l. fid  
tu. ff  
8 † Q  
bitr  
mag  
na  
9 vel  
qui  
iud  
mo  
10 Sic  
adr  
tur  
pro  
fi. p

1 Tu  
2 Fi  
3 A

est, quam quod falsissimum solus si quidem est Arbit-  
 7 ter, mox à nobis declaratus, qui de controuersis cog-  
 noscat. Ille † enim Arbitr, quem Arbitrariorem no-  
 uo vocabulo dicunt, non ad lites, sed ad contractus,  
 aliosq; actus extraiudiciales, adhibetur: veluti, cum Ti-  
 tius, à contrahentibus eligitur, vt pretium rei, in em-  
 ptione aestimet: aut partes, ex quibus societas coiri de-  
 bet, præscribat: vel eius arbitratu, res relinquatur, aut  
 restituenda veniat: vel etiã, operæ promittuntur. l. si coi-  
 ta & l. veluti. ff. pro soc. l. si libertus ita. ff. de oper. libe.  
 l. fideicommissa. §. quanquã. ff. de leg. iij. l. si quis arbitra-  
 tu. ff. de legatis iij. §. pretium. de emp. & vend. in instit.  
 8 † Quam rem, paulò plenius exequutus sum, in d. §. Ar-  
 bitratorum. Sententiã porrò, Arbitri, Doctores voce  
 magis barbara, & ineptiore, laudum dicunt. cum Lati-  
 na locutione, etiã Iurisconsultus vsitata, vel sententia,  
 9 vel Arbitriũ, dici debeat. † Licet And. Alcia. vir alio-  
 qui doctissimus lib. parerg. j. ca. xlv. perperã existimet,  
 iudicium id Arbitri, Arbitriũ dici non posse: immem-  
 or permultorũ textuũ, qui in ti. de receptis arbitriis:  
 10 Sic † enim, non de receptis arbitris, legendũ frequẽter  
 admonui: cum arbitri à partibus adeantur, & eligan-  
 tur. ab arbitris verò, arbitria recipiantur. Arbitrium,  
 pro sententia ponunt: sed præsertim l. idem Pompo. in  
 si. prin. & l. si in tres. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Nota expo-  
sitiõ.*

*Laudum.*

*Arbitrium.  
Alciaus ta-  
xatur.*

*Restituta  
litera.  
Rubrica de  
arbitr.*

*Cur fiducia tutela societatis ve damnatus infamis sit, ex Cicerone notatum.*

- 1 Tutor, mandatarius socius, cur infamis.
- 2 Fides vitam continet.
- 3 Amicitia, & fides violator.

AA 5





- 4 Socium fallere turpissimum.  
 5 Pupillorum defensio sanctissima.  
 6 Nova ratio.  
 7 Deposita quando crescat inficiatione. CAP. XIX.

1  
 Infames cur  
 socius & in  
 tor.



2  
 Fides vitā  
 continet.

3  
 Amicitie et  
 fidei viola-  
 tor.

**P**RAETOR ait, † eum infamia notari, qui pro socio, tutelæ, mandati, suo nomine damnatus erit. l. j. ff. de his qui not. infra. à qua sententia, non multum abhorrent, quæ Cicero pro Roscio Comædo scribit: Si qua, inquit, sunt priuata iudicia, summæ estimationis, & penè dicam capitis, tria hæc sunt: † Fidei, Tutelæ, Societatis, æquæ enim perfidiosum, & nephariū est, fidē frangere, quæ cōtinet vitā: & pupillū fraudare, qui in tutelā peruenit: & sociū fallere, qui se in negotio cōiūxit. & paulò plenius, pro Rosc. Amerino, rem ipsam attingēs, in priuatis rebus, ait, si qui rem mādātā nō modo malitiosius gessisset, sui quæstus, aut cōmodi cā, verū etiā negligētius, eū maiores, summum admisisse dedec⁹ existimabāt itaq; mādati cōstitutū est iudiciū, non minus turpe, q̄ furti: credo, p̄pterea q̄ quibus in rebus ipse interesse non possumus, in his, operæ nostræ vicaria fides, amicorū supponitur: quā q̄ ledit, oppugnat omnium cōmune præfidiū, et quātū in ipso est disturbat vitæ societate. Nō enim possumus omnia per nos agere, alius in alia est re magis utilis: idcirco amicitie cōparātur, vt cōmune cōmodum, mutuis officiis gubernet. Quid recipis mādātū, si aut neglecturus, aut ad tuū cōmodum cōuersurus es? cur mihi te offers, ac meis cōmodis officio simulato officis, & obstas. recede de medio, per aliū transigā. † Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitia, & fidē: nā neq; mādāt quisq̄ ferē, nisi amico: neq; credit,

nisi e  
 mul  
 effiet  
 sociu  
 4 norit  
 atq;  
 auxi  
 uit: a  
 cui se  
 maxi  
 nos p  
 est. S  
 mus,  
 sociu  
 habe  
 dē, d  
 tute.  
 5 neq;  
 re p  
 mor  
 Atti  
 fore  
 pille  
 6 falle  
 tute  
 nō e  
 ve c  
 infā  
 prim  
 bi, n  
 enit

nisi ei quē fidelē putat. Perditissimi est igitur hoīs, si-  
 mul & amicitia dissoluere, & fallere, cū, qui læsus non  
 esset nisi credidisset. Haecenus de iudicio mandati. De  
 societate, paulò post in hæc verba scribit. † In rebus mi-  
 norib⁹, inq̄t, sociū fallere, turpissimū est, æqueq; turpe,  
 atq; illud, de quo ante dixi, neq; iniuria, p̄pterea quod  
 auxiliū sibi se putat adiunxisse, qui cū altero rē coica-  
 uit: ad cuius igitur fidē cōfugiet, cū p̄ eius fidē læditur  
 cui se cōmiserit? Atqui ea sunt animaduertēda peccata  
 maximè, quæ difficillimè præcauētur. recti esse ad alie-  
 nos possumus, intimi multa apertiora videant, necesse  
 est. Sociū verò cauere qui possumus: quē etiā si metui-  
 mus, ius officij lædimus. Rectè igitur maiores, cū, qui  
 sociū fefellisset, in virorū bonorū numero nō putarūt  
 haberi oportere. At verò, de tutelæ iudicio, nūc dicen-  
 dū, de quo idē Cic. in iij. off. sic scribit dolus malus, in  
 tutela si quis interuenerit, lege. xij. tab. vendicabitur.  
 neq; iniuria. † Siquidē primū iuxta parētes locū, tene-  
 re pupillos debere, fidei tutelæq; nostræ creditos, ex  
 moribus Po. Rom. satis cōstat. Gel. authore, in v. noct.  
 Attica. c. xiiij. ideoq; M. Cato, in oratione, q̄ apud cen-  
 sores in Lentulū, dixit maiores, sanctius habuisse pu-  
 pillos defendi, resq; eorū fideliter agere, quā clientē nō  
 fallere, refert. † Hinc itaq; patet, cur damnati iudiciis  
 tutelæ, pro socio, mādati, & depositi, notētur infamia:  
 nō etiam dānati mutui, præcarij, cōmodati, aliorū-  
 ve contractuum. neque enim mouentur quatuor illa  
 infamatoria iudicia: nisi aduersus eos, quorum fidei,  
 principio maximè credidimus: quiq; vt insigniter pro-  
 bi, nec vulgares amici, sese nobis exhibuerunt. Neque  
 enim quispiam tam stultus credendus est, qui negotia

Socius nōn  
 si turpissi-  
 mē falli po-  
 test.

Pupillos tue-  
 ri sanctissimū.

L.  
 XIX.  
 otari,  
 nomi  
 i not.  
 abhor  
 mado  
 æxi-  
 † Fi-  
 m, &  
 pillū  
 qui se  
 ncri-  
 i rem  
 s, aut  
 num  
 ū est  
 o qui  
 peræ  
 edit,  
 o est  
 a per  
 imi-  
 iciis  
 , aut  
 s, ac  
 cede  
 hæc  
 ā, &  
 dit,

gerenda, liberos suos tuendos, rem caram custodien-  
dam, cuiquam mandet: aut cum eo societatem coëat,  
quem suspicetur, vel improbum hominem, vel parum  
sibi amicum. Quare nefarius, perditus, & verè prodi-  
tor censeretur, qui eum fraudat, à quo ipse bonus, &  
amicus, existimatus est: cuique se talem, ipse exhibuit.

7 l. j. §. prætor ait, in fi. ff. deposit. † Eademque propè dis-  
*Depositum*  
*quando cre-*  
*scat inficia-*  
*tione.*  
 solutione, finitur & illa controuersia, cur si agatur iu-  
 dicio depositi eo nomine. *Quod tumultus, incendij, ruina,*  
*naufragij ve causa*, depositum sit, ob inficiationem, in  
 duplum actio crescat: non item si ex alia causa, debi-  
 tum præcesserit, aut in commodato, præcario, mutuo,  
 cæterisque contractibus. Quoniam maior est perfidia,  
 fortuna laborantem aduersa, defraudare: quàm felici,  
 fortunateque; degenti, inferre iniuriam. Et certè, non  
 potest non esse grauissimum perfidiæ crimen, inficiã-  
 tis depositum, in tam miserabili causa deponentis  
 vt meritò seuerè fuerit vindicandum. d. l. j. §. prætor.  
 & §. rei. de actio. *Ioannes Corasius, I. V. D. Tolosa.*

*Ex actis contra conscientiam, an iudicem iudi-*  
*care oporteat, ac quo sensu. §. Veritas acci-*  
*piendus sit.*

- 1 *Iudex an ex conscientia contra acta, iudicet.*
- 2 *Princeps potest sequi conscientiam.*
- 3 *Notorium non eget probatione.*
- 4 *Sententia iniusta non exequenda.*
- 5 *Noua opinio.*
- 6 *Conscientia quid.*
- 7 *Veritatis magna vis.*
- 8 *Iudicia veritati seruiunt.*

9 Iudicium non in testimonijs sed in sapientia iudicis consistit.  
 10 No. fen. §. Veritas.  
 11 Explicatus locus Genes.  
 12 N. L.

CAP. XX.



Iudicium non in testimonijs sed in sapientia iudicis consistit, debere iudicem ex actis, conscientia propria, & rei veritate postposita, iudicare. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. c. pastoralis. §. quia verò de offi. deleg. Gloss. plenè, & Scriptores, in c. j. de offic. ord. Idq; potissimum, dei Opt. Max. exemplo adducti: cuius oculis tamen nuda omnia sint, & aperta: turpissima tamen, nec referenda, Sodomæ flagitia, non ante iudicare voluit, quàm manifestè cognouisset, esse vera quæ iactabantur. vnde Genes. xvij. Descendam (dixit dominus) & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. † Aliquot casus Doctores excipiunt, tres præsertim. Primus, cum qui iudicat, princeps est: aut alius iudex, legibus solutus: veluti, præfectus prætorio. l. normam. C. de offic. præfec. prætor. 3 Bar. in l. j. C. vt quæ def. aduocat. † Alter, cum iudicis conscientia, à notorio informata esset. Gloss. in c. fin. xv. q. v. cum enim notorium, probatione non eget. l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisf. cog. l. emptorem. ff. de actio. emp. soloq; onere probandi, partem grauet: Gloss. in cle. appellanti appell. perinde est, ac si plenè probatum, coram iudice fuisset. Quod & interpretes, prosequuntur abundè, in l. ea quidem. C. de accusat. & in c. vestra & c. si. de cohab. cleric. & mul. verùm nec eo casu satis putant, notorium allegari: nisi de illo, iudici

*Index an iudicet secundum conscientiam.*

*Locus genes.*

*Princeps iudicat secundum conscientiam.*

*Notorium non eget probatione.*

vt iud

vt iudici, ex actis appareat. Cy. Bal. & cæteri in d. l. ex  
quidem Bal. in auth. qui semel. C. quomodo & quan-

4  
Sententia in-  
iusta nõ ex-  
equenda.

do iud. † Tertius est, negotium criminale, quod non-  
nulli excipiunt: aut saltem eius executione: quam nun-  
quam iudex facere debet, qui scit reum iniuste damna-  
tum. Quod inquit Inno. in d. §. quia verò, puto verif-  
simum: licet cæteri contradicant. Sequuntur Angel.  
& Imol. in l. à diuo Pio. in princip. ff. de re iudic. Ante

5  
Nova opin.

quos, sic primum causam criminalem, à civili seixxit,  
† vt in hoc acta: in illo, conscientiam sequatur iudex.  
Ioann. And. in add. ad specul. tit. de disput. & allegat.  
aduoc. §. fi. nec desunt, qui vbiq; dicant, principem ad-  
monendum: vt quod sibi responsum fuerit, sine pericu-

6

Censciantia  
quid.

conu. lib. 1.  
Varia. c. 1.  
n. 3.

lo, iudex exequatur. §. fi. de iud. coll. vj. Ego verò, nullo  
casu, ex actis contra cõscientiam, hoc est certissimam  
fcientiam, eius rei, quæ in animo nostro versatur: iu-  
dicandum censeo: Alioqui in gehēnam, meritò conij-  
ceremur. vt est è pluribus Euangelii locis, perspicuum.

7

Veritatis  
magna vis.

Et veritati ex dyametro contradiceremus, contra præ-  
ceptum Domini, Ecclesiast. iij. † Qui, veritatis tantam  
esse vim voluit, vt præ rebus omnibus: fortior esset,  
& præualeret. iij. Esdr. iij. & c. consuetudo viij. distin.  
quam qui spernunt, Deum utiq; produnt? c. abiit xj.  
q. iij. Nec leges, diuersum constituisse autumo, quæ  
propter veritatem, vt illucesceret, iudiciorum solēnia

8

Veritati in-  
dicia ser-  
uiunt.

instituerunt: † non vt seruiret iudiciis veritas. Nec  
item iniquitatis, & iniuriæ, authores esse volunt. I. me-  
minerint. c. vnde vj. c. veniens. de iureiurand. Quid  
autem ab æquitate, & omni animi rectitudine, alie-  
num, ne dicam perniciosum, excogitari magis potest,  
quàm innocentis condemnatio? & nocetis absolutio. l.

absentem

absentem. ff. de pœn. Huc pertinet, quod Vlpian. non  
 semel, totum negotium, ad propriam iudicis consci-  
 entiam, hoc est, ad eius oculos retulit. l. ij. §. fi. ff. de fer. l.  
 si irruptione §. fin. ff. fin. regund. Et quod Calistratus  
 scripsit, debere iudicem ex animi sententia æstimare,  
 quanta sit fides, testibus adhibenda, quidq; credendum  
 probationibus. l. iij. §. j. & §. eiusdem. ff. de teti. † Pro-  
 inde Cicero, pro M. Fonteio in sapientia, & consilio  
 iudicis ostendens, non in testimoniis, constitutam iu-  
 dicandæ æquitatē, ea potissimū ratione vtitur, quod si se-  
 cū dū testes, rationes, aliāve instrumenta, producta sine  
 dubitatione, iudicandū foret, sapiente & probo iudice,  
 non opus esset: nihil etiam esset, cur alius alio iudice,  
 melior existimaretur. Quid est enim, inquit, vbi eluce-  
 re possit prudētia? vbi discerni stultus auditor, & cre-  
 dulus, ab religioso, & sapiēti iudice? nimirum illud, in  
 quo ea quæ dicuntur, à testibus, coniectura, & cogita-  
 tione trahuntur, quanta auctoritate, quanta animi æ-  
 quitate, quanto pudore, quanta fide, quanta religione,  
 quanto studio, existimationis bonæ, quanta cura, quā-  
 to timore, dicantur: & reliqua, quæ sequuntur. † Huic  
 autē nostræ sentētiæ, non imprimis oberit d. §. veritas:  
 in quo iacta sunt cōmunis opinionis fundamēta. Nam  
 Vlpian. illic vult, præfidē prouinciæ, sequi fidē eorū quæ  
 probabuntur: ne dolo & errore gestorū, vitietur ve-  
 ritas. Per contrarium igitur, sequendas probationes  
 negat, vbi per eas, negotij veritas obumbraretur. Quo  
 fit, vt is tex. aperte, sententiam nostram confirmet: vt  
 ei officiat tantum obest. † Quod autem interpretes, ex  
 li. Gen. referūt, aliā interpretationē accipit: Neq; enim  
 eo exēplo, Deus Opt. Max. homines monere voluit, vt  
 actorum

*Iudicium in  
 sapientia iu-  
 dici.*

*Explicatus  
 nouē. §. ve-  
 ritas.*

*Genes. locus  
 enodatus.*

actorum perfidiam, & mēdacia, potius quā rei veritatem, sectarentur: sed quemadmodum Euaristius Papa dicebat, vt nobis exemplum daret, ne præcipites, in discutiendis, & iudicandis negotiis essemus: & ne mala proximorum, prius quisquam præsumat credere, quā probare: & ita ne temere, indiligerentq; probata, indiscussa quoquomodo iudicemus. c. Deus omnipotens. ij. q. j. † Malim igitur, in tanta rerum varietate, & inconstantia, iudicem more maiorum, iudicandi munere absolui. si sibi N. L. id est non liquere, iuraverit cū meritissimē dubitare possit, quid agere debeat, infirmatis, per conscientiam suam probationibus. Quod & Aul. Gell. in casu minus dubio fecisse, cum à prætoribus in iudices lectus esset, ex lib. xiiij. c. ij. suarum Atticarum noctiū constat. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Enarrata ex antiquis authoribus memorata ab Ulpiano hystoriæ, Restitutusq; sibi ipsi iuriscōsultus.*

- 1 *Fœmina, cur postulare prohibita.*
- 2 *Emendata litera l. j. ff. de postul.*
- 3 *C. Affrania impudentia.*
- 4 *Pyrrhi de Romanis victoria.*
- 5 *Cyneas orator eximius.*
- 6 *Appij Claudij cæci magnanimitas.*
- 7 *Romanorum responsum ad Pyrrhi legatum.*
- 8 *Appius orator disertus.*



C A P. XXI.

1  
Fœmina cur  
postulatione  
arceatur.

IN interpretatione, edicti de postulando, Ulpianus summa ratione, constitutum à prætore dicit † ne pro aliis, fœminæ postula

stula  
land.  
cong  
bus  
ta e  
recu  
2 sam  
Casi  
vxor  
pron  
3 semp  
exerc  
imp  
fran  
casu  
exco  
gistr  
toris  
Illic  
blici  
4 capt  
verd  
fent  
iur.  
an I  
reru  
hyst  
rhu  
xili  
lem  
ced

stularent. Et ratio, (inquit, in l. j. §. sexum. ff. de postu-  
 land.) prohibendi est, ne contra pudicitiam, sexti  
 congruentem, alienis causis, se immisceant: ne virili-  
 bus officijs, fungantur mulieres. Origo verò introdu-  
 cta est, à *Calphurnia*, improbissima foemina, quæ intue  
 recundè postulans, & magistratum inquietans, caus-  
 2 sam huic dedit edicto. † Sic vulgò legitur, cum tamen  
*Caia Affrania*, sit legendum: quæ Licinij Bustrionis  
 vxor fuit, impudentissima sanè mulier, & quæ ad lites  
 promptissima, apud prætorem pro se verba facere,  
 3 semper voluit. † Inusitatis foro latratibus tribunalia  
 exercens, tanta calumnia, & improbitate abundans, vt  
 improbis foeminarum moribus, pro crimine. C. Af-  
 frania nomen obiiiceretur. Adicit paulò post Vlpian.  
 casu quoque, aliquos postulatione prohiberi: veluti,  
 cæcos, vtrisque luminibus orbatos: quod insignia ma-  
 gistratus videre, & reuereri non possint: licet hi sena-  
 torium ordinem, ceptumq; magistratum, retineant.  
 Illicq; refert Appium Claudium cæcum, consilijs pu-  
 blicis interfuisse, seuerissimamq; in senatu, de Pyrrhi  
 4 captiuis non recipiendis, dixisse sententiam. † Pompo.  
 verò de rege Pyrrho, in vrbe nò recipiendo, Appium  
 sententiam tulisse scribit. l. ij. §. & quidem. ff. de orig.  
 iur. Quis autem hic Pyrrhus fuerit, an Achilleides,  
 an Epirotarum rex, non satis Accurs. antiquarum  
 rerum ignarus, intellexit: qui in enarratione huius  
 hystoriæ, infantiliter variat. Veritas sic se habet, Pyr-  
 rhus Epiri regem, Tarētinis aduersus Romanos, au-  
 xilium laturum, Italiam traiecisse. Albinumq; consu-  
 lem Romanorū, licet acriter resistentem, cum magna  
 cæde, in fugā vertisse. Quo exercitu superato, suppl-

*Calphurnia*

*Caia Affra-  
nia.*

*Appius  
Claudius  
cæcus.*

*Pyrrhus.*

*Pyrrhus  
rex Epiro-  
tarum.*



uerunt, & insuper amplificauerunt, militum numerum Romani, nullam pacis mentionem facientes: quares in admirationem, Pyrrhum conuertit, tandemq; compulit, vt prior ipse experiretur, an pacem vellent

5 Romani. † Itaque Cyneam virum magni ingenij, Demosthenis quondam auditorem (de quo Pyrrhus dicere solebat, plures à Cynea oratione, quam à scarmis partas esse vrbes) ad Senatum Populumq; Roma, legatum misit, componendæ pacis gratia, liberationem captiuorum, & auxilium ad subigendam Italiã, populo Romano offerens: pro his aliud nihil, quam Tarentinis securitatem, sibi amicitiam, postulans.

6 Cumq; ad pacem inclinaret Senatus, † Appius Claudius, vir amplissimus, ob senectutem tamen, & oculorum orbitatem, iamdiu à Reipub. muneribus cessans, lectica in curiam se deferri iussit: luculentaq; oratione habita, Senatores omnes, qui iam pacem decreuerant, ad studium belli traduxit, obtinuitq; vt Cynea dimisso † responderetur, Pyrrhus Italia excederet, tumq; si è re sua videretur, de amicitia, ac societate, verba faceret. Quoad verò in armis adesset, Populum Romanum, aduersus eum belligeraturum, etiam si mille Albinos, pugna superasset. Alij non Albinum,

7  
*Valerius Leuinus.* sed Valerium Leuinum consulem, primùm à Pyrrho superatum fuisse, scribunt: ex eaq; victoria, Pyrrhum ducentos captiuos milites, Romam gratis remisisse, vt liberalitatem, nedum virtutem eius, Romani cognoscerent. Cyneamq; legatum eius petiisse, vt pacis componendæ caussa, rex in vrbem reciperetur. De quibus rebus, cum ad frequentiore Senatum referri placuisset, Appius Claudius, qui & senex, & cæcus, in

in S  
 Pyr  
 tum  
 8 Q  
 de c  
 de S  
 bat  
 Sena  
 cum  
 perf  
 Q  
 Car  
 & ta  
 egit  
 tum  
 xisse  
 1 Com  
 2 Iude  
 3 Viri  
 4 Noua  
 5 Expo  
 6 Simi  
 7 Vir b  
 8 Vir b  
 9 Plat

in Senatum delatus erat: sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur: Sapientiꝫ; sua oratione, Senatum iam iam inclinatum, à Pyrrhi pace reuocauit.

- 8 Quam ob rem, † suspicatur eũ disertum Cicer. in lib. *Appius Claudius disertus.*  
 declar. orator. De quo præterea, sic agit Cicer. in lib. de Senectute, ad Appij Claudij senectutem, accedebat etiam, quod cæcus esset, tamen is cùm sententia Senatus inclinaret, ad pacem, & foedus faciendum, cum Pyrrho: non dubitauit dicere illa, quæ uersibus persecutus est Ennius.

*Ennij uersus.*

*Quo uobis mentes rectæ, quæ stare solebant,  
 Ante hac dementi, se se flexere ruina?*

Cæteraꝫ; grauissimè, notum enim uobis carmen est, & tamen ipsius Appij extat oratio, atque hanc ille egit septem & decem annis, post alterum consulatum: cùm inter duos consulatus, anni decem interfluxissent. Censorꝫ; ante superiorem consulatũ fuisset.

*Ioannes Corasim Tolosa.*

*Vir bonus in iure, quis dicatur, præter Accursij cæterorumꝫ; sententiam.*

- 1 *Communis interpretatio.*
- 2 *Iudex innocens vir.*
- 3 *Viri boni arbitrio explicandum à quo æstimandam.*
- 4 *Noua opinio.*
- 5 *Exposita nouè litera. S. cùm ita.*
- 6 *Simile nullum idem.*
- 7 *Vir bonus: quis propriè dicatur?*
- 8 *Vir bonus quomodo arbitrari debeat.*
- 9 *Plato Virum bonum quærebat.*

- 1 **Vir bonus quis.** **R**EQVENTISSIME † legislator, de bono viro verba facit, quem vbique Accurs. & reliqui omnes, iudicem interpretantur: adducti potissimum. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & l. sed si vnus. §. prætor ait. ff. de iniur. Quam sententiam, aliâs † permultis, nec negligendis rationibus, vltra doctores confirmabam. Nam & Vlpia. scribit, oportere iudicem, boni & innocentis viri, officio fungi. l. cætera. §. j. ff. famil. erisc. Et quia non alteri magis, conuenire potest boni viri nomen, quâm iudici: qui æquitatem, & bonitatem ipsam, continuò debet ob oculos habere. l. quod si Ephesi. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. Quocirca censuerunt interpretes, legem vel scriptam, vel municipij, quæ nõnihil † boni viri arbitrio iubet explicari: de iudice intelligere. d. §. cum ita, & l. vir bonus. ff. iud. sol. glos. in c. potuit de locat. Alex. consil. cxxix. volu. ij. Quæq; à lege determinationem non recipiunt, arbitrio iudicis vti viro bono committi. l. j. ff. de iur. delib. l. j. §. expilatores. ff. de effracto. l. hodie. ff. de pœnis. c. de causis, de offic. deleg. † Nunc verò, quoniam animaduerti, expositionem huiusmodi, boni viri, id est, iudicis, nullibi legi, minimeq; verbis, ac sensui legum conuenire: factum est, vt communi interpretatione neglecta, aliam quæsierim. Huc pertinet, quod alium omnino bonum virum, à iudice, probat. d. §. cum ita, si tamen eius verba, † vt & in vetustioribus, & castigatis codicibus, sic emendatè legantur. Et magnus est, vt totam eam rem, ad iudicem, aut virum bonum, remittamus. Itidem probat. d. l. sed si vnus. §. prætor ait. ff. de in
- 2 **Index bonus & innocens.**
- 3 **Iudicis arbitrio lege non finita committuntur.**
- 4
- 5 **Emendata litera. §. cum ita.**

de i  
aut,  
aut  
6 scia  
mil  
7 lum  
bon  
nen  
& i  
tur  
in r  
in p  
8 libe  
vt i  
in d  
C.  
ten  
lat.  
& i  
rin  
gat  
Ho  
  
9 Hi  
no  
ran  
Pl

de iniur. cuius litera si etiam vulgò scripta est. *Prætor ait, arbitratus iudicis, utique quasi viri boni*, particulam autem, *quasi* aduerbium esse similitudinis, est qui nesciat nemo. l. ait prætor. §. fin. ff. de re iud. † Atqui simile, non est idem. l. quod nerua. ff. depositi. c. capitulum sanctæ Crucis, de rescript. † Malo itaque virum bonum dicere, probum, iustum, & innocentem hominem. l. fin. C. de ali. pup. præst. ac prouidum quemuis, & industrium patrem familiâs, rei controuersæ peritum, qui sic à partibus aditur, vt æquitatem sequutus, in re, de qua agitur, æstimet, & arbitretur. l. si in lege in princip. ff. locat. l. si pater. §. si sticho. ff. de fide libert. † Quod præsertim faciet, si sic constituat, vt in re sua constitueret. l. prima. §. fina. ff. de solutio. in dubijs, mediam viam eligendo. l. fin. §. sed & si quis. C. cõ. de legat. naturali in omnibus æquitati voluntatem suam conformem faciens. l. ij. §. de illis. ff. de collat. bonor. Sic enim statuens, nemini infestus, bonus, & iustus, litigatoribus, alijsq; , qui in eum consenserint, videbitur. l. fideicommissa. §. proinde. ff. de legat. iij. Ad hæc pertinet, præsignis illa de viro bono, Horatij sententia, in j. Epistola.

*Vir bonus  
proprie quis*

*Vir bonus est quis?*

*Qui consulta patrum, qui leges, iuraq; seruat.*

*Quo multa, magnaq; secantur iudice lites.*

9 Hic autem, † nemo iure putauerit, nos de eo viro bono verba facere, quem se quærere Plato, Dionysio tyranno, constanter & intrepidè respondit, vt est apud Plutarch. in Dione.

*Plato virum  
bonum quaerebat.*

*Ioannes Corasius Tolosæ.*

Quis primus imperatorum omnium, Christianus effectus sit, aduersus scriptorum in iure civili, & Pontificio opinionem.

- 1 Constantinus Imperator.
- 2 Iul. Philippus primus Imperator Christianus.
- 3 Fabiani Pontificis memorandum factum.
- 4 Philippus & Constantinus, quando regnauerint.
- 5 Agelastos.
- 6 Christo, qui honor à Caesaribus habitus.

## C A P. XXIII.

1  
Constantinus  
Casar.



ENO Imperator, † Sebastiano præfecto prætorio scribens, diuum Flauium Constantinum, primum fuisse, qui fide Christianorum, Romanū muniuit Imperiū, testatur. l. diui. C. de nat. lib. cōsentitq; Milchiades papa, religiosissimum virū Constantinū, primū, veritatis Christianæ fidē, patenter adeptū referēs. c. futurā. xij. q. j. Inde q; tradūt, & Casarei, & Pōtificij iuris interpretes, Cōstātinū, imperatorū omniū primū, Christianū effectū fuisse, in l. j. C. de sacros. eccles. & in d. c. futurā. Qua in re, euidēs cuiq; faciunt, quā sint hystoriarū, rerūq; omniū antiquarū, imperiti. & ignari:

- 2 † nā vt est apud Hystoricos omnes, M. Iulius Philippus, vice simus septimus ab Augusto, vnā cū Caio Iulio Saturnino, Philippo filio, quē confortē imperij fecit: exercitu incolumi, ex Syria ad Italiā reducto, primus omniū imperatorū, Christianus Romæ fact<sup>9</sup> est.
- 3 † Qui cū in die Paschæ, cōmunicare mysteriis voluisset, à Fabiano Episcopo Romano, prohibitus fuit initio, nec ante mysteriorū copiā, ei facere voluit, quā

Fabianus  
Pōtif. Rom.

peccata

peccata cōfessus, per pœnitētiā, culpas, quæ de eo plurimæ ferebātur, diluisset. Imperatū à Pōtifice nō grauatē, eū suscepisse, deincepsq; animū religionis plenissimū habuisse, legimus. † Imperare autem cœpit, Iul. Philipp. anno ab vrbe cōdita, noningētesimo nonagesimo septimo. Flavius verò Cōstātinus, vt ex Annaliū scriptoribus constat anno millesimo sexagesimo primo. Quo constat Iulium Philippum, ante Constantinum, lxxiii. annis, imperare cœpisse. Et ita multò ante tempore, quàm Constantinus regnaret, alium Imperatorem, nempe Iul. Philippum, religionis nostræ fidem adeptum, de quo tale distichum alicubi legi,

*Cæsareos inter procures, fuit ecce Philippus.*

*Primus, qui Christi sacra, fidemq; colit.*

Eū tamen, vt scelera subtilius tegetet, cultū Christiani nominis simulasse, ex hystoricis intelligimus. † Habuit his filium M. Iul. Philippum, qui Agelastos, hoc est irrisibilis dictus est: animi tam tristis, tamq; feueri, vt nullius cuiusquam commento, ad ridēdum, iam tum à quinquennij ætate, solui potuerit: patrēq; in ludo seculari, insolentius cachinnantē, auersq; vultu, licet adhuc tener, aliquādo notauerit. Quantū autē cōcesserint, Christo, Tyberius, Adrianus, ac Seuer<sup>o</sup> Romani Imperatores, ex Eusebio, Tertulliano, & Lāpridio, satis cōstat. † Referūt nāq; Eusebius, & Tertullianus, Tyberiu Cæsare, voluisse Christū à S. P. Q. R. adorari. Deq; eadē recogitās Adrianus, Imp. Christo tēpla cōdere cœpit: quāuis ab incepto, destiterit, verit<sup>o</sup>, ne cætera etiā tēpla desererētur: psuaserūt etenim præfecti sacrorū, Adria. Christianos oēs aliquādo futuros si illud effecisset, author est Lāprid. ad Cōstāt. Imp.

*Christo qui honor à Cæsare habitus*

Ex quo idem Adrianus, mutata sententia, christianam religionem, mox acerrimè est infectatus. Alexander verò Seuerus, qui optimus imperator habitus est: Christi numen, inter maximos & selectos diuos, in sacratio suo, seu (vt Lampridius vocat) Larario habuit. *Ioannes Corasius Tolosæ.*

*Qui sunt, apud Vlpianum Thymelici Xystici  
agitatores aspersores aqua, & designatores.*

- 1 *Gladiatores.*
- 2 *Luctatores.*
- 3 *Palastrita.*
- 4 *Pancratiasta.*
- 5 *Pancratium.*
- 6 *Diagora filij.*
- 7 *Pentathlus.*
- 8 *Quinquetrio.*
- 9 *Arenarius.*
- 10 *Bestiarius.*
- 11 *Xystici.*
- 12 *Pantomimi.*
- 13 *Chironomi.*
- 14 *Chironomia.*
- 15 *Thymelici.*
- 16 *Orchestra.*
- 17 *Agitatores.*
- 18 *Mappa premium.*
- 19 *Aspersores aqua.*
- 20 *Designatores.*
- 21 *Brabentes.*
- 22 *Magistri Cerimoniarum.*

## CAP. XXIIII.



1 **N**EQVE Thymelicos, neq; Xysticos; nec  
 2 agitadores, nec qui aquam equis spar-  
 3 gunt, cæteraq; eorum ministeria: qui cer-  
 4 taminibus sacris deseruunt, ignominio-  
 5 sos haberi omnes opinantur: & utile videtur, inquit  
 6 Ulpia. adiiciens, Designatores, quos Græci *βασίλους*  
 7 appellant: artem ludicram non facere: cum & locus  
 8 iste, à principe hodie, non pro modico beneficio de-  
 9 tur. l. Athletas in princ. ff. de iis qui not. infam. Hæc  
 verba, varij variè exponunt, ego breuiter, & dilucidè,  
 dicam Athletarum species, multifarias esse, nemini  
 incognitum, puto. † veluti gladiatorum, qui gladijs  
 depugnabant: † Luctatorum, qui luctando certabant,  
 alio nomine Palestritæ dicuntur. † Pancratiastarum,  
 qui totis corporis viribus, animosaq; omniũ neruo-  
 rum contentione, veluti, pugnis, cubitis, calcibusq; di-  
 micabant. † Nam Pancratium, certaminis genus est,  
 in quo omni impetèdi,prehendèdiq; modo, certato-  
 res vtuntur. l. qua actione. §. si quis in colluctatione.  
 ff. ad l. Aquil. † Pugilum, qui pugnis congregiebantur,  
 veletiam, qui pugnandi artem probè nouerant.  
 Diagoram filios tres habuisse, luctatorem vnum, alte-  
 rum pugilem, Pancratiastem tertium, cum à Gell. in  
 noct. Attic. tum ab alijs scriptoribus, relatũ est. † Pen-  
 tathlorum, quos latini à quinque artibus, † quinquatri-  
 ones dixerunt. Et vtroque nomine, vocati sunt, qui  
 artes gymnasticas quinq; in ludis exercebant. Discũ,  
 scilicet, cursum, saltum, palæstram, & iaculationem.  
 Arenariorum, † qui in arena amphiteatri cum bestiis  
 colluctabantur, quos ideo Iul. capitol. in Antonino

Gladiato-  
res.

Luctatores.

Pancrati-  
sta.

Pancratiũ.

Pugiles.

Pentathli.  
Quinqua-  
trio.Arenarius  
Bestiarũ  
Xystici.



- 10 Philosopho †bestiarios vocat, Xysticorum † deniq; hi  
 11 gladiatores erāt, q̄ hastili, in certamine vtebantur. Sic  
 ideo dicti, quos *ξυστήν* Græcè, hastā prælōgā, significet.  
 Vel, vt aliis magis placet, à porticu illa, lata, & ampla,  
 in qua potius quā in gymnasiis, Athletæ, per hyber-  
 na tēpora, sub tectō, vt ab imbris tuti essent, exerce-  
 ri solebāt, quā xystū, aut xystos, Græca appellatione,  
 vocari, † Vitruu. in vj. de Græcan. ædifi. author est. E-  
 rant & Histrones, in scænis, horū alii Pātōmimi, hoc  
 est, effrictores, & imitatores aliarū omniū personarū,  
 in scænis. l. si libertus artē. ff. de oper. libert. quorū ope-  
 ra, in recitandis tragœdiis, veteres præsertim vsos, ne-  
 mo nescit. † Alij Chironomi, qui taciti veluti præcri-  
 ptis motibus, & nutibus, cū manū gesticatione, salta-  
 bāt. † vnde et Chironomia, saltatio gesticulatrix, dicta  
 est. Thymelici quoq; , fuerūt inter Scænicos, † quales  
 sunt cytharœdi, cytharistæ, psaltæ, lyristæ, & tibicines  
 in scæna dispositi, vt spectatorū aures demulcerent, à  
 thimele, sic dicti, quo verbo alij pulpiti, alij arā, signi-  
 ficari volūt. † Erat autē pulpiti istud, vel etiam ara, in  
 orchestra chori, hoc est, in loco saltantiū honoratio-  
 re, qui in ima parte theatri erat, in quo senatores, &  
 aliis viri amplissimi, sedebāt. Sic dicto, quod in eo, sal-  
 tationes per scænicos artifices, fieri consueuissent, *ἑ-  
 ξουμοα* enim apud Græcos, idē quod tripudio, & salto,  
 significat: vt & Vitruu. in v. de Architectura indicat.  
 Hinc itē illi Epytaphio, quod etiā nū Romæ, inter se-  
 miruta vestigia, in veteri sepulchro legitur, lux affer-  
 tur plurima. *L. Theodoros Xysticus,  
 Paridi Thymelico, benè merenti fecit.*
- 17 Fit quoq; mētio, ab eodē Vlpia. de † Agitatorib⁹, quo-  
 Agitadores. rum, nō obscura est interpretatio: ij siquidem aurigæ

Histrio.

Pātōmimus

Chirono-  
mia.Chirono-  
mia.

Thymelici.

Orchestra.

Epitaphiū  
Roma.

erant, in curcensibus ludis, certamine curruli, sese ex-  
 ercetes, pannis & tunicis distincti. † Nam alij Russati,  
 quidam Albati, Prasini alij, & nonnulli Veneti. Qui-  
 bus pro præmio, à prætore, qui ludis præerat, mappa  
 proponebatur, quam primum ostendebat, nõ sine ma-  
 gno aurigarũ applausu, & gaudio celebrationẽ futu-  
 rã significãs. Deinde in spectaculis, mappã aurigæ vi-  
 ctori, pro præmio dabat: vnde Iuuenal. xj. Satyr.

Mappa præ-  
 mium.

*Interea Megalesiaca, spectacula mappa,  
 idæum solenne colunt, similisq; triumpho,  
 Prædo caballorum, prætor sedet.*

Qui verò sint hi, qui aquã in sacris certaminibus spar-  
 gunt, dubitationis plusculũ habet. † Et diuinaci quadã  
 cõiectura, vera tamẽ, Accurs. eos esse interpretatur, q  
 in studio dispositi, quo celerius, & acrius, in equestri  
 certamine refocillati eq. currerẽt, velociusq; metã at-  
 tingerẽt, equis frigidã aquã suffundebãt, & aspergebãt:  
 cui interpretationi cõsentit magnus ille Eras. in expo-  
 sitione eius parcemix, *Frigidã aquã suffundere.* Ante quẽ  
 in eã, Alex. Neap. lib. Genial. dier. iij. cõcesserat. Huic  
 etiã ego albũ calculũ adiicio, multoq; sanẽ mihi pba-  
 billior videt, ea quã ad me ex vobis vnº, politẽ tamẽ, &  
 eruditẽ scripsit, Asperfores aquæ, eos esse cõfirmãs, q  
 in cauea, vbi feræ inclusæ erãt, priusq; in theatrũ pdi-  
 rẽt, feris aquã multis ex causis spargebãt, vt ne inuicẽ  
 pugnarẽt, sese excuterẽt, politã in spectaculũ pdirẽt,  
 nitidãq; emergerẽt: Nã hæc interpretatio. d. l. Athle-  
 tas repugnat, q nõ feris, sed eqs aquã in certaminibº sa-  
 20 cris, veteres aspsisse refert. Designatores, † q Brabeutes  
 à verbo Græc. Brabeuo qd cõstituere, & arhitõ signi-  
 21 ficat, hic eos dici volo, † qui Gimnicis ludis præficiẽbã-  
 tur: vt spectatores, in officio continerẽt, compositẽq;

Asperfores  
 aquæ.

Designator

reprimerent. locum, & ordinem, vnicuique præscri-  
bentis. Sic dicti, quid designent, & ordinent spectato-  
res. Idq; terrore virgarum, quas lictores deferebant.  
Plaut. in prologo pænuli.

*Scortum exoletum, ne quis in profcenio.*

*Sedeat: neue licitor verbum: aut virga mutant.*

*Heu designator præteriens obambulet.*

Inde constat, perperam sentire, qui autumant, Desi-  
gnatores tantum pompæ funebri præfici. cum & cui-  
cunque pompæ præfint locum, & ordinem inceden-  
di, vnicuiq; designantes eodē propè olim functi mu-  
nere, quos hodie Romæ, magistri ceremoniarū, Bra-  
beutarum, † in Nerone Tranquil. meminit, luctaba-

Magistri ce  
remoniariū.  
22 tur, inquit, assidue, nec aliter gymnica certamina,  
Græcia tota spectauerat, quam Brabeutarum morte,  
in stadio humi assidens, ac si qua paria longius recel-  
sissent in medium manibus suis protrahens.

*Ioannes Corasius Tolosa.*

*De quo Catone Iul. Paul. in celebratissimo re-  
sponso. §. Cato senserit.*

- 1 Cato Vticensis stoicus.
- 2 Tres Catones.
- 3 M. Portius Cato.
- 4 Præcepta tria Catonis.
- 5 Fæmina non credendum arcanum.
- 6 Fabius Sabinus.
- 7 Cato quis apud Romanos dicatur.
- 8 Virtus singularis Catonis filij.
- 9 Catonis patris ad filium sapiens responsum.
- 10 Catonis constantia.

C.A.P.

## CAP. XXV.



**L**XTAT sub titulo. ff. de verb. obli. per-  
celebre Catonis apud Iul. Paulum re-  
sponsum tractatu tam difficile, atq; hor-  
ridum, vt non aliud in iure ciuili, simile

forlan reperiatur: in quo primùm moderniores disce-  
1 ptant, † de quo Catone senserit, Iurisconsult. Et exi-  
stimauit Ludo. Bolog. Bononiensis, vir diligens, &  
bene doctus, de Catone Vticensi, qui bello ciuili, ma-  
luit Vticæ mortem sibi consciscere, quàm à Cæsare  
hoste, petere salutem: præeunte in eam sententiam  
Alberico Rosaceo, in dictionario. Quæ tamen vera  
non est, cùm M. Catoni Vticensi, vt Stoico Philoso-  
2 pho, nihil commune cum iure ciuili fuerit. † Sciendū  
igitur, tres reperiri Catones, qui Iurisconsulti fue-  
3 runt: † primus fuit Marcus Portius Cato, qui literas  
4 Græcas, Ennio præceptore vsus, † senex didicit. quiq;  
5 tria detestari solebat, Arcanum † aliquod fœminæ  
credere, nauigare, cum pedibus ire liceret: & diem per  
incuriam, inanem effluere. Is Tusculano municipio  
ortus, Romam migravit. l. Valerij Flacci admonita,  
censoriæq; potestati, ibidem præfectus, cùm seuerè in  
permultos nobiles, animaduertisset, complures con-  
traxit inimicitias: adeò, vt quadragies quater, capitis  
accusatus fuerit, at tanta probitate pallebat, vt semper  
absolueretur. Optimus senator, summus fuit impera-  
tor, peritissimus ac eloquentissimus Iurisconsultus,  
solertissimus agricola, vt ex Liuiio, Plutarcho, Cice-  
rone, de clar. orat. Plin. & aliis hystoriis scire licet. Eū  
portix familiæ principem, Pompo. l. ij. §. hos sectatus.  
ff. de orig. iur. propterea dicit, quod prius inter Cato

Cato Vti-  
censis.

Catones  
tres.  
M. Portius  
Cato.

nes,

nes, Portius cognominatus, familiae suae, & posteritati cognomē reliquerit. Alter Cato fuit eius filius, qui imperator designat<sup>9</sup>, patre viuo diē suū obiit, per multos tamē, & iis quidē egregiis, de iuris ciuilibus prudentia

6 *Fabius Sabinus.* libris, relictis: vt est apud Gel. lib. xiiij. cap. viij. † Fuit et tertius lōgē iunior, Fabius Sabinus, Sabini insignis viri filius, qui vt in Seuero scribit Lāprid. floruit sub Alexandro imperatore, propterq; singularē sapientiam,

7 *Cato quis apud Romanes.* Cato sui tēporis dictus est. † Solebant autē Romani, eū in quo eximia prudentia, rerūq; multarū vsus, ac experientia esset, Catonē appellare. Si quid igitur (vt tādē dicamus) à Catonibus iuris ciuilibus extiterit, nō à M. Catone Stoico, qui nō Iurifcon. fuit: sed à M. Portio Catone filio maiore. M. Catonis cēforini, prodisse credēdū est. Qui nō legū ciuiliū modō peritus, sed & in re militari strenuus fuit. Extat ad eū, Catonis patris epistola quædā, in qua eius cupiditatē, studiūq; vehemens, in ense recipiendo, maximopere laudat. † De hoc & illud legimus, tāta fuisse eū sedulitate, probitate, & prudentia, vt Scipiōis affinitatē, nō tā patris dignitate, quā singulari sua virtute, sibi cōparauerit, duxit nanq; adolescēs adhuc, Tertiā Pauli Aemilij filiā, Scipionis sororē. Cū autē Cato pater, Salonij scribae filiā, ei nouercā superinduxisset, filiusq; cōsiliū huius-

8 *Catonis filij eximia virtus.* modi, molestē ferens, patrē rogaret: † nū quā in re offensus, indignabundus sibi, nouercā induxisset. Cato pater lepidē simul, ac sapienter respondit: nihil esse, quod ei succenseret, cuius omnia, in credibili lætitia se afficerēt. At huius rei (inquit,) cōsiliū cœpi, quod cupiā multos liberos mihi, patriæ verō tibi perfimiles, relinquere. Cōtra † cuius tamen votū, res tota succelsit:

9 *Catonis ad filium.* temp. l. j. ff. Iuri rator mai prohi tes, f. celsit:

cessit: etenim exercitui præfectus, præmatura morte, *Catonis mors præmatura.*  
 or dineq; naturæ turbato raptus est. Quem casum pater sapienter, ac modestè tulit. *Joannes Corasius Tolosus, in florentissima Tolosanorum academia, reges ordinarius.*

Miscellaneorum Iuris Ciuilis, libri quarti finis.

IO ANNIS CORASII

TOLOSANIS IVRISCONSULTI,

Miscellaneorum Iuris Ciuilis,

Liber quintus.

Donationem coniugalem, nulla etiam sequuta traditione, morte silentioq; donatoris confirmari, perspicuè, aduersus omnes probatum.

- 1 Donatio coniugalis, cur prohibita?
- 2 Donatio beneuolentiæ signum vilissimum.
- 3 Oratio, de confirmandis donationibus.
- 4 Traditio necessaria, ad confirmationem donationis cõiugalis.
- 5 Nona opinio.
- 6 Explicata nonè, l. Papinianus.

CAP. I.

**M**ORIBVS apud nos receptū, Vlp. refert, ne inter virū & vxorē, donationes valerēt: vt ne mutuo amore & tam honesto, se inuicem spoliaret, donationibus non temperantes: sed profusa, erga se facilitate abutentes. *Donatio cõiugum cur prohibita.*  
 l. ff. de don. int. vir. & vxo. Et paulò post in l. iij. idem Iurisconsult. hanc rationem, Antonini Augusti imperatoris oratione, electā scribit, apud quem ita legitur, maiores nostri, inquit, inter virū & vxor. donationes prohibuerunt: amorē honestum, solis animis aestimantes, famæ etiam cõiunctorum consulentes, ne concordia

Benevolentie signum vile.

- 2 dia precio conciliari videretur, néve melior, in partem incidere, & deterior ditior fieret. † Vilissimum certè benevolentiae signum, inquit Plutarch. in Problem. donatio est: dant enim & alieni, & qui non amant. Idcirco hoc dandi lenocinium, veteres ex matrimonio sustulerunt, ut non mercennarium, sed gratuitum, & spontaneum sit, hoc totum amare, & redamari. Nam & absurdum visum est, aliquid inter virum & uxorem fuisse, quod non esset commune. † Extat tamen oratio Antonini Imp. de confirmandis donationibus. l. cum hic status in princ. ff. de donat. int. vir. & vxo. qua patrias donationes, & conjugales ratas fieri, per mortem silentiumque donatoris, si tamen usque ad quantitatem praescriptam a l. sancimus. C. de donat. facta fuissent, vel eam excedentes, in actis fuissent innuata: l. donationes. C. de donat. int. vir. & vxo. Idque contra legem Solonis, qui, ut est in Problem. Plutarch. qui, ut eas donationes, quas coactus quis fecisset, ratas esse, post mortem etiam donatoris, noluit: Ita nec quas, in uxorem contulisset, ab ea, ut verisimile est persuasus: necessitatem enim, quasi vim afferentem, iure optimo excepit: voluptatem vero, quasi decipientem. Sic indicans, virorum, ac uxorum donationes, suspitione non carere. † illud tamen iuris interpretes censuerunt, liberalitates huiusmodi conjugales, non aliter ex oratione illa Antonini confirmari, quam si ad rei donatae traditionem, processum esset. l. Papinia. ff. de donat. int. vir. & vxor. Fictam tamen sufficere voluerunt: veluti, cum rem donatam, se recepisse, donatarius confitebatur. l. quod de suo. C. de dot. caut. non numer. fingit quippe lex, & non iniuria interpretatur, donatarium rem habere, quam apud se esse,

Solonis lex.

4 Donationis conjugalis confirmatio.

esse  
5 donat  
in iur  
viro  
ita eff  
trariu  
titia e  
fies in  
dora  
fus. &  
filent  
do tra  
aliciu  
lis do  
stima  
apert  
inter  
quit.  
tes. d.  
dona  
filent  
quod  
nem  
testat  
6 Mar  
me m  
qua e  
nus, c  
qui i  
conf  
miss

esse, sponte fatetur, & agnoscit. l. iij. §. sciendum. ff. de  
 donat. int. vir. & vxor. † Ego verò, cum nullibi legerim *Novæ opinio*  
 in iure, rei donatæ traditionem, ad donationis, (quæ a  
 viro in vxorem, aut è diverso ab vxore in virum, profe  
 cta est,) confirmationem necessariam, sed potius con  
 trarium, quæ ex doctoribus retulimus, tota commen  
 titia esse puto. Clamitant etenim ubiq; iura, donatio  
 nes inter virum & vxorem valere, si vsque ad mortem  
 duraverit voluntas. d. l. cum hic status. §. j. & §. si sp. n.  
 fus. & d. l. donationes. quæ iura, totam vim faciunt in  
 silentio, & perseverantia voluntatis: nec quoquomo  
 do traditionem considerant, verisimile autem nemini  
 alicuius iudicij fiet, tantam solennitatem, ad conjuga  
 tis donationis effectum, & confirmationem, si lex exi  
 stisset necessariam, ubique præteritam, idq; omnium  
 apertissime. d. l. quod de suo, probat, quam doctorum  
 interpretatio, acuta sanè, magis quam vera, tollere ne  
 quit. Confundit præterea inexpugnabiliter interpre  
 tes. d. l. cum hic status, in si. prin. dum illic tradit Vlp.  
 donationes inter virum & vxorem, confirmari morte,  
 silentioq; donatoris, *quasi sit testamento confirmatum,*  
*quod donatum est.* At qui nemo nescit, ad confirmatio  
 nem legatorum, in testamento relictorum, & totius  
 testamenti, solum testatoris obitum desiderari. c. cum  
 6 Marthæ. §. cæterum. de celebra. missa. † Nec quicquam *Novæ intel*  
 memouerit. l. Papinianus. ff. de dona. int. vir. & vxor. in *lecta l. Papi*  
 qua ex Papiniani sententia, aliud longè docet Vlpia *nianus.*  
 nus, quam Doctores putent, mortè, scilicet, donatoris,  
 qui in eadem constans fuit voluntate, donationes rerum  
 confirmari, non etiam stipulatione solèni, factas pro  
 missiones: veluti, si stipulanti vxori suæ, non nihil ma  
 CC



ritus spopodisset: hinc enim donatio non est, sed promissio. Confirmat autem Diuus Seuerus donationes, quae de praesenti fiunt licet non tradatur res donata, non etiam promissiones, quae in futurum concipiuntur. l. v. §. stipulatio. ff. de ver. ob. ea ut opinor ratione, quod facilius obligemur, quam alicui donemus. l. sed si ego. in fin. ff. ad Velleya. indeque factum video si in promissione vertatur donatio, quia annum dari promissum sit: ex oratione, donationem conualescere. l. si stipulata. & l. si id quod. §. illud. ff. de dona. int. vir. & vxo. Hinc appello doctos, & emunetae naris viros: quos ad stipulatos mihi nihil dubito. De sciolis, non sum admodum sollicitus, qui quam sint crassis auribus, nulloque iudicio, iam dudum expertus sum. Quid enim commercij, quod dici solet, asino cum lyra?

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Relatum non nihil, de Hippocentauris, aduersus Iustiniani assertionem.*

- 1 Hippocentaurus, an fuerit.
- 2 Xenophontis canis, nomen.
- 3 Centauri, qui, secundum historiae veritatem.
- 4 Bellerophon, equis vehi inuenit.
- 5 Peletronus, ephippiorum inuentor, & frenorum.
- 6 Hippocentaurus, qui proprie.

C A P.

II.



**I**USTINIANVS, sub tractatu inutilium stipulationum, docet, nos inutiliter stipulari, rem, quae non est, aut esse non potest: veluti, hominem mortuum, & aut hippocentaurum, qui inquit, esse non possit. §. j. de inutil. stip.

stip. idq; Alciat. lib. ix. Parerg. c. xiiij. Claud. Galeni au-  
 toritate confirmat: qui lib. de usu part. iij. in Pindarum  
 inuehitur, ex hominibus, & Magnesiis equis, nasci po-  
 tuisse Hippocentaurus effingentem, qui inferna parte  
 matri, supna p̄ri, similes: atq; ideò ferocissimi essent:  
 Etenim, id impossibile est. vnde Cicero in ij. de natur.  
 Deor. Quis, inquit, Hippocentaurum fuisse, aut chi-  
 meram putat? Hoc quoque conatur pluribus ostende-  
 re, Lucret. Poëta ac Philosoph. vetustissimus in v. de  
 natur. rerum. Verumenimuerò, si aliis eruditionis nō  
 contemnendæ viris, & autoribus grauissimis, creden-  
 dum est, loquuntur Lucret. Cicer. Galen. & Iustinia.  
 aduersus hystoriæ fidem. Etenim scribit Claud. Cæ-  
 sar, Hippocentaurum, hoc est, semi equum, & semihom-  
 inem, in Thessalia natum fuisse: licet eodem die, eū  
 interiisse referat. Et Plinius Veronensis, naturalis hy-  
 storiæ scriptor, in vij. de prodigijs partibus agens,  
 eius Claudij Cæsaris principatu, allatum Hippocen-  
 taurum ex Aegypto, in melle suis oculis se vidisse con-  
 firmat. Diuus quoq; Hieronymus, alicubi refert, mon-  
 strum eiusmodi, à Diuo Antonio visum: sed cur Hip-  
 pocentaurus, ex equo & homine commixtos, fuisse ne-  
 gabimus? cum Satyros, quales pictores, ac poëtae, fin-  
 gunt: ex capra videlicet, & homine permixtos, fuisse  
 Plin. in vij. & Plutarch. in Scylla scribant? Constanti-  
 niq; tempore in urbem Alexandriam perductum,  
 Satyrum, eiusq; cadaver, deinde sale conditum, & in  
 Antiochiam allatum vt ab Imperatore videretur, me-  
 moriæ proditum sit. Canē porrò Xenophontis Hip-  
 pocentauri nomen habuisse, Historici non vno in lo-  
 co, scribunt. Proprie Hippocentaurus, apud Plutarch.

Xenophontis  
canis.

3 & alios graues autores, dicitur, præclarus equorum  
 stimulator, & equitator præstantissimus: nam † & à sti-  
 mulandis calcaribus equis, Centauros appellatos sci-  
 mus, qui populi sunt Thessaliæ, iuxta Pelium montem  
 habitâtes, rudis sanè, dura, & agrestis natio. Hi primi,  
 4 pugnare ex equis cœperunt: cum † ante Bellerophon,  
 Bellerophon. 5 equis vehi, Peletronus verò frenis & ephippiis uti, in-  
 5 uenissent. Hinc † factus fabulæ locus, & à stimulando  
 Ephippiorū inuentor. calcaribus equo, † Centaurus dictus, & Hippocentau-  
 6 rus, equorum stimulator eximius.  
 Cetauri & Hippocetauri.  
 ri.

Ioannes Corasius, Tolosa.

*Vsum fructum non duplicem, causalem, scilicet, & formalem: ut Doctores comminiscuntur, sed vnum esse.*

- 1 *Vsus fructus duplex, Causalis, & Formalis.*
- 2 *Noua opinio.*
- 3 *Explicati §. si fundum. & §. Titius.*
- 4 *Seruitus pro commoditate.*

C A P. III.

Vsus fructus causalis & formalis.



DE vsu fructu, Doctores cum agunt teum  
 ita partiuntur, vt alius causalis sit, pro-  
 prietatis perpetuus comes: quem in rebus  
 propriis habemus. l. si cum testamento. §.  
 si fundum. ff. de excep. rei iudic. Alius formalis, sic di-  
 ctus, quod eius forma, à proprietate seiuncta sit, eo quipè  
 apud vnum, proprietate verò apud alterum existen-  
 te. l. permisceri. in prin. ff. de acquiren. poss. & ita hunc  
 in rebus alienis esse constat. l. j. ff. de vsufu. l. vt frui.  
 in prin. ff. si vsus fru. peta. §. j. vbi Accurs. de vsufu. in  
 Instit. Quam † vsus fructus diuisionem, interpretes ad  
 vnum

vnum omnes, vt sacrosanctam receperunt: cum tamen  
 ea tota commentitia sit, alienaq; à Iurisconsultorum  
 traditionibus; qui vsumfructum finientes, *illis esse*, di-  
 cunt, *alienis rebus vtendi*: quæ verba diligenter perpē-  
 denda sunt. Nam cum finitionem rei definitæ substan-  
 tiam continere, oporteat: eandemq; cum diffinito con-  
 uerti, euidens sit, vnum esse vsumfructum, qui in vsu, vnicus vsus  
fructus.  
 & fructu rerum alienarum, consistit: & quod si alius  
 detur, nempe, consistens in iure vtendi, & fruēdi, rebus  
 propriis, accusari merito poterūt incitiæ, & ineptiæ,  
 legillatores: illa verba *alienis rebus*, contra rei veritatē,  
 diffinitioni vsusfructus infarcientes: cum & vsusfru-  
 ctus, in rebus ppriis resideat. Sed qui hæc dixerit, hoc  
 est, qui Doctorū commenta tueri maluerit, quàm Iul.  
 Paul. iurisconsultū supremi nominis, & disciplinarū  
 omnium thesaurū: vsumfructū, in d. l. j. finientē, vix sa-  
 næ mentis eum existimem, vsumfructum itaq; cum iu-  
 risconsulto, vnū facio, & eum in rebus alienis. Quod  
 & apertissimè Tripho. dislerit. *Cum infundo mariti, in-*  
*quit, mulier habens vsumfructum, dotis causa marito eum*  
*dedit, quamuis ab ea vsusfructus discesserit, maritus tamen*  
*vsumfructum non habet: sed suo fundo, quasi dominus vti-*  
*tur.* l. cum infundo. in princip. ff. de iur. dot. Exprimi-  
 quoque Vlpia. dum tradit, eum solum, ius sibi esse vti  
 frui intendere posse, qui habet vsumfructum: quare  
 dominus, non poterit, cum vsumfructum non habeat.  
 l. vt i frui. in prin. ff. si vsusfru. pet. Et cum vsusfructus  
 seruitus sit. l. j. ff. de seruit. nec res propria cuiquam ser-  
 uire possit. d. l. vt i. & l. in re communi. ff. de seruit. vr-  
 ba. prædio. dici non potest, vsumfructum esse in rebus  
 propriis. Quæ cum vera sint, non faciant huic nostræ

Nonè expofiti  
§. §. si fundum, & Titius.

3 ſententiæ negotium, † iura quæ uſumfructum alicuius quem eſſe dicunt, qui proprietatem comitatur. i. ſi cum teſtamento. §. ſi fundum. ff. de excep. rei iud. l. ſi ita ſtipulatus. vj. §. Titius. ff. de verbo. oblig. nam illa non de uſufructu, ut ius eſt, agunt: ſed de ipſa commoditate, percipiendi fructus cum ipſo uſufructu, nihil commune habente. l. fundi Trebatiani. in ſi. ff. de uſu & uſufr. leg. l. neceſſario. §. ſi. ff. de peric. & commod. rei vend. Cum in hoc ius, in illa purum, & nudum factum, verſetur. Ang. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de verbo. oblig. nam & hoc modo ſeruitus, quandoq; pro ſimplici utendi commoditate, & quocunq; rei grauamine, accipitur. l. ſeruitutes. iij. vbi dixi. ff. de ſeruitu. l. ſi tibi homo. §. ſi. ff. de legatis primo. perperam tamen quodcunq; grauamen, & quancunq; commoditatem uſus, appellauerim ſeruitutem: quæ proprie designat, ius, quo prædium, vicino prædio ſeruit, ut pleniffimè poſui, in rubric. ff. de ſeruitutib.

Seruitus  
quandoque  
commoditatem  
uocat.

Ioannes Coraſius, Toſa.

*Quis ſit, in iure noſtro, Primipilus, Et cur eius  
uxor, & liberi, quamuis non hæredes, Reipublica  
obnoxij ſint.*

- 1 Primipilaris quis, & quid Primipilus.
- 2 Aquila, ſignum Romanorum.
- 3 Legio, quot cohortes habuerit.
- 4 Donatiui ſequeſtrum.
- 5 Primipilaris priuilegi, noua ratio.
- 6 Alciatus notatus.
- 7 Præfectus legionis.

C A P.

IIII.

M I R



**M**IRVM cuiquãvideri non debet, si expli-  
 catu difficile sit, quis in nostra iurispru-  
 dentia †, Primipilus dicatur, declarare. cū  
 & plerosque bonarũ etiã reru m peritissi-  
 mos, scia ingenuẽ fassos, si quis ille esset, nũquã intelle-  
 xisse. Andræas Alciatus, vir Græcẽ, Latineq; impensẽ  
 doctº, ex Vegetij, & Liuij autoritate, cẽturionẽ decimæ  
 legionis, q̄ cæteris p̄stãtior semp̄ fuit, Primipilũ appel-  
 latũ, interpretat. Sed cur tot priuilegiis, Primipilaris  
 causa donata sit? non explicat. in qua illud singulare,  
 præ cæteris leges obseruari volunt: vt dos vxoris, libe-  
 rorũq; patrimoniu, licet patrishæredes nõ existãt: fisco  
 sint obnoxia. l. satis notũ. C. in q. cau. pig. taci. cõt. l. fi.  
 de primipil. li. xij. C. Ego quãtũ cõiectura cõsequi pos-  
 sum, Primipilarẽ, (sic em̄ malo dicere, quã Primipilũ,  
 quo verbo ordo potiº militũ significat) fuisse autumo  
 principẽ totius legionis: nã & eũ inter milites, maiore  
 dignitatẽ habuisse, Suidas testat, & tãq̄ caput totius le-  
 gionis, merita cõsequutũ, & cõmoda, Vegetius scribit.  
 Ex cuius † etiã snia, cõstat, eũ Aglæ (signũ erat Roma-  
 norũ, in castris, quo etiã nũ Cæsares vtũtur) præfuisse:  
 & q̄tuor cẽturias, hoc est, quadringẽtos milites, guber-  
 nasse. Aut, vt Halicarnas. li. ix. putat, centũ, ac sexagin-  
 ta. Quo fit apertũ, in prima cuiusq; legiõis cohorte, in  
 qua Aquilã, & principũ imagines fuisse, ex eodẽ vege-  
 tioliquet, fuisse quoq; Primipilarẽ. Cõsentũt aut o-  
 mnes, licet in militũ legionũ, † & cohortiũ numeru, va-  
 riatũ sit: diuisã fuisse apud antiquos, in decẽ cohortes  
 legionẽ: quarũ prima, & militũ numero, & dignitate,  
 reliq; pcedebat. A veteribº, illud quoq; cõstitutũ legi-  
 mus, vt ex donatiuo quod milites cõseqbãtur, dimidia

Primipilus  
quid.

Primipila-  
riũ.

Aquila si-  
gnum popu-  
Ro.

Cohors pri-  
ma præcella-  
bat.

- 4 pars apud signa sequestraretur, tipsisq; seruaretur mi-  
*Donatus se* litibus: quo interim annonæ publicæ fuit etati, eorū fie-  
*questrum.* ret locupletius, castrisq; peculiū. sciētesq; fortunarum  
 suarum partem, apud signa depositam, de deserendo  
 non facile cogitarēt. Huius æris militaris cura, ad Pri-  
 mipilarem pertinebat: simul atque pecuniæ publicæ, &  
*Primipila-* stipendiorum militum: vt, ea pro cuiusq; meritis, Pri-  
*rius priuile-*  
*giis noua tra-*  
*sio.* mipilaris, (quē cūm veteranus miles ad id munus sem-  
 per eligeretur verisimile fuit, singulorum militum  
 virtutem, perspicuē nouisse) distribueret. † Horum o-  
 minium rationem reddere, eum Cæsari oportebat: ex  
 qua si debitor reipublicæ supererat, voluit lex publicis  
 fauens necessitatibus. l. j. C. de conditio. ex l. ob rece-  
 pta militum stipēdia, & æs militare, (quod omne, apud  
 se Primipilarem habuisse, ambigendum non est) obno-  
 xia esse, tam dotalia vxoris bonæ, quam filiorum facul-  
 tates: tametsi patris hæredes, nō extitissent. Cūm tamē  
 alioqui, nec filius pro patre, nec vxor pro marito, cōue-  
 niatur. At hoc casu ideo, quoniā fraudatio hæc Primi-  
 pilaris, ad totius reipublicæ euerسیونē quodammodo  
 spectare videbatur, priuatis suis stipendiis, militibus,  
 quorū opera respublica defenditur, pmanet, & cōser-  
 uatur. † Huic quoq; Primipilari, Alciat. existimat, an-  
 nonā cōmissam, vt eā inter milites per capita diuide-  
 ret. † Quod mihi psuadere nō possum, Alioqui absur-  
*Alciatus ta-*  
*xatur.* 6  
*Praefectus le-*  
*gionis.* 7  
 de nimis dicēdū, eūdem fuisse Primipilare, cū Praefecto  
 legionis. Ad quem armorū, equorū, vestiū, annonæq;  
 militaris curā, olim ptinuisse, Vegetius, & alij: qui de  
 re militari scripserunt, testātur. De eius officio, & di-  
 gnitate, alia p multa nō incōcinnē differētes. Hæc accu-  
 ratē obseruanda sunt: cūm nō vno in loco, in iure nō,

Prim

Primi  
 di. ff. de  
 nem, si  
 ra, co  
 tonis, p

In  
 y

Seruit  
 2. Incorp  
 3. Longo  
 4. Scribo  
 5. Noua  
 6. Explic

1. **E**

Sam pe  
 nitute  
 minū  
 de aq.  
 lius P.  
 ff. de i  
 tandē  
 x. aut  
 §. pen  
 lōg. t  
 aliena

Primipili, primipilariūq; mētio fiat. l. fi. §. ab huiusmo  
 di. ff. de mon. & honori. neutriusq; verā interpretatio-  
 nem, sicut affecuti Accursiani, quin pleraq; deliramen-  
 ta, comminiscuntur, digna certē, quæ in familia Plu-  
 tonis, perpetuò sepulta iaceant. *Ioannes Corasius, Toloſæ.*

*In ſeruitutū vſucapione, perperā ſenſiſſe Docto-  
 res: & recentiorū nouā quædam opinio reſutata.*

- 1 *Seruitutes, an vſcapiantur.*
- 2 *Incorporalia non preſidentur.*
- 3 *Longouallij Parienſis, noua opinio, exploſa.*
- 4 *Scribonia lex.*
- 5 *Noua vſucapionis ſeruitutum declaratio.*
- 6 *Explicata, ad eam rem, leges permulta.*

C A P. V.



**E**XISTIMATVM est communiter,  
 † continuas ſeruitutes decennio, inter  
 præſentes, aut vicennio, inter abſentes  
 vſucapi. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit.  
 vñd. l. ij. C. de ſer. & aq. Quæ verò cauſ-  
 ſam perpetuā habent, vſucapionē non admittere. l. ſer-  
 uitutes, iij. in princ. ff. de ſeruit. niſi tēporis, quod ho-  
 minū exceſſerit memoriā. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff.  
 de aq. quotid. & æſt. Quā diſtinctionē, Ioan. Lōgoual-  
 lius Parienſis, in æditis à ſecōmentariis, ad l. imperiū.  
 ff. de iuriſd. om. iud. pluribus cōſutat: citra diſcrimen  
 tandē exiſtimans, oēs in vniuerſum ſeruitutes, vſucapi  
 x. aut xx. annorū ſpatio. l. j. §. fi. ff. de aq. plu. l. apparet.  
 §. pen. ff. de itin. actūq; priuat. l. fi. in. fi. C. de præſcrip.  
 lōg. temp. Et ad d. l. ſeruitutes. ad l. ſequitur. §. fi. & l. ſi  
 aliena. §. j. ff. de vſuc. quæ generaliter tradūt ſeruitutes

*Seruitutes  
 an vſuca-  
 piantur.*



prædiorū, nō vsucapi: per facile respōsum patere dicit.

2 † Hoc enim ideo cōstitutū, quia res sunt incorporales, nec habēt certā, cōtinuāq; possessiōnē seruitutes. Vnde cū nō cadat possessiō, cōsequēter (inquit) nec vsucapio, l. seruus. §. incorporales. ff. acq. rer. do. At quasi possessiō, in seruitutibus cadit, q̄ re & q̄ si vsucapio, vt merito dicēdū sit, eas quasi vsucapi. d. l. si quis diurno, ibi, *longa quasi possessiōne.* & d. l. apparet, ibi, *velut longa possessiōnis.* † Sed si vera est hæc Lōgouallij opinio, cur absolute vbiq; dixerūt iurisconsulti, seruitutes prædiorū nō vsucapi? sublatam seruitutē vsucapionē. seruitutesq; nunq̄ lōgo tēpore quæri d. l. seruitutes, in prin. l. sequitur. §. si. & l. si aliena. §. j. ff. de vsucapio. deludentur certē hæc cōstitutiones, si seruitutes quasi vsucapi dixerimus. Cū vsucapionis verbū, ad incorporalia relatū, illā, quā Lōgouallius vocat, *Quasi vsucapionē*, exprimat. Si sedū igitur deinceps, de hæc sentētia: quanq̄ nec magis probādā cōem arbitror: sed nouē dicēdum,

3 *Longouallij opinio ex- plosa.*  
Rusticarū dūtaxat seruitutum, antiqua lege inhibita vsucapionē, quod eæ, vt plurimū, certā cōtinuāq; possessiōnē nō haberēt. d. l. seruitutes, in prin. Deinde † Scribonia lege, sublatā omniū in vniuersum, tã rusticarū, qua vrbana rū, vsucapionē. l. sequitur. §. si. ff. de vsucap.

4 *Lex scribonia.*  
5 † proinde, & in d. l. seruitutes. in fi. princ. Iul. Paul. scripsisse legimus. Idē iuris hodie obseruari, in vrbaniis, quod olim in rusticis seruitutibus: vt, neutrae. s. vsucapiatur. † Et Vlpia, hoc iure nos vt dixisse, vt per se nūquā longo tēpore, seruitutes capiatur vsu. l. si aliena. §. j. ff. de vsuca. Quæ omnia quod pertinet ad veram, & propriā seruitutē, recipi lex voluit, nā cōmodū seruitutis, quod Vlp. *Quasi seruitutē*, nūcupauit: ab eo quæri

6 *Expositæ quā plurimæ leges.*

1. voluerunt  
cario, vsu  
ille diut  
seruitut  
vera, & p  
actio: se  
quam vt  
ser. vend  
aqua plu  
ficut pro  
ratione,  
tempore  
eiudem  
ea omni  
mobiliu  
paulo fi

Rei  
festi  
ver

1 Dotis ex  
2 Noua r  
3 Aliena  
4 Restitu  
5 Dilatio  
6 Annu

1

di mo  
sed an

voluerunt, qui diu seruitute, non vi non clam, non precario, usus esset. l. j. §. fi. ff. de aqua pluui. arc. vt ita usus ille diuturnus, effectum constitutæ, aut aliter quæsitæ seruitutis haberet. l. j. C. de seruit. & aqua. non autem vera, & propria seruitus esset: alioqui directa daretur actio: sed quasi seruitus, ex quadam legis æquitate, in quam utilis actio prodita est. d. l. si quis diuturno. ff. si let. vend. & possessorium interdictum. d. l. j. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. l. apparet. §. pen. ff. de itin. acti. pri. sicut pro vera seruitute. l. quoties. ij. ff. de seruitu. **Qua** ratione, considerato nempe effectu, dixit Impe. longo tempore, seruitutē acquiri. l. ij. C. de seruit. & aqua. In eiusdemq; acquisitione, per longam quasi possessionē, ea omnia obseruanda, quæ in præscriptione rerum immobilium. l. fi. §. fi. C. de præscri. lōg. tēp. **Quæ** omnia paulò fufius exequar, in d. l. seruitutes. Ioan. Cor. Tolosæ.

*Rei mobilis in dotem data, cur exactio non contestim fiat? Sicut immobilis? Et nonnulla de illis verbis, annua, bima, trima die.*

1 *Dotis exactio, quando fiat.*

2 *Nova ratio.*

3 *Alienari res mobilis, in dotem, data potest.*

4 *Restituitur mobilium quandoque statim faciunda.*

5 *Dilationem legalem, interdum iudicatus, non habet.*

6 *Annua, bima, trima die.*

C. C. P.

V. I.

1 **F**erendus non est Acc. qui in l. ij. in princ. & in l. diuortio. §. interdum. ff. sol. mat. graui- ter lapsus docet Immobiles res dotales, ne- dū mobiles, olim debuisse dissolutis nuptiis, nō illico, sed annua, bima, trima die, restitui. Hoc enim falsum esse

*Dotis exactio quando fiat.*

esse, revincit Triphonij responsum l. cum in fundo, §. si fundus. ff. de iur. dot. & Iustiniani constitutio. l. vnica. §. exactio, ibi, quod comune, vtriusq; fuerat actionis. C. de rei vxo. actio. Quibus legibus edocemur, quod pertinet ad immobilia idem pandectarum iure, quod Iustiniano constitutum, vt scilicet, presenti die, & ilico, fieret eorum restitutio, variatumq; duntaxat in exactioe mobilium, quam lex digestorum, annua, bima, trima die fieri voluit vbi res, de re, numero, mensurave constarent, d. l. vnica. §. cum autem, ceterarum vero rerum mobilium, se mouentium, & incorporalium, ilico. Quarum tamen omnium, restitutionem, lex Codicis intra annum, celebrari voluit. d. §. exactio, in solis rebus immobilibus auctoritatem iuris antiqui sequuta: cuius rei differentia rationem, intelligeret an obscurum Bartol. & alij arbitrati sunt, vt nihil aliud dici posse constanter adfirmant, quam quod ita principi placuit: nec enim omnium, quae a maioribus constituta sunt, rationem reddi posse, Iulianus scribit. l. non omnium. ff. de legib. † Ego vero, rationem quandoq; claram attuli illud considerans, fundum dotalem, hoc est, rem immobilem in dotem datam, constante matrimonio prohibitam alienari. l. j. l. lex Iulia. ff. de fundo dotal. §. j. quib. alie. lic. in inst. mobiliu verò rerum dotalium, nullo iure interdictam, sed potius marito permissam, iure imprimis veteri. l. diuortio. §. si fundum. ff. solu. mat. l. si ex lapidicinis. ff. de iur. dot. & quia lex Iulia, de rebus soli tantum, verba faciebat: nempè, de fundo. l. quaestio. & l. fundi. ff. de verb. sig. de mobilibus autem, nihil loquebatur. Vnde † standum regulæ, vt maritus qui earum dominium habebat. l. doce an cillam

2  
Non ratio.

3  
Mobilis res  
dot. alio po-  
rest aliena  
r.

tillam. C.  
in re ma-  
tia. ff. de  
re, num  
cum in l.  
distrah  
generis  
ta. ff. de  
rum m  
quid do  
ter vide  
col. v. n  
loqui,  
brica v  
qui eiu  
Ant. fi  
leya. C  
res im  
fit. d. l.  
4 neque  
nulla i  
rum r  
non i  
missa  
pus m  
aut q  
mode  
const  
re, &  
mode  
gari.

cillam. C. de rei vend. alienandi quoque ius haberet. l. in re mandata C. mandat. Bar. in l. si quis vi. §. differen-  
 tia. ff. de acq. poss. Quod in rebus constantibus, ponde-  
 re, numero, vel mensura, dubitationem nullam habet:  
 cum in hoc dentur marito, ut eas ad arbitrium suum  
 distrahat, & quandoque soluto matrimonio eiusdem  
 generis, & qualitatis, aliis restituat. l. res in dotem da-  
 ta. ff. de iur. dot. Sed nec novissima Iustiniani lege, re-  
 rum mobilium alienationem, vetitā puto: tametsi ea  
 quid dotis alienari, aut supponi prohibere, generali-  
 ter videatur. §. & multō, ut immobil. ante nupt. donat.  
 col. v. nā eā cōstitutionē, de rebus immobilibus tātum  
 loqui, cū ex præcedētibus subsequētibusq; tū ex Ru-  
 bricæ verbis, perspicuum fit. Quod & Irnerius ipse,  
 qui eius contextum codici Iustiniani inseruit, indicat.  
 Ant. siue à me ibi *ut non aliquid immobile.* C. ad Vel-  
 leya. Cum itaque (ut è diuerticulo in viam redeamus)  
 res immobiles, maritus nec alienare, nec obligare pos-  
 sit. d. l. lex Julia, eas semper apud maritum reperiri,  
 neque aliter contingere posse, lex prævidit. † Quare  
 nulla iusta causa moveri potuit, cur non statim earum  
 rerum, faciendam restitutionem constitueret:  
 non idem in mobilibus, quarum ut probauimus per-  
 missa est marito, alienatio: meritō concessit lex tem-  
 pus marito, quo eas fortè alteri obligatas recuperare,  
 aut quo casu venditæ essent, æstimationem com-  
 modè præstare, vel, si respondere, numero, mensuræve  
 constantes, in dotem datæ fuerant, tantundem collige-  
 re, & ita mulieri satisfacere, ipse, vel eius hæres, com-  
 modè posset: ne alioqui videretur ad impossibile obli-  
 gari, deludique legis autoritate, quæ hoc facultatis  
 marito

Restitutio  
 mobilium quæ  
 do statim fa-  
 cienda.

marito permiserat. Hinc verā esse fateri, cogor, quod ex antiquis iuris interpretibus, non pauci docuerunt, vt, si maritus mobiles res dotales, dirempto matrimonio, penes se haberet, dilatiōe legis nō vteretur: sed eas confestim teneretur reddere: cū tūc subsit eadē, quæ in immobilib⁹ ratio: neq; causā aliqua cōsiderari possit, cur apud maritū, qui earum dominus soluto matrimonio esse desuit: potius remanere, quā ad mulierē, veram dominā reuerti, debeāt. Nec dissimile est, quod dicimus, quadrimestre ad soluendum, iudicatis a lege datū, l. iij. C. de vsur. rei iud. cessare, si facilis sit exsolutio iudicati condemnato. l. debitoribus. ad princ. ff. de re iud. † veluti, si locupletissimus fœnerator, in modicam summā damnatus esset. Pet. in d. l. vnic. §. exactio.

5 Quoniam autē eo loco Imp. exactiōe dotis, ante codicis legem, annua, bima, trima die, celebratā refert, de illorū verborū significatiōe, nō nihil scribēdū putauī.

6 † Sciēdū igitur solitos veteres fuisse, in gratiā, & commoditatē debitorū, solutionē debiti, in tēpora diuidere: sed frequētissimē in tempus triū annorū, inde, frequens illa locutio in iure nostro, *Annua, bima, trima die*. Hoc est, tēpore anni, biēnij, triēnij: nā & in eundē sensum, *anno, biennio, triennio*, iure cōsultos dixisse constat. l. si ita fuerit. §. sed si ita. ff. de ma. testa. illis itaque verbis significabant, solutionē totius summæ, in tres annos, æquis pensionibus diuisam: vt, si triginta deberentur, decē primo anno, decem secundo anno, & reliqua decem, tertio anno præstarentur. l. si legatū. ff. de ann. leg. non tamen in principio anni, sed in fine. l. si cui legetur. §. j. ff. de lega. j. licet in præstatione annua simpliciter, aliud dicendum. l. j. C. quādo dies leg. ced.

*Solutio an in fine vel initio anni faciunda.*

In

In obli-  
tiam, ac  
ei præst  
anni fie  
in L. cu  
iectura  
debito  
ditatis  
rias. §.  
contra  
ga. j. m  
vbi pos  
dixim  
de ann

Co

om

ve

1 Expof

2 Comm

3 Marit

4 Oculu

5 Alia

6 Papin

1

**N**

colle

excol

xij. in

In obligatione namq; annua, tempus in creditoris gratiam, adiicitur vt in singulos annos, expressa summa, ei praestetur, merito ad eiusdem utilitatem, principio anni fiet exactio: vno fauore, alium ad se trahente Bal. in l. cum quidam. ff. de lib. & posth. Tempus verò adiectum his verbis, *Annua, bima, trima, die*, in gratiam debitoris adiicitur: vt vnus summae exsolatio, comoditatis eius causa, in tres annos diuidatur. l. si necessarias. §. si annua. ff. de pigno. actio. l. sed Celsus. §. j. ff. de contrahen. emptio. l. talis scriptura, in princip. ff. de lega. j. merito, finis anni expectabitur. l. qui hoc anno, vbi posui. ff. de verbo. obligatio. vt ita quemadmodum diximus, vnus fauor, alium ad se trahat. l. eum qui. ff. de annu. legat.

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Communem interpretationem, ad l. diuortio, ab omni equitate abesse. Alciatiq; sensu confutato, verus hic adscribitur.*

- 1 *Exposita clarè litera, l. diuortio.*
- 2 *Communis sensus improbat.*
- 3 *Maritus rem dotalem locando, an diligens dicatur?*
- 4 *Oculus domini pascit equum.*
- 5 *Alciati declaratio animaduersa.*
- 6 *Papinianus iuris civilis apex.*

*C. A. P. VII.*



*N* VPSIT † Scya, Calendis Octobribus, Titio: cui fundū maturis fructibus plenum, nempe, vineam, vices pendentem, in dotē dedit: maritus, eodem mense, vindemiam collegit, deinde Calen. Nouembribus vineā hanc, quā excolere noluit ipse, Sépronio locauit pretio aureorū, xij. in annos singulos. Factū postea vltima die Ianua.

*Species. l. diuortio.*

di

diuortium, & ita constitit matrimonium, quatuor mensibus. Hic quaeritur, quo pacto fructus illorum mensium, diuidi debeant, hoc est, an ex die locationis, an verò ex die contracti matrimonij, vt totius praecedentis temporis ratio, habeatur, inter maritum & uxorem sint diuidendi? Et respondet hic Papinia, non ex die locationis, sed habita ratione praecedentis temporis quo mulier in matrimonio fuit, fructuum diuisionem: in eundam: vt, sic pro quatuor mensibus, quibus constitit matrimonium, maritus fructus dotis retineat: pro reliquis octo mensibus, restituat. Confutatur autem in versiculo, *Neque enim*, inepta quorundam opinio, existimantium, maritum fructus omnes vindemiae à se collectos, & quartam partem mercedis, nempè tres aureos lucrari. Hoc enim iniquum censet, & meritò Papinia, quandoquidem certum est, maritum fructus dotis non lucrifacere, nisi pro tempore, quo durauit matrimonium: cum eo tantum sustinuerit onera, propter quae, lucrum fructum marito lex defert. In hac autem specie, constitit matrimonium quatuor mensibus duntaxat: quocirca iniquitatis plenum esset, dicere, maritum omnes omnino fructus, quos in fundo reperit lucrari. Alioquin illud quocumque, censendum nimis absurde foret, quod si collectis vindemiis, per maritum postera die, diuortium factum esset, fructus integros, maritus retineret. quo quid falsius, & ab aequitate magis alienum, dici potest? Dicendum igitur, inquit Papinia, in versic. *Itaque*, vindemiae fructus, & quartam portionem mercedis, instantis anni, confundi debere: hoc est, commisceri, vt facta mixtura, tertia portio reddituum fundi dotalis, viro

viro  
nium  
ra sul  
tionis  
exem  
aurei  
dem  
trium  
vuare  
xij. vt  
ficiet  
fructu  
quam  
ignor  
Doct  
ea pa  
putat  
cum  
que a  
dunta  
tuere  
num  
ptore  
tix vi  
3 quam  
tio le  
est vi  
rem  
cum  
sed fr  
teri f

viro relinquatur: nam cum tertia parte anni matrimo-  
 nium steterit, tantoq; tempore, maritus nuptiarum one-  
 ra sustinuerit, eum quoq; tertiam annui redditus por-  
 tionem habere convenit. Itaque, ut rem subobscuram  
 exemplo manifestemus, cum fundus locatus fuerit xij.  
 aureis, & vix a marito, Octobri mense collecta, iti-  
 dem xij. aureis aestimentur, fiet confusio, & commixtio  
 trium aureorum, qui sunt quarta pars mercedis: &  
 vuarum coactarum, seu aestimationis earum, quae est  
 xij. vtraq; autem summa sic confata, & conglobata, ef-  
 ficiet xv. ex quibus tertia portio (non eius summae, sed  
 fructuum fundi, & sic quatuor) viro relinquatur, reli-  
 quum vero (hoc est, vndecim) uxori restituetur. Nec  
 ignoro (cum & id iam attigerim) tertiam portionem,  
 Doctores hic accipere, respectu pecuniae confusae: ut  
 ea pars, quinque aureis conficiatur. † Verum hanc sup-  
 putationem, ut iniquam, & absurdam, reuicimus: nam  
 cum fundi dotalis redditus, is sit, ut non nisi xij. vnoquo  
 que anno reddat: & matrimonium, quatuor mensibus  
 duntaxat steterit: non plus quatuor, marito deberi po-  
 tuerunt: proinde credendum non est, eidem Papinia-  
 num quinque dedisse. Illud quoque non me fugit, scri-  
 ptores, communis sensus rationem adferre diligen-  
 tiam videlicet, qua in locando maritus usus est: propter  
 quam, cum plus rata consequi, aequum fuit. † Quae ra-  
 tio leuior sit, an absurdior nescio: quippe tantum ab-  
 est ullam mariti diligentiam, hic prospici, ut ob eam  
 rem, minus diligens fuisse, cuicumque videri debeat:  
 cum non suo studio, suaq; opera, agrum colere voluit:  
 sed fructibus, quos in fundo reperit statim collectis, al-  
 teri fundum fruendum locauit, contra prudentum pa-

*Opinio cois  
 improbata.*

*Maritus lo-  
 cado dicitur  
 negligens.*



- trum familiâs consuetudinem, qui vt fertiora reddât  
 4 prædia, eadem sua manu studiosissimè colunt. † Nam  
 Oculus Do- Varro, Cato, Columella, aliiq; omnes, qui de re rusti-  
 mini pascit ca scripsere, dicere soliti sunt, equum pasci oculo do-  
 agrum. mini, eiusdemq; præsentia agrum pinguescere. non  
 igitur dubitandum, quin maiorem re ipsa, adhibea-  
 mus diligentiam, cum fundum opera nostra colimus,  
 quæ cura ingēs, in dies nobis facessit negotium, quam  
 cum alteri fruēdum locamus; quod nullo explemus la-  
 bore: siquidem locatio, vel vno verbo absoluatur. l.  
 5 consensu. ff. de actio. & obliga. † Ab hoc sensu nostro,  
 Alciatus no non multum abhorret, Alciat. in Paradox. licet & ipse  
 tatur. perperam textū l. nostræ interpretetur, cum putet illic  
 tradi, non vindemiæ fructus integros confunden-  
 dos, sed fructuum partem, totamq; pecuniam confu-  
 sam, marito quæri: quæ omnia pugnant implacabili-  
 ter, cum Papiniani verbis: quibus euidenter imprimis  
 traditum est, fructus vindemiæ, cum quarta parte mer-  
 cedis instantis anni, confundendos. Deinde non pecu-  
 niam confusam, sed ex ea pecunia, tertiam partem vi-  
 ro relinqui. Probandus igitur sensus noster, vt verissi-  
 mus, & contextui Papiniani apprimè quadrans: ad  
 quem si vulgatam interpretum expositionem, seque-  
 remur, Papinianum expresso errore lapsum fuisse di-  
 6 cendum foret: † quod quam absurdum sit, in hoc præ-  
 sertim Iurisconsulto, quem iuris ciuilibus apicem, & do-  
 ctrinæ legalis thesaurum, Lamprid. ex veterum sen-  
 tentia meritissimò vocat: nemo non videt.

Ioannes Corasius, Tolosæ.

Partus ancillæ, & venatio, an sint in fructu?

novè expositum: atque ibi multa, de fructibus declarata.

- 1 Venatio, & Piscatio: an sint in fructu?
- 2 Exposita, prater alios l. Venationem.
- 3 Partus ancilla, an sit in fructu?
- 4 Declarata novè l. Vetus est questio.
- 5 Recentiorum, & omnium sententia improbata.
- 6 Explanata l. Paulus.
- 7 Fructus, & redditus, significatio diuersa.
- 8 Enucleatus §. hereditatem.

C A P. VIII.



VERVM consurgit parte ista, de fructibus disputatio, in quibus nonnulla annotare volumus, quæ scriptores non sat diligenter, attigisse mihi videtur. † Venationem

1 cumprimis, Aucupia, & Piscationem, fructus fundi esse receptum est: atque idè ad fructuarium pertinere, litem si fundi. §. aucupiorum. & l. usufructuarium venari. ff. de usufr. Iulianus tamen, cum de fructuum restitutione tractatur, venationem in fundi fructu esse, neque iniuria negavit: nisi fundi fructus, ex venatione  
 2 constaret. l. venationem. ff. de usur. vt sic velit, malæ si dei possessorem, quem constat ad fructuum restitutionem teneri. l. certum. C. de rei vendic. non cogi restituere apros, ceruos, lepores, & alia animalia, quæ illic venando cœpit: nisi fundi possessi fructus, ex venatione constaret. l. fundo legato. ff. de fund. instruct. Quia, puta, locus esset, ferarum venationi, tantummodo deputatus: sicuti sunt Viuaria, Theriotrophia, Leporaria, & alia omnia septa, quibus feræ includuntur,

Venatio an sit in fructu.

Explicata l. venatione.

Viuaria Theriotrophia.

vt quoties fert animus, possint homines, honestissimò venationis labore, sese exercere. Fœtum quoq; lac, pilum, & lanam pecudum, in fructu esse, vbi que traditur l. in pecudũ. ff. de vsur. l. sequitur. §. lana. ff. de vsuscap. §. in pecudum. de rerum diuisio. in instit. Partum verò ancillæ, in fructu non esse, proindeq; ad fructuarium non pertinere, ex Bruti sententia, veteres iurisperiti propemodum omnes, responderunt. l. vetus est questio. ff. de vsufu. Absurdum enim videbatur, inquit Caius in d. l. in pecudum, hominem in fructu esse, cum omnes fructus, hominum gratia natura comparauerit. Nec, vt Vlpia. ait, in d. l. vetus. in fructu hominis,

3  
Partus ancillæ an sit in fructu.

- homo esse potest. † Fuit porrò, ingens olim dissensio, inter consultissimos, & grauissimos viros, Pub. Scauolam, & M. Manilium: An partus ancillæ, in partu haberetur: qui tandem in fructu ancillæ partum esse dixerunt, à quibus M. Brutus, vir summæ authoritatis, qui inter iurisperitos, multum longeq; præstitit, iure meritoq; dissensit: cuius opinio tandem probata est, vt & Cicero refert in j. de finib. † Ideoq; Vlpia. in d. l. vetus Bruti sententiã obtinuiffe scribit. Cæterum, quod imò partus ancillæ, in fructu sit, probare videntur duo Pauli responsa: quorum alterum dicit, hæredem grauatum restituere hæreditatem, sine redditu (hoc est, sine fructibus) nõ teneri restituere partus ancillæ, ante diem fideicommissi cadentem, æditos. l. Paulus. §. j. ff. de vsur. ita significans, partus ancillarum, in fructu, seu redditibus esse. Alterum idem fermè docens, tradit, partus ancillarum, ante diem fideicommissi æditos, ad grauatum pertinere: eos tamen in quartam, & quartæ fructus imputandos. l. Paulus. ff. ad leg. Falcid.

cum

cum certum sit fideicommissio grauatam, quicquid est hereditatis, teneri restituere, solosq; fructus, cum retinere, quos in quartam imputat. l. in fideicommissaria. ff. ad Trebel. Partus itaque in fructu sunt, & habentur. Hæc pugna plerisque, Recetioribus præsertim, inextricabilis visa est: adeo ut non eos pudeat, Antinomiam dicere, quæ pacto nullo conciliari possit. † Ego verò existimo, nihil prorsus pugnantiae esse, si diligenter loca omnia obseruentur: itaq; cõsidera, verissimū esse, quod ex Bruti sententia, Posteriores Iuriconsulti tradiderunt. Partum ancillarum, qui in bonis non est l. si. §. si procurator. ff. quæ in fraud. cred. pariter in fructu non esse. l. ancillarum. in princ. ff. de petit. hæredi. absurdum quippè est, hominem in fructu hominis dicere. d. l. vetus. cum in fructu id esse tantum intelligatur, quod ad vsum hominum inductum est. l. pen. ff. de vsufr. leg. homo autem, omnium creaturarum dignissima. l. iustissime. ff. de ædil. edict. nõ ad alterius vsum creatus est: sed per contrarium, vt Caius inquit, hominum gratia, fructus omnes rerum natura cõparauerit. d. l. in pecudū. neq; partus igitur, neq; partuū partus, in fructibus habentur. l. mulier. §. sed enim. ff. ad Treb. sed nec ideo dicendum, in restitutionem fideicommissi, eos venire (quod perperam Imo. & Alex. illic putauerunt) hoc enim apertissime refragatur. d. l. Paulus. ff. ad l. Fal. Et quoniã nõ sequitur, hoc nõ est in fructu, ergo venit in restitutionem: sunt enim plerisque res, quæ fructus nõ sunt, nec fructuū vicè obtinet, quæ fideicommissi nõ cõtinentur. l. si res aliena. l. si patroni. in princ. l. debitor. §. si. l. a filia. in princ. cū si. ff. ad Treb. sed præsertim, fideicommissario nõ debetur, quod seruus hære-

Nova declaratio.

ditarius, post aditam hæreditatem quæsiit. l. ita tamē.

5 §. j. ff. illo titu. ideoq; cum ancilla peperit, partus hæc æditus post aditionem, & ante diem fideicommissi cedentem, non restituetur. l. Paulus. ff. ad l. Fal. & si obicias. l. Paulus. §. j. ff. de vsur. arg. à contrario, cum dicat grauatum restituere, sine redditu, non teneri ad restitutionem partuum, ergo à cōtrario, si simpliciter rogatus esset, non expressis verbis, *sine redditu*, teneretur restituere. Respondeo, illic ideo reuocari in dubium, quia videbatur, iis verbis *sine redditu*, expressim agi à testante, vt partus non retineretur, sed restituerentur: cum omnia præter redditum, vellet restitui. Et partū ancillæ, in fructu non esse notissimum sit. d. l. vetus. d. l. in pecudum. & d. l. ancillarum, verum in contrariam sententiam, concedit Iurifcons. cum imò magis, verbis illis declarauerit testator, se velle partus retineri. Nec enim eadem est significatio fructus, & redditus. l. fundi Trebatiani. ff. de vsuf. l. e. Redditus† quippè verbū, generale est, omnes omnino proventus, omnia iura, & quascunq; obuentiones, vtilitates, cōmoditatesq; rei, comprehendens. l. vsufructu legato. §. j. ff. de vsufr. l. frugem. in prin. ff. de verb. signi. Glo. in c. generali. de elect. in vj. meritò partus ancillarum, ante diem fideicommissi cedentē, æditos, sine controuersia retinebit: qui hæreditatem sine redditu, aut exceptis redditibus

Redditus et  
fructus di-  
uersa.

7 (quod idem est) restituere rogatur. Et quod Papinia ait, *Hæreditatem post mortem suam exceptis redditibus, restituere rogatus, ancillarum partus, non retinebit: nec factus pecorum, qui submissi gregem retinent.* l. deducta. §. hæreditatem. ff. ad Trebel. accipiendum est, necessario, vt & illic omnes interpretantur cum partus æditi sunt, post

8  
Expositus §.  
hæreditate.

post  
dente  
rede  
dubi  
renn  
duse

1 Nat  
2 Fru  
3 Bon  
4 Fru  
5 An  
6 Pla  
7 Nat  
8 L. fr  
9 Cr  
10 Ciu

1

did  
ple  
ear  
in l  
2 c. g  
qu  
nis

post moram grauari: quia post diem fideicommissi ce-  
dentem: & ita post mortem rogati. Nam qui viuo hæ-  
rede grauato, post mortem suam æditi sunt, nõ veniunt  
dubio procul, in restitutionem. d. l. Paulus. §. j. & l. He-  
rennius. ff. de vsur. Et ita hic salebrosus articulus, finie-  
dus est, in quo sudaui & alii. *Ioannes Cora. Tolosa.*

*Naturales industriales, & ciuiles fructus,  
cũ non sat rectè, à nostratibus acciperentur,  
alio modo declarati.*

- 1 *Naturales fructus, cur sic dictis.*
- 2 *Fructus industriales cur sic appellati.*
- 3 *Bona fidei possessor, quos fructus lucretur.*
- 4 *Fructus ciuiles, qui.*
- 5 *Animaduersa omnium declaratio.*
- 6 *Plantans nihil est, sed, qui dat incrementum.*
- 7 *Natura omnium fructuum mater.*
- 8 *L. fructus explicata.*
- 9 *Arg. a contrario, quando procedat.*
- 10 *Ciuiles fructus, male sic vocari.*

C A P. I X.



*VI* A + verò, in fructus, volentes incidi-  
mus: etiam si nõ me fallit, nos esse aliubi,  
de ea re commentatos: succurrit nunc ali-  
qua hinc promamus, quæ nõ nisi cùm can-

*Naturales  
& indu-  
striales fru-  
ctus tra-  
ctati.*

didi lectoris iniuria, præteriri poterat. Sciendũ igitur  
plerasq; diuisiones de fructibus ab interpretibus referri.  
earũ p̄cipua est, quã Accurs. Bar. & ceteri tradiderũt,  
in lex diuerso. ff. de rei v̄e. Gl. Panor. & Canonista, in  
c. grauis. de rest. spo. † Fructuum alij sunt naturales, ad  
quarũ productionẽ natura, aut ea magis q̄ factũ homi-  
nis operatur, vt mala, p̄fica, nux, cæralum, & alia id ge-

*Fructus na-  
turales.*

*Oleum fructus industrialis.*

nus. l. fructus percipiendo. ff. de vsur. Industriales alij, qui magis opera & industria hominis, quam natura facto proueniunt, vt frumētum, vinum. d. l. fructus & oleum: nam obtinuit tandem sententia, vt oleum, fructibus industrialibus annumeretur. l. si eius. ff. de rei v̄. Bar. in l. si. ff. ad l. Fal. Deniq; de lana, pilo, & lacte. l. sequitur. §. lana. ff. de vsuscapio. Accur. in §. si quis a non domino. de rer. diti. in instit. Bar. in d. l. ex diuerso. Quod tamen si a plerisq; controuersum sit, nullāta

3

*Bona fidei possessor quos fructus lucratur.*

men dubitationem habere videtur: cū bonæ fidei possessoris lucro cōicant. d. §. lana. & l. bonæ fidei. §. fin. ff. de acq. re. do. l. in pecudū. ff. de vsur. qui tamen, non lucrificat naturales. d. l. fructus. ff. de vsur. Quoniā autē in his magis industria hominis, in illis magis natura operatur: ibi industriales, illi naturales dicti sunt: quod in rebus denominandis, spectemus, quod principaliter influit, & operatur. l. quæritur. ff. de stat. homi. §. est & aliud. de donatio. in inst. c. si testes. §. hermaphroditus.

4

*Civiles fructus.*

iii. q. iij. † Sunt & civiles fructus, qui nō natura, sed hominis prouisione, iure civili introducta, quæritur, & proueniunt: vt vsuræ, p̄sioēs prædiorū, vecturæ nauis, & his similia. l. si nauis. ff. de rei v̄. l. ancillarū. in fi. ff. de pe. hæ. Et hæc quidē, Doctores scribēda putauerūt,

5

† in horū fructuū expositione, incōsultò certē, & cōtra naturalē iustitiā, ciuileq; rationē: cū in omnium fructuum productione cōstet, naturā æqualiter operari: nec minus subministrare necessaria ad procreationē, nutrimentū, & cōseruationē frumētū, vini, olei, aliorūq; fructuū (quos industriales vocāt) quā ad productionem pomi, nucis, ficus, glandis, & cæterorum, quos naturales dicūt. Et licet hi, sine facto hominis nasci possint,

lunt,

sint, illi verò hominis factum requirant. l. qui scit, §. in alieno. ff. de vsur. ideoq; opera, & diligentia hominis, provenire dicantur. l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. do. & d. l. fructus, non tamen ideo minus, illi naturales dici debent exemplo mulieris, non natura, sed per accidens sterilis, quæ concipere nequit, donec accidentalis illa infœcunditas, medici consilio, aut industria abacta fuerit: sublato autem hoc impedimento, si filium nasci contingat, non filius industrialis medici, qui tamen Pharmaco suo, cum mulierem genuinæ fœcunditati, restituit, causam sterilitatis auferens: sed filius naturalis eius mulieris, quæ concepit, conceptumq; nonnem mensibus gestavit, gestatum legitimo tempore ædidit, æditum educauit, nutriuit, aluit, non minore cura, quam si sine vlllo medici artificio, productus in natura fuisset. Hucq; commodissimè pertinet, quod Paul. Apostol. j. ad Corinth. iij. scriptum reliquit. † *Ego plantavi, inquit, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* c. cum sit, de deci. Confirmat denique hanc nostram sententiam, quod Caius scribit, rerum naturam, omnes fructus (quo signo uniuersali, industriales quoque demonstrari, dubium non est) hominum gratia, comparasse. l. in pecudum. §. fin. ff. de vsur. §. in pecudum. de rer. diuisio. in insti. Quod & autoritas sacrorum librorum, ostendit: priusquam enim crearet Deus Opt. Max. hominem, creare voluit terram, germinantem, & quodcunque fructuum genus: vt, productus postea homo, quæ ad vsum suum animaduerteret necessaria, continuo reperiri et. Gen. j.

Mulieris sterilis exemplum.

Deus omnibus dat incrementum.

No. sententia.

7 † Natura igitur, quæ fructus omnes in uniuersum, ad



vsum hominum induxit, omnium ideo fructuum ma-  
 ter, iure, meritoq; dici debet. Atqui mater, in filiorum  
 procreatione, simili naturæ officio fungitur, hoc est  
 æqualiter, circa omnes operatur: non plus minore  
 vni, quàm alteri tribuens. Lij. C. de lib. præter. §. sed  
 hæc quidem de exhæred. lib. in insti. Fructus itaque  
 omnes: quos terra profert, naturales appellandi sunt,  
 nec negamus, hominis industriam nonnunquam desidera-  
 ri, vt in colendis agris, serendis frumētis, & arboribus,  
 plantandis vineis, & sic de similibus. Cæterùm hæc in-  
 dustria, nõ est prima, & proxima causa procreationis  
 fructuum, sed natura: cum itaq; spectandum sit, quod  
 principaliter agit, & operatur. l. si quis nec causam. ff.  
 de reb. cred. l. nauis aduersa. ff. ad l. Rhod. de iact. l. j. §.  
 idem Pomp. ff. de posi. c. & si quæstiones, de rer. permu.  
 in denominandisq; rebus, id tatum attendatur. l. qua-  
 ritur. ff. de stat. hom. §. est & aliud, de donatio. in insti.  
 non industriales, sed naturales fructus, hi etiam qui  
 hominis industriam requirunt, nuncupandi sunt. Quo  
 modo præcipua Doctorum ratio, in eos retorquetur.  
 † Sed nec quicquam nos moueret. l. fructus. ff. de vsur.  
 quæ non dicit fructus (quos industriales appellant) ho-  
 minis facto nasci, sed opera hominis acquiri: nisi su-  
 mme velis arg. à contrario, ex verbis finalibus, dum ait  
 Pompo. *quid non ex facto eius, is fructus nascitur.* Cuius-  
 modi argumentatio in iure fortissima est, l. j. §. huius  
 rei. ff. de off. eius. l. qui testamento. §. mulier. ff. de test.  
 Verùm nec ea obstat, siquidem agatur in d. l. fructus,  
 de facto hominis ministerialiter, vt dicunt, cooperan-  
 te. Nec illatio bona est, id facto, & industria hominis  
 nascitur, ergo industriale dici debet. Sicuti si ædifi-  
 cium

8  
 l. fructus  
 declarata.

cium meum, altius sublatum, quod locum tuum obscurum, opacum, & umbrosum reddebat, deposuerim; indeq; locus tuus, plenus solis esse ceperit: rectè diceretur, factò meo in loco tuo, solis lumen exortum, at non ideo lux illa solis, industrialis appellaretur. † Præterea quod ad argumentum, à contrariis attinet, nemo nescit, eam ratiocinationē infringi sæpè, & corruiere: ut, cum absonus intellectus, sequi potest. l. ij. C. de con. insert. quia repugnare talis iuris locus, aut vrgens ratio, vel civilis, vel naturalis. l. conuenticulam. vbi fuscè Bal. & cæteri. C. de episcop. & cler.

Arg. à contrario.

† Quod item spectat, ad fructus, quos Ciuiles nuncupant, non videtur congruam esse, hanc denominationem: cum hæc appellatio specialis sit, non generalis, secundum quam quæcunque civili lege introducta sunt, Ciuilia proprio nomine dicerentur. Et quoniam usuræ, vecturæ, pensiones, & alia id genus, quæ fructus ciuiles, ab interpretibus dicuntur: non à iure civili, sed à iure gentium, originem habent. Itaq; fructus huiusmodi, qui non operante natura, sed sola hominis prouisione, & industria percipiuntur. l. usura pecuniæ. ff. de verb. sig. rectius, ut mea fert opinio, industriales vocarètur: à qua sententia, nõ multum abhorret Bal. in l. si traditio, in fi. C. de actio emp. nec obstat verba Papiniani, *Nam & si maxime vectura sicut usura, non natura prouenit, sed iure percipitur.* l. si nauis. ff. de rei vendicatio. quandoquidem ius, illic ciuilem legem non notet, sed pactiõnem contrahentium legitimam, ut, & illic Accurs. cæteri q; exponunt. Nec est nouum: dictionem illam, *Iure*, cõgruam expressionem verborum, & partium contractum significare. l. si par-

Fructus ciuiles, qui.

Nota opin.

Enucleata  
l. si nauis.

Iss.

ter.

ter. ij. ff. de adoptio. Dicendum igitur, neglecta hoc loco circa fructus, Doctorum diuisione, expositio-  
ne. Fructus alios naturales, quales sunt hi, quos terra profert. Obscuram nonnunquam, & operam hominis vt, frumentum, vinum, & cætera huiusmodi. Quandoque, nulla hominis adhibita cura, vt Poma, Cæræ, & alia id genus. Alios industriales, vt vecturæ nauium, & iumentorum, pensiones prædiorum, vsuræ, & reliqua eiusmodi, quæ ab scriptoribus, Ciuiles inepto nomine dicuntur.

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Quamobrem olim diuortia cœperint, & de varijs diuertendi causis.*

- 1 Romuli lex.
- 2 Sterilitas præcipua diuertendi causa.
- 3 Diuortium Romæ, quis primus fecerit.
- 4 Diuortia leuibus de causis facta.
- 5 Apophtegma Pauli Aemylj.
- 6 Diuertere quando liceat.
- 7 Repudiata vxore, an alia superinduci possit.
- 8 Repudij verba.

C A P. X.

I  
Coniugij sæ-  
dus sanctis-  
simum.  
Romuli lex  
de repudio.



ONIVG ALE fœdus, † sanctissimum, perpetuum, & sine disidio, veteres esse voluerunt: apud quos, vxorem dimittere, improbatum fuit. Romulus primum lege lata, vxorem in adulterio, liberorum veneficio, aut clauium adulteratione deprehensam, repudiari permisit. Qui aliter diuortium fecisset eius bonorum partem vxori dari, reliquum Cereri, sacrum esse iussit mulieris

mulieri verò relinquere virum fas esse, nullatenus voluit. † Coeptum deinde propter infœcunditatem, & mulierum sterilitatem, diuortia fieri. Ob quam causam, Scruilius Carbilus Ruga, † primus omnium Romanorum, M. Attilio & Valerio Conf. vxorem egregie dilectam, charissimamq; morum eius gratia habitam, repudiavit: quod scilicet liberi, ex ea corporis vitio non gignerentur: Pariterq; refert in Sylla Plutarchus, Syllam summo cum honore, & donis adiectis, Tertiam cœliam, vt sterilem repudiasse. Temere autem, & sine causa diuertere, nulli sinebant. Vnde a censoribus notatam, & Senatu motum. L. Antonium constat, quod nullo cõsilio nullaq; ratione, quam vxorem duxerat, repudiasset. † moribus tamen intro-

deum deinde, vt leuibus de causis, cum vxoribus, diuortium fieret: nam C. Sulpitius Gallus, vxori repudium misit, quod eam capite aperto, foris versari, vestemq; in caput deducere, animaduertisset. P. Sempromius Sophus, quod eius vxor, funebres ludos se inscio spectasset, eã repudiavit. Q. Antistius vetus, vxorem, quam cum libertina fabulari viderat, vt caueret stuprum, prius quam vindicaret, repudiavit. Quandoq; verò ex non manifesta causa, factum diuortium constat: vt illud fuit Papiriæ grauisimæ mulieris, & Pauli Aemylj viri Consularis, qui post longum coniugij tempus, susceptisq; ex ea liberis, eam repudiavit. Quod factum cum frequētius amici eius improbarent, illiq; dicerent, Nonne Papiria formosa? nonne modesta? nonne fœcunda? porrigens ille pedem dicebat. † Et hic quidem calceus nouus vobis videtur, & elegans, nemo tamen vestrum probè nouit, qua ex parte, meum pre-

Diuortii à quo primū.

Syllæ repudium.

Diuortia ob leues causas fieri coepit.

Pauli Aemylj acutū responsum.

mat



*Arbitria recipiuntur, non etiam Arbitri: contra vulgarem omnium sententiam, Et restituta Rubrica. ff. de recep. arb. verba.*

- 1 *Recepti arbitri.*  
 2 *Arbitria recipiantur, non arbitri.*  
 3 *Rub. ff. de recep. arbit. restituta.*  
 4 *Arbitrium recepisse, quis dicatur.*

## C. P. XI.



**R**XTAT in Pandectis, titulus de receptis arbitris: Sic enim vulgò legitur. Existimant autem expositores, Arbitros ob eam causam receptos, à Jurisconsultis dici,

*Recepti arbitri.*

quod cõmuni partium consensu, recepti sint, hoc est, admissi & electi, vt sententiam dicant, inter litigatores,

Quæ locutio, *Recepti arbitri*, nedum interpretatio, nulli natum habenti, cognita, tã absurda est quã nota. Quis

enim, per Christum immortalẽ, vsquã legit, *Arbitrum recipi*, aut *Arbitros receptos*? inducendus igitur, circumscribendusq; hic indoctus loquendi scribendiq; modus: neque enim Arbitri, sed Arbitria recipiuntur. l. iij. §. j. & l. sed & li in seruum. §. si quis iudex. ff. de receptis arbitris,

*Arbitrium recipitur nõ arbitri.*

3 † (Sic enim, non arbitris, legendum censeo.) Receptisse autem Arbitrium videtur, inquit apud Vlpianum Pedius, qui iudicis partes suscepit, † finemq; se sententia sua, controuersis impositurum, pollicetur. l. idem Pomp. §. recepisse, illo titulo. Porro de Arbitris, & Arbitratoribus, quædam non contemnenda, superiore libro scripsimus. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Rub. ff. de arb. restituta.*

*Arbitrium recipere.*

*Quo testandi modo veteres vsi sunt, & explicatus accuratè Iustiniani sensus, in. §. j. de test.*

*Testa*

- 1 Testamentum Calatis Comitijs.
- 2 Procinctum testamentum.
- 3 Militare testamentum, an idem cum procincto.
- 4 Testamentum per as, & libram.
- 5 Libripens.
- 6 Familia emptor.

## CAP. XII.

1  
Testamentū  
Calatis Co  
mitijs.



**D**UPLEX, † apud vetutissimos fuit olim, testandi genus: vt Iustinia. ait. §. j. de testa. Altero in pace, & otio, vtebantur: quod, quia in Comitiiis, conuocato ad ea bis in anno, per cornicinem populo fiebat testamentum Calatis Comitiiis, appellari cœpit: illic autem testator, populo præsente, ac veluti teste, voluntatem suam exponebat. Quiritesq; obtestabatur, vt eam ratâ esse fieret, curarentq; seruari. Ad cuius veteris moris exemplū, Imp. fortasse sanxit, corâ se factū testamentū, velut omnibus munitū solēnibus, & spectatē populo cōditū, valere. l. omniū. C. de test. quod in eū omne suū imperiū, & potestātē populus. l. regia cōtulerit. l. j. ff. de cō. prin. Altero testamētōrū genere, veteres in præliū exituri, ob dubiā belli aleā, vsi sunt: † q̄ procinctū dixerent, nō q̄ succincte fieret, vt Accur. insulse cōmētus est: sed q̄ in ipso militū ad expeditionē apparatu, cōderetur: a militibus ipsis, p̄cinctis, hoc est, iā toga militari p̄cinctis, paratisq; ad cōfligēdū cū hoste. l. vnica. in prin. ff. de bo. pos. ex test. milit. nec tñ existimādū est, hoc testamētū gen⁹, cui⁹ forma (vt Plut. in Corio. indicat) vetutissima fuit: idē esse, cū illo † q̄ militare dicim⁹, quodq; ex cæsarū tpe, duntaxat initiū habuit. l. j. in prin. ff. de test. mil. cū aut̄ olim hæc duæ testamētōrum spēs, in vsu

2  
Procinctum  
testamentū.

3  
Testamentū  
militare.

tantum

tantū essent: frequēter eueniebat, vt homines repenti-  
no morbo correpti, intestati mortē obirēt: neq; enim  
Comitiis testabantur, quod nondum Comitorum  
tempus instaret: neque item in procinctu, quia bellum  
non esset. † Ideoq; iam longo tempore, in desuetudi-  
nem abierunt: tertiaq; species inuenta est, quæ diceba-  
tur, *Per æs & libram*. † Cū enim interueniret olim  
in venditionibus, libripens, hoc est, librarum auri, ar- *Libripens.*  
genti, ærisq; ponderator: neque enim numerare, sed  
appendere pretium, veteres solebant: imaginaria qua-  
dam venditione, quam emancipationem ab antiquis  
appellatam, Iustinia. refert in d. §. j. testamenta conde-  
bantur. Quinque enim aderant testes, & libripens, om-  
nes puberes, ciuesq; Romani, quibus præsentibus,  
qui successor futurus erat, æs tenens, seu numū vnum,  
pretij loco, morituri patrimonium in hæc, aut non  
dissimilia verba emebat. *Hanc ego familiam, ex iure* *Per æs & li*  
*quiritium, meam esse aio: eaq; mihi empta est, hoc ære, a-* *brā testari.*  
*neaq; libra.* Deinde ære percutiebat libram: Idq; æs da-  
bat testatori domino rerum, imaginarij pretij loco,  
(neque enim vnum tantum æs, siue numus, verum hæ-  
reditatis pretium constituit. l. si quis ante. §. fin. ff. de  
6 acq. possel.) dicebaturq; hæres, † qui emebat, *Familia* *Familie*  
*emptor.* §. j. & §. licet autem, de testa. Tunc autem testa *emptor.*  
tor ordinabat, quid post mortem suam, fieri vellet.  
Sed & hoc testandi genus, diu licet permanserit,  
desiit tamen in vsu esse. d. §. j. quasi votum captandæ  
mortis inducens. Etenim qui se futuros hæredes in-  
telligebant de viuentis hæreditate improbè solliciti,  
rerum domini: ( vt semper fuit maligna hominum  
natura ) plerunque struebant infidias. Quare cū ab



aula memoratæ omnes testamentorum species, recessissent: duplicem testandi formam, posteriores leges inuenere: Per nuncupationem, videlicet, & in scriptis. l. hæredes palam. ff. de testa. l. hæc consultißima, in prin. & §. per nuncupationem. C. illo tit. & §. sed cum paulatim, eod. tit. in instit. & ibidem per scriptores plenissimè. *Ioannes Corasius Tolosæ.*

*Captatoria institutio, quid sit, non videri hæc  
Etenus rectè intellectum.*

- 1 Captatoria institutionis, vulgata declaratio.
- 2 Institutio in alterius arbitrium, quando conferatur.
- 3 Captatoria institutio, quæ proprie dicatur.
- 4 Captare quid.
- 5 Votum captandæ mortis.
- 6 Explicata nouè l. captatorias.
- 7 Captatoria an sit, quæ ex alieno arbitrio pendet.

## CAP. XIII.

Captatoria  
institutio  
quæ?



*IN ATVS*, + Captatorias institutiones improbavit. l. captatorias. ff. de hæred. instit. perindeq; haberi voluit, ac si insertæ testamento non fuissent. l. j. in fi. ff. de his quæ pro non script. hab. Et alibi Caius, Captatorias scripturas, neque in hæreditatibus, neque in legatis valere dixit. l. captatoria. ff. de leg. j. Quod, & in militum testamentis, obseruatur. l. captatorias. C. de testa. milit. Eas autem, ab interpretibus communiter existimatum est, Captatorias institutiones dici, quæ ex aliena voluntate pendent. l. illa institutio. ff. de hæred. instit. sic dictæ, quod per eas testatores capti,

pti, id est, decepti remaneant. Accurs. in d. l. captato-  
 2 rias. ff. de hæred. instit. † potest siquidem is, cuius arbi-  
 trio institutio permessa est, hæredem non eligere. Ca-  
 strenf. & alij in d. l. captatorias. C. de testa. mili. Recte  
 igitur veteres constituerunt, testamētorum iura ipsa,  
 per se firma esse oportere: non ex alieno pendere arbi-  
 trio. d. l. illa institutio. nisi arbitrium illud, declara-  
 tum esset, & ita in præteritum conferretur institutio.  
 L. illæ autem. ff. de hæred. instit. l. mulier. §. fin. ff. de con-  
 ditio. instit. Aut tacitum & velatum. l. si quis Sēpro-  
 nium. ff. de hæred. instit. indeq; dictum est, expressa  
 nocent, non expressa non nocent. l. nonnunquam. ff.  
 de conditio. & demonstr. l. expressa. ff. de regul. iur. Et  
 hæc sunt, quæ de captatoriis institutionibus, scripto-  
 res commenti sunt. Inuenerat sane error, qui tamen  
 me legentem in tenebras vnquam pertrahere non po-  
 tuit. Neque enim imprimis verum esse puto, quod a-  
 iunt scriptores, omnes in vniuersum institutiones,  
 quæ ex aliena voluntate pendent, Captatorias esse: li-  
 cet non ignorem, morientium testamenta, alieno ar-  
 bitrio permitti non posse. Nam hunc instituendi mo-  
 dum, veteres reiecerunt. d. l. illa institutio, illum Sena-  
 tus improbauit. d. l. captatorias. ff. de hæred. instit. & d.  
 3 l. j. ff. de his quæ pro non script. hab. † Ego igitur, Ca-  
 ptatoriam institutionem eam proprie dixerim, quæ  
 non ex animi sententia procedit, sed veluti viscata est,  
 & hamata: vt, quæ ex hac causa fit à testante, vt suo  
 prouocatus exemplo, institutus, aut alius, in quem ca-  
 ptatio directa est, idem faciat. Sic dicta, quod ea testa-  
 tor captet, hoc est, venetur hæreditatem, aut aliud  
 4 quodcunque lucrum: † nam & captare proprie dici-

*Institutio  
 nō cōfertur  
 in alterius  
 arbitrium.*

*Captatoria  
 institutio-  
 nis vera de-  
 claratio.*

*Captare.*

tur, qui dolis, & illectamentis quibusdam, lucrum alterius gratia aucupatur. Vnde Martialis, Rufum captatorem incessens, ait.

*Dum me captares, mittebas munera nobis.*

*Postquam cœpisti, das mihi Ruse nihil.*

5 Sic † & votum captandæ mortis, in iure nostro dicitur, ardens illud desiderium, quo flagrant iniqui homines, ex alterius morte, lucrum sperantes, vt illius vitæ insidias parent. l. de fideicommissis. C. de transact. Et captare hæreditatem dixit Vlpia. pro eo, quod est artificiosè eniti, & structis technis, vt eam præter etiã defuncti voluntatem, comparemus. l. j. in princ. ff. si quis ali. Ad quem modum, captabat quondam Gnemnon Hermolaum, & Callidemides Preodorum, vt est apud Lucian. in Dialogis, ambo tandem sua astutia, miserè delusi. Captatoriarum institutionis exempla, hæc præcipua sunt? *Qua ex parte Titius me hæredem fecerit, ea ex parte hæres esto.* d. l. illæ autem. ff. de hæred. inst. l. j. in fin. ff. de his, quæ pro non script. hab. *Si Titium me hæredem scripserit, eum instituo.* d. l. mulier. §. fin. ff. de conditio. & institut. licet in hac specie, *Quanta ex parte, à me Titium hæredem institutum recitasset, ex ea parte Sempronius mihi hæres esto. Et in illa qua ex parte Titius me hæredem instituit, ea ex parte, Mænius hæres esto.* Nulla sic suspicio Captatoriarum institutionis. d. l. illæ autem, & l. Clemens. §. fin. ff. de hæred. inst. Hæc, quod in præteritum, non in futurum, collata sit institutio. d. l. illæ autem illa, quod nullum dicatur, per eam qui testatus est, captasse. † Ad hæc Papinia. Captatorias institutiones, inquit, non eas Senatus improbavit, quæ mutuis affectionibus, iudicia prouocauerunt:

Votū mortis  
captandæ.

Captatorie  
institutionis  
exempla.

6  
Explinata  
l. captato-  
rias.

uerunt: sed quarum conditio, confertur in secretum alienæ voluntatis. l. captatorias. ff. de hæred. inst. Quæ verba, ab Accursianis, non satis intellecta video, In quorum tamen referendis interpretationibus, non detinebo lectorem: sed Iurisconsulti sensum, breuiter exponam. Vult itaque Papinia. eos, qui affectione mutua, pariq; voluntate prouocati, se inuicem hæredes instituunt, non malè testari: cum duorum fuerit similis affectus, vnde laudatur meritò, in Theodosij constitutione, cuius ij. Parerg. Alciat. meminit, Leontij iucundæq; pietas, qui iisdem tabulis, ambo testati, hæredes se inuicem reliquerunt. Quod si sub conditione, quæ in secretum alienæ voluntatis conferretur, concepta esset institutio, & ita cum non purè facta esset, manifesta captatio appareret: sicuti, cum ita quis hæres scribitur, *Qua ex parte Titius me hæredem fecerit, hæres esto*, à Senatu improbatur vt illic Papinia. docet. Captatorium enim, vt probauimus, ante iudiciũ est: † Neque verò putandum est, eadem ratione, veteres, institutionem alieno permissam arbitrio, reiecis- se, qua eam Senatus improbavit, cuius conditio, in secretum alienæ voluntatis confertur. d. l. illa institutio, & l. captatorias, ff. de hæred. inst. Hæc enim à Senatu reprobata est, quod captationem, hoc est, dolum, & technam, in instituti, aut alterius personam, dirigeret: non ex animi sententiã facta, sed vt ex ea testator, lucrum aliquod ad se alliceret, artificio seq; venaretur: tunc enim conditio institutionis, (nam quæ purè sit, nunquam mea sententiã Captatoria dici potest) in alienæ voluntatis secretum, propriè conferre dicimur: cum non ex affectione, videlicet, pu-

Leontij Iu-  
cundæq; pie-  
tas.

Captatoria  
an sit quæ  
deperdet ex  
alterius ar-  
bitrio.

raque mente, sed aucupandi lucri gratia, ad instituti, aut alterius personam, dispositionem referimus. d. l. captatorias. Illa verò institutio improbata est, quod testamentorum iura, per se firma esse oporteat. d. l. illa institutio. *Ioannes Corasius Tolosæ.*

*Maritum, rei dotalis, verum dominum non esse, aduersus receptam omnium ferme sententiam.*

- 1 *Rei vindicatio, cui detur.*
- 2 *Exposita l. in rebus.*
- 3 *Dominium duplex.*
- 4 *Donatio coniugalis cur non consistat.*
- 5 *Vbi tu Caius, ego Caia, vetus diuerbium.*
- 6 *Nova opinio.*
- 7 *Dos quomodo sit, in bonis mariti.*
- 8 *In bonis esse, quid dicatur.*

## CAP. XIII.

*I. Maritus an dominus rei dotalis.*



*ARVS*† Carinus, & Numerianus Imperatorum re dotalem, ab uxore vindicari posse negant. l. doce ancillā. C. de rei vend. Quoniam, inquiunt doctores, non uxoris, sed mariti, rei dotalis dominium est. l. si prædium. C. de iur. dot. Actio autem in rem, ei tantum datur, qui dominus est. l. in rem. ff. de rei vend. Rectè igitur dicemus, uxorem dotalis rei dominam non esse, tum quod eius vindicatio, mulieri non detur: d. l. doce ancillam illiusque res dici non possit, cui vindicatio denegatur. l. ii. §. fin. ff. ad exhibend. l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & arg. leg. tum, quod maritum, dominum esse probatum sit. d. l. si prædium, duos autè eiusdem rei, insolitum dominos esse, & ciuilis, & naturalis ratio vetet. l. si ut certo. §. si duobus vehiculū. ff. cōmod. l. hæreditate

2 tate. §. pater. ff. de castr. pecul. † Huic interpretatio-  
 ni, nec quicquam Iustinianea cōstitutionē. l. in rebus  
 C. de iur. dot. officere putāt: quæ res dotales, & ab ini-  
 tio mulieris fuisse, et naturaliter in eius semper pmā-  
 3 fuisse dominio, † dicit. Dominiū enim, vt dicūt, duplex  
 est. Verū, & efficax, quod maritus habet. d. l. si prædiū,  
 & d. l. doce ancillā, alterū imaginariū, et interpretatū:  
 idq; mulieris est. d. l. in reb<sup>9</sup> propter promiscuū (vt cre-  
 dedū est) rerū vsum, & mutuā cōiugū affectionē: quib<sup>9</sup>  
 societas quædā diuinæ, & humanæ domus coiri puta-  
 tur. l. j. ff. de rit. nup. l. aduersus. C. de crim. expila. hæ-  
 red. & vna caro, ex duab<sup>9</sup> psonis, effici. c. gaudemus. de  
 diuor. c. fraternitatis. xxxv. q. x. vnaq; dom<sup>9</sup>, & familia  
 cōstitui. l. j. §. si. vir. ff. ad Sillan. nā nec dissimili ratiōe,  
 Iul. Paul. filios viuo patre, substātiæ paternæ, quodā-  
 modo dominos existimauit. l. in suis. ff. de lib. & post-  
 4 hu. † A quibus nō abhorrent, quæ Plutarch. in Proble-  
 matis scribit. Virū ab vxore, vxorēq; à viro, aliqd acci-  
 pere prohiberi, quod absurdū veterib<sup>9</sup> visum sit, quic-  
 quam inter cōiuges reperiri, quod cōmune non esset.  
 Inde, & olim factū, vt sponsam introducētes, iuberēt  
 5 dicere. † *Vbi tu Caius ego Caia*, vt ita cū viro quasi depaci-  
 sceretur, omnia inter cōiuges futura cōmunia ambo-  
 b<sup>9</sup>q; pariter ius esse impandi: nec enim aliud his verbis  
 ostēdebat, quā vbi tu domin<sup>9</sup>, ac dom<sup>9</sup> princeps, ibi ego  
 6 dom<sup>9</sup>, domina atq; hæra. † Cæterū neq; his adduci eo  
 potsū, vt verā cōmunē interpretationē existimē: quā-  
 doqdē aptē, & nulla circuitiōe vsus Iusti. in d. l. in re-  
 bus, dicat, rē dotalē in mulieris dominio, omni tēpore  
 permanfisse. Et paulò post ex professo cōmuni senten-  
 tiæ repugnans, naturali iure, res dotales mulieris esse

Enodatus  
sensus. l. in  
rebus.

Dominium  
duplex.

Donatio cō-  
iugalis cur  
prohibita.

Vbi Caius  
& Caia.

Non a opinio

scribit: tamen si legum subtilitate, ad mariti substantiã peruenisse videantur. Quæ verba demonstrant, admissa veri, & imaginarij, dominij distinctione, verum apud vxorem, interpretatum & imaginarium, apud maritum aduersus interpretes esse: atq; ita (quod & quondam Marti: præsentit, communi iure, & naturali ratione, mulierem rei dotalis dominam esse. Iure vero singulari, & legis authoritate, virum. d. l. si prædiũ & s. j. quib. alie. lic. propter vsum fructum, rei; exercitium, & administrationem, quam lex ei concedit, constante matrimonio, vt nuptiarum oneribus seruiat. l. si pater mulieris, in fin. ff. de iur. dot. l. fin. in prin. ff. de doli except. l. pro oneribus. C. de iur. dot. atq; ita non vno respectu, duos eiusdem rei dominos, esse nouum videri non debet. l. in bello. s. si quis seruũ. ff. de capt. † Manifesta q; fit ratio, cur maritus thesauri partem,

7 *Dos quo in bonis viri.* quasi in alieno inuenti, dirempto matrimonio, vxori restituere debeat. l. diuortio. s. si fundũ, in fin. ff. solut. mat. Prædictis nõ obstat quod Iul. Paul. ait in bonis mariti, cõstante matrimonio dotem esse. l. Lucius. s. idem respond. iij. ff. ad municipalem: hoc enim nõ negat, mulieris dotem esse, vt & Tripho. his verbis ostendit. Quãuis (inquit) in bonis mariti dos sit: mulieris tamen est. l. quãuis. ff. de iur. dot. † Rem enim in bonis nostri computamus, non solũ quæ dominij nostri est, sed & quæ bona fide, a nobis possidetur: Et pro qua possessã defendenda, exceptionem, amissa q; recuperanda, actionem, vel etiam officium iudicis habemus. l. rem in bonis. ff. de acqu. re. do. l. bonorũ. j. s. pe. & fin. ff. de verb. signi. Quod ius maritum habere ambigis nemo. d. l. doce ancillã. *Ioannes Corasius Tolosa.*

Roma

## Romanus Pontifex, cur Papa dicatur.

- 1 Papa dictionis, origo.  
 2 Papa, proprium munus.  
 3 Pappus, quid notes, apud bonos authores.  
 4 Vita Papa brevis.  
 5 S. P. Q. R. harum literarum significatio.  
 6 Pandecta cur hoc signo. ff. de signentur.  
 7 Iuppiter Pappæus.  
 8 Pappo, & Papare quid.  
 9 Pappas puerorum custos.

## CAP. XV.



**D**E † Romani Pontificis nomine, illud quotidie in dubium reuocari video: cur Papa nuncupetur: neque enim satis constat, quæ sit eius vocis origo, trahunturque scriptores in varias sententias. Sunt enim, qui à Papilla, mammarum apice, vnde lac extrahitur, Papæ nomen deductum putant: † vt, scilicet intelligat Summus Pontifex, eius proprium munus esse, suaue illud, & mellifluum lac verbi diuini, fidelibus præsertim afflictis præbere, omnesq; per prædicationem Euangelij, ad Christi cognitionem traducere. Alij, à nomine Pappus, dictum Papam volunt, quo mutuato à Græcis sermone † πᾶππος, Auum significari constat, Auson. de studio puerili, ad nepotem.

Summus Pōt.  
 cur Papa  
 dicatur.

Papæ offi-  
 cium.

Pappus.

Qui refugit matrem, Pappos, Auiasq; trementes,  
 Anteferunt patribus, seri noua cura nepotes.

Quod igitur Rom. Pontif. omnium parentem esse oporteat, Papa, inquit, dictus est. Quæ sententia satis priori coheret. Tertij, à Pappo, carduorū flore, qui



marcescēs in lanuginē abit, sese ita per acré diffundis  
vt veluti flocculus etolet. Lucret. iij. de natur. rer.

*Nec nebulam noctu, neque aranei tenuia fila,*

*Obuia sentimus, quando obretimur euntes.*

*Nec supra caput eiusdem, cecidisse victam*

*Veslem, nec plumas animum. Papposq; volanteis,*

*Qui nimia leuitate cadunt, plerumque grauatim.*

4 Detorquent † itaq; etymū, ad breuitatem vitæ, quam  
Vite Pōtifi summos Pontifices viuere videmus: vt, sicut flos ille  
cū breuitas. Pappus appellatus, in auras diffluit, & sicut nebula, ci-  
tilsimē euanescit. Sic Pappæ anni, breui deficiant, ocy-  
fimeq; dissoluantur. Vnde dici solitum, nullum hactē-  
nus ex Romanis Pontificibus, tā robustum, vitæ cōm-  
fuisse, qui annos prothopapæ Petri, attigerit. Et vsu  
etiamnum seruari ferunt, vt cū creatus noue Papa,  
ad sanctum Petrum Romæ ducitur, exuratur ante en-  
stupa. Stupe excu-  
sta. stupæ, cum hac verborū enuntiatione, *sic transit gloria  
mundi Pater sanctæ.* Sunt & alij, qui hoc Gothorū in-  
curfione corruptum fuisse dicant, Rom. Pont. nomen  
quod olim abbreviatè, & separatim, ita p. p. vel sic  
Pa. Pa. scribebatur. At imperitū vulgus, ex duabus di-  
ctationibus, vnā nempe Papa fecit: vim literarū non in-  
telligens. Eoq; propemodū modo, huius sententiæ au-  
thores Romanū Populū, antiquarū quatuor literarū,  
S. P. Q. R. S. P. Q. R. sententiā deprauasse referunt: cū enim has  
literas, crucis signo præmisso, † Sybilla laminis æreis,  
ad Christi vaticinium, insculptas olim reliquisset: ad  
hūc videlicet sensum, *salua Populum quē redemisti.* Id  
totum prisca Romanorū, peruertentes, illis caracte-  
ribus, significari putarunt. *Senatum Populumq; Roma-  
nū.* Sed certè magis huic rei cōuenit, quod Alciat. no-  
uissi

Pandecta-  
rū libri, cur  
duplici ff ci  
rentur.

uissi

uisimè prodidit, duplicis ff. nota, libros digestorum, vulgò citari: quoniam olim, † à latinis etiã, sub Græco Pandectarũ vocabulo, allegabantur, facta eius nominis, per primam notam, <sup>^</sup> cum accentu circumflexo, descriptione, quod eum scriptores librarij, literarum ignari, non intelligerent: binas. ff. esse putauerunt, in quam figuram, inquit Alciat. lib. Disputatio. iij. cap. xvj. facillè fuit, adiecto vno, Græcam notam deprauare. Ego verò de hac re sæpè requisitus, respondi, venerationis & diuini, quippiam inesse verbo: † cùm perhibeant hystorici, Bithmos quondã cõsueuisse, mortuum cacumina conscendere, ac Iouem Pappã consalutare, Iouẽq; à Scythis Pappæũ dici, Herodotus est author: quod igitur hoc diuino nomine illustratus princeps, omnes quoscunq; sibi subsunt, amare, tueri, ab omniumq; potentiorum præcipuè iniuriis defendere, debeat. Illiq; vicissim eũ tanquam Deum aliquẽ, & patrem reuereri, & colere, Papã dictum auguror: † nã & <sup>8</sup> *nã*, infantuli loquutione pater dicitur: qui mox per Anadiplasiaismũ, factus sit *πᾶππας*. Sicuti *μα*, dicitur mater, vnde & *mammia*. Sic Pappare, & Pappissare, <sup>9</sup> est infantium mōre, blandiusculè patrẽ appellare, † inde Pappas Pappãtis, qui pueros custodit. Nec me clam est Pappam, pro cibo, & Pappo verbum, pro eo modo, vsurpari. Plaut. in Epidico.

*E. At postea.*

*Nono liberto opus est, quod Pappet. P. dabitur, praebebo cibũ.* Cæterũ vocabulum est, pueris accõmodatũ. Cato de lib. educad. Cũ cibũ, inquit, & potionẽ, buas atq; Pappas docet, & matrẽ Mammã, & patrẽ Tatam. Et Pers.

*Et similes regum, pueris Pappare minurum.*

Et

*Bithmi sup  
piter Pappas.*

*Pappa cur  
sic appella-  
tus.*

*Pappare.*

*Pappas.*

Et Iuuenal. Satyr. vj.

Vos ego pupilli moneo, quibus amplior est res,  
Custodite animas, & nulli credite mensæ.  
Liuida materno, feruent adîpata Veneno,  
Mordeat ante aliquis, quicquid porrexerit illa.  
Quæ peperit timidus, prægustet pocula Pappas.  
Ioannes Corasius Tolosæ.

In successione, an Mosis lex seruanda sit  
& quid inter Iudæos.

- 1 Succedendi modus, ex Lege diuina.
- 2 Statuta excludentia feminas, fauorabilia.
- 3 Mosis lex, an in successione seruanda.
- 4 Præcepta veteris testamenti, quando ligent.
- 5 Moralia, & Mystica præcepta.
- 6 Cerimonialia, & Sacramentalia præcepta.
- 7 Iudæi, lege Mosis vtuntur.
- 8 Iudæi, an Romanis legibus ligentur.
- 9 Dignius trahit ad se minus dignum.
- 10 Andrea Tiraquelli, nona quæstio.
- 11 Iudæi vsurarij, an sint intestabiles.

C. A. P. XVI.

1  
Successio ex  
lege diuina.



**M**OSI † referenti causam filiarum Salphaad, ad iudicium Domini, vt ad patrum successionem admitterentur. Sic a Domino responsum legimus. Homo cum mortuus fuerit, absque filiis, ad filias eius transibit hereditas. Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos: quod si fratres non habuerit, dabitur hereditatem fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hereditatem his, qui proximi sunt, erit q̄ hoc filijs Israel, sanctum lege

lege perpetua. † Quæ verba, vt obiter admoneam, plane demonstrant, non tam iniquas esse leges municipiorum, masculis existentibus, foeminas excludentes: quam vulgò creditum est. Cùm hoc primùm à Deo Opt. Max. statutum fuerit. Et fauore publico latæ sint, agnationis scilicet, & familiæ cõseruandæ causâ. l. j. §. quãuis. ff. de vent. insp. leges autè vtiles Reipub. fauorabiles esse, atq; ideo interpretatione adiuuandas, nemo nescit. l. hoc modo. ff. de cond. & demonstra. Bal. & alij. l. ij. C. de in ius voc. qua de re alibi diximus. l. ij. C. de impub. † In præsentiarum tractadum, illud occurrit, an in successiõibus, præscripta diuinæ legis formula, vti nos oporteat: proximam quemq; perlonam, ex eo ordine admittendo. Et extat omniũ sententia quod non: ex quo ciuilis lex, aliter disposuit. Ioann. Imol. l. stipulatio hoc modo col. iij. ff. de verb. oblig. l. af. l. qui se patris, col. v. C. vnd. lib. neque enim ligant veteris instrumenti præcepta, nisi quatenus recentioribus legibus, confirmata reperiuntur. c. fin. §. his ita, vj. distinct. Sed nos exercèdi ingenij gratia, cõtrarium quandoq; defendimus. Illa enim non hominis, sed Dei lex est: quæ per hominẽ violari nõ potest. cum inferior, de maio. & obed. suprema etiam dignitate, imperatoria puta, aut Papali refulgentem. cle. ne Roma. de elec. c. nõ licet. x. dist. † neq; impræsentiarũ repugnat, quod antiquæ legis Dei præcepta, non obstringant, nisi nouè probata legantur. d. c. fi. §. his ita. hoc enim in mysticis præceptis obtinet: gl. d. §. his ita. ¶ In quibus, magis literã ipsam, & præipientis auctoritatẽ spectamus, quam quod rationẽ aliquã habeant. ¶ Panor. c. fi. col. ij. de cõsuetud. Cuiusmodi sunt ceræmonia

Statutum foeminas excludens fauorabile.

Lex Moysis an in successione seruanda.

Præcepta veteris instrumenti quæ ligent.

monialia, quæ nulla ratione litera, præcipuè spectata, adiuuari possunt: quale illud, *Non arabis in bone, & asino, simul, & Non indues vestimentum, lana linoq. contextum.* Deutero. xxij. c. cum caussam, de electio. Sacra metalia præterea, quorū ad literam, ratio reddi poterat: veluti, præcepta Circūcisionis. Gene. xvij. cessatio nis ab ingressu templi, post partū. Leuit. xij. c. j. v. diff. & obseruationis sabbati, Exod. xx. Hæc enim omnia

*Mystica  
præcepta.*

mystica præcepta, id est, figuralia per aduentū Christi, cessauerunt, quod tunc veritas illuxerit Euangelij. Quare cōueniens fuit, vt umbra legis cessaret. c. vij. de purif. post part. & translato sacerdotio legis pariter translatio fieret. c. translato. de const. At hiis mysticis præceptis, lex Dei de successionibus loquens, Nume. xxvij. Mysticis annumeranda nō est: sed magis moralibus, quæ mutabilitatem nullam receperunt. d. §. his

7 ita. † Quæ sententia nostra, data etiam communis opinionis veritate: haud dubiè inter Iudæos obtinet: apud quos à Mosis lege, ne transuersum quidem vnguem discedentes, veterem illam successionis legem, seruandam esse, omnes ad vnum docent. Idq; fuisse in

8 hæreditate xxx. millium ducatorum, cuiusdā † Iudæi iudicatum, Floria. alibi refert, in l. iij. C. de lib. præte. licet enim, in his, quæ ordinem litis respiciūt, Iudæos Romano iure viuere oporteat. l. Iudæi. C. de iud. cum tunc non contrahentium qualitas, sed locus iudicij spectetur. l. iij. §. fin. ff. de testib. ob id, quod absurdum nimis esset, iudicem cogi, ex noua litigatorum qualitate, morem, ritum, & stilum fori sui, mutare. Bart. & alij. l. j. C. de summa Trin. in iis tamen, quæ spectant ad litis decisionem, Mosis lex, inter Iudæos seruanda

*Iudæi quan  
do iure Ro-  
mano vtan-  
tur.*

erit

erit. l. Iudæos. C. de iud. Propria quippè, & specialis est, Iudæorū lex illa, vnde magis, quàm generalis attendenda, sicuti, de statutis specialibus, & generalib<sup>9</sup>, Bart. & cæteri scribūt. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Ergo inter Iudæos, à filiis masculis, fœminæ excludetur. Cald. conf. x. tit. de const. & conf. xxx. tit. de testa. Fel. c. j. col. vj. de cōst. licet ius civile repugnet. d. l. iij. C. de lib. præt. Auth. in successione. C. de suis & legit. Quæ tamen ita recipi volumus, si caussa inter solos Iudæos tractetur. Secus si inter Christianū, & Iudæum: tunc enim Christianus dignior, ad se Iudæū pertrahens efficeret, vt iure cōmuni Romanorū, decideretur negotium. l. ij. C. cō. de legat. l. præcepimus. §. fia. C. de ap. pel. c. quod in dubiis, de consecr. Ecclef. Sic enim dicimus, vbi est cōmune negotium, clerico, & layco, corā ecclesiastico iudice, causam esse ventikādam. Bar. l. fō lont. ff. de aliment. & cib. leg. & in d. l. præcepimus. §. eo autē obseruando. Plenissimè Iaf. l. si emācipati. C. de colla. Rursus procedit, quod diximus, nisi casus esset iure cōmuni expressus, in personis Iudæorum. d. l. Iudæi. Cal. d. cōf. xxx. generaliter docēs, vbi lex civilis expressē nō derogat, Mosis legē seruādā: at in iis, quæ nominatim prohibita reperiūtur, vt ne diuertium faciāt, ne sororē ducāt vxorē, iuri civili standū. l. nemo Iudæorū. C. de iud. vbi Accur. † Ex iis autē, nō valde obsecurū arbitror diffinire, quod *Andreas Tiraquellus*, ma- gnus utiq; vir, & quē omnis iure miretur posteritas, à se quæsitū aliquādo refert. in l. si vnquā, in vltimis ver- bis. C. de reuo. don. an. scilicet, eius legis dispositio inter Iudæos obtineret: quæ magna fuit quādoq; Carpē toracti cōtrouersia, cū Iudæus q̄spiā liberos nō habēs, precio

Dignius tra-  
hit ad se mi-  
nus digni.

Andreas Ti-  
raquellus  
Senator Pa-  
risiensis gra-  
uissimus.

preciosa quædam alteri donasset, isq; postea filios suscepisset. Sed fuit aliquando quæstionis, quid si casus controuersus, nec à Mosis, nec à ciuili lege, expressim decisus sit? Veluti, si Iudæus, vxorem dominam, mafariam, & usufructuariam, reliquerit. Et tunc cum casus omissus, iuris communis interpretationē subeat, l. cōmodissimè. ff. de lib. & posth. l. si cūm dotem. ff. solut. matr. dicendū, inter Iudæos quoq; Bulgari sententiæ standum vt filiis institutis, vxor duntaxat habeat alimenta: Accur. in Auth. hoc locum. C. si secūd, nup. mul. Paul. Pich. in specie, in l. Titia cum testamēto. §. Titia cūm nuberet. liij. col. & xx. q. ff. de leg. ij. † Neq; putandū est, hunc casum in personā Iudæorū, euenire non posse, quod hi fœnus palā exercētes, testari prohibiti, videātur. c. quanquā, de vsur. in vj. Etenim constitutionē illā, Iudæos nō cōprehendere, permultis, & iis quidem acutis rationibus, probat Francis. Aret. conf. clvij. copiosè & subtiliter. Ioannes Corasius Tolosa.

11  
Iudei vsu-  
rarij an te-  
stantur.  
Declaratiū  
c. quāquā.

*Cur Iustinianus, se frequenter eorum autho-  
rem prædicet, quæ apud Iureconsultos, pas-  
sim leguntur.*

- 1 Legatorum & fideicommissorum adæquatio.
- 2 Substitutum ex heredati, non grauat legatis.
- 3 Libertorum successio.
- 4 Hæres non potest testis esse.
- 5 Donationes causæ mortis comparatæ legatis.
- 6 Iustinianus omnia sua facit.
- 7 Huloandri castigatio taxatur.
- 8 Explicata noue l. j. ff. de legat. j.

## CAP. XVII.



**M**IRUM est, quod Iustinia. se non vno in loco, eorum auctorem iactitat, quæ multo ante tempore, ab Vlpiano, cæterisque Iurisconsultis, tradita fuere: vt, ecce Iustinia nus, aduersus antiquæ legis scrupulum, se omnia legata, fideicommissis exequasse profitetur. l. ij. C. com. de leg. §. sed non vsque, de legat. in instit. cum tamen Vlpianus, antea scripsisset, Per omnia exequata esse, legata fideicommissis. l. j. ff. de legat. j. † Rursum Iustinia, se nouè edicere affirmat, substitutū impuberis exheredati, legatis, aut fideicommissis, prægruari nō posse. l. cum quidam. C. de leg. cum ante Iustinianū, à Triphonio Iureconsulto, id constitutum legatur. l. miles ita. §. si miles. ff. de milit. testa. Idem Iustinianus præterea, se sua constitutione gloriatur, † libertorum ita successione definitur, vt si libertus minus habeat in patrimonio, centum solidis, ad eius hæreditatem, condito testamento. patronus nullum locum habeat: idemq; si maior fuerit centenarius libertus, & liberos reliquerit. Alioqui intestato, Patronus in solidum hæres fiat: condito verò testamento, per cōtratabulas tertiam partem consequatur. Cæterum id ipsum Africa ni quoque tempore, obseruatum fuisse, in Pandectis legitur. l. liberto octoginta. ff. de bo. liber. † Deinde Vlpianus. dicit hæredem, eodem testamento, quo scriptus est, testem adhiberi non posse. l. qui testamento. in principi. ff. de testam. Iustinianus verò, subtilitate veteris legis correcta, id à se vetitum prædicat. §. sed neque. de testa. † Denique iactitat & ipse, per omnia redactas à se ad exemplum legatorum, mortis causa donationes. l.

Iustinianus  
cur se dicat  
auctore eorum  
quæ in  
Pandectis le  
gantur.

Substitutus  
exheredati  
non graua-  
tur legatus.

Libertorum  
successio.

Heres non  
est testis.

Donatio.  
causa mor-  
tuæ legatis cō-  
paratur.



fi. C. de dona. caus. mort. §. j. de dona. in inst. Cùm ta-  
men id meminisse oportere Vlpia. dicat, legatis, com-  
paratas esse prorsus donationes causa mortis: Et idcir-  
co quodcumq; in legatis iuris est, in mortis causa do-  
nationibus accipiendum. l. illud. in princi. ff. de dona.  
caus. mort. Sunt & alia pleraque huius generis exem-  
pla, quæ omnia recensere longissimum fuerit, neq; val-  
de arbitrò expedire. † Etenim, vt vno verbo dicam, ho-

6  
Iustinianus  
omnia sua  
facit.

rum omnium ideò Iustinia. se authorem dicit, quod  
ea à veteribus, sparsè, imperfectè, & parum aptè tradi-  
ta, in vnum ipse coëgerit, suisq; locis, congruentissimè  
collocarit: & rerum, & temporum, ordine seruato. l.  
vna. §. quibus. C. de no. co. fac. *Omnia enim, inquit, me-  
ritò nostra facimus, quibus nostram auctoritatem imperi-  
mur: nam qui subtiliter factum emendat, laudabilior est eo,  
qui primus inuenit. l. j. §. & ideò. C. de vet. iur. enucle. Et  
paulò post cùm antiqua lege, ait, qua Regia nuncupaba-  
tur, omne ius, omnisq; potestas Populi Romani, in imperato-  
riam translata sit potestatem: nos sanctionem omnem non  
diuidimus, in alias, & alias conditorum partes, sed totam  
nostram esse volumus: ne quid possit Antiquitas, nostris  
legibus abrogare. Et idem Imp. in l. ij. §. tanta autem, eo.  
tit. vna, inquit, omnibus auctoritate indulta, vt quicquid  
in veteribus legibus scriptum est, hoc nostrum appareat, &  
ex nostra voluntate compositum. Et in Proc. Pádec. Di-  
gestorum leges, suas esse dicit. §. & hos tres. in proc.*

7  
Haloandri  
lapsus.

ffor. † Sunt autem hæc in causa, vt existimem lapsum  
esse grauiter, Gregorium Haloandrum, virum alio-  
qui diligentem, & benè doctum, cùm ex l. j. ff. de leg. j.  
Vlpiani inscriptionem sustulit ea, vt verisimile est rati-  
one adductum, quod eius constitutionis sententiam,  
Vlpia

Vlpia  
Tribu  
8 vsque  
lapsu  
ptum,  
erudi  
da no  
cōstit  
nus, c  
adco a  
sua au  
lij. §.

Q  
no  
Et

1 Viere  
2 Presu  
3 Vita fi  
4 Vita la  
5 Moses  
6 Ioanni

1 

alij. l. j.  
& fid

Vlpiano falso ascribi, totamq; Iustiniani, aut si maius  
 Tribonianus fuisse putaret. l. ij. C. com. de leg. §. sed nō  
 vsque, de leg. in inst. † Qua in re, vt præmonui, fœdè *Explicata l.*  
 lapsus est: nam præterquam quod ita Florentiæ scri- *ff. de le. j.*  
 ptum, *Vlpianus, lib. 67. ad adictum* ad illud caput, d. l. j.  
 eruditi viri testantur: in eo vt ostendimus, vis faciun-  
 da non est, quod Vlpiani responsum, nouæ Iustiniani  
 cōstitutioni cōsonet: cūm ea omnia sua dicat Iustinia-  
 nus, quæ ab Vlpiano, reliquisq; iuriconsultis, atque  
 adeo ab omni antiquitate prodita sunt, quibus ipse  
 suā authoritatem, impertitus est. d. l. j. §. & ideo. & d.  
 l. ij. §. tanta autem: C. de veter. iur. enuclean.

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*Quem præsumi viuere, vsque ad centum an-  
 nos, à nostratibus Doctōribus, non satis re-  
 etè dictum.*

- 1 *Viuere, an quis præsumatur centum annis.*
- 2 *Præsumptio, à solitis euenire.*
- 3 *Vita suū longissimis.*
- 4 *Vita longissimæ exempla.*
- 5 *Moses cxxv. annis vixit.*
- 6 *Ioannis de temporibus, vita longissima.*

C A P.

XVIII.

**S**OLET Accursius noster, solentq; ceteri *Viuere cen-  
 interpretes, vulgo dicere, quemlibet præ-  
 sumi viuere, etiam vsque ad centum an-  
 nos, nisi probetur mortuus. Accursi. &  
 alij. l. ij. §. si dubitetur. ff. quemad. test. aper. & in l. sed  
 & si de sua. ff. de acquir. hæredi. cum hoc tempus, vitæ*  
*tū annis an-  
 quis præsu-  
 matur.*

longæui hominis, plerunque finis esse dignoscatur. l. an usufructus. ff. de usufr. l. fi. C. de sacrosan. eccle. §. j. vt eccles. Roma. collat. ij. indeq; Angel. d. l. sed & si de sua. nouum modum introducit, ad irritandos processus, si in fine iudicij, a reo opponatur, Actorem filius esse, atq; ita iudicium nullum. l. fi. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. erit enim, inquit, præsumptio, pro opponente, quæ sufficiet ad victoriã. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. & l. absentem. ff. de pœn. Succumbetq; proculdubio actor si non superlit tempus, probandi oppositum. Cæterum mihi, nullo tẽpore, probabilis visa est, ea coniectura, vt dicamus, in dubio præsumi quem viuere, centũ annis, dicta enim ea frequenter † contingentibus coniectura, quæ optima est. l. certi conditio. §. quoniam. ff. de reb. cred. Accurs. l. natales. C. de proba. Bal. l. conuenticulam. C. de episc. & cle. potius contrarium, præsumendum esset, quod & Maximus, in tractatu. l. Falcidiæ velle videtur. l. hæreditatum. ff. ad legem Falcidiam. non itaque sequitur, fieri potest, vt quis centum annis viuat: ergo tanto tempore, viuere quis præsumitur. † Quo breuiter satisfit, legibus in contrarium adductis, quæ id tantum dicunt, finem vitæ longæui hominis, esse centum annorum. d. l. an usufructus. d. l. fi. & d. §. j. at non inde rectè colligitur, ergo præsumendum est, quemcunque eam vitæ metam pertingere. Nec ab hac nostra sententia Franc. Aretin. in d. l. sed & si de sua, abhorrere mihi videtur: qui præterea non insubtiliter, illic ostendit, illationes Angeli, a vero longè, lateque, abesse. Sed quoniam in longitudinem vitæ incidimus, non alienum erit illud ex bonis authoribus, ad eam rem cõtexere. Dioscoridem,

<sup>2</sup>  
Arg. à solit.  
tis.

<sup>3</sup>  
Finis vitæ lō  
genus.

dem, Iureconsultis nostris consentire anno quoque centesimo, hominum vitam circumscribentem. Cordis ratione, quod in anniculo, mensum habeat drachmarum duarum: in bino, quatuor: in trino, sex: ac demum procurso pari, in annum quinquagesimum, a quo decrements incipiunt, & ad æquilibrium supputantur: vnde fit, vt alio quinquaginta annorum ambitu peracto, cordis delapsu, nullum superfit vitæ spatium. † Cui rationi pleraque longioris vitæ exempla repugnant, vt quod de Terentia Ciceronis effertur, eam cxvij. annis vixisse. Clodiam Ofelli cxv. & hanc quidem, inquit Plin. libro septimo. capit. xlvij. quindicies enixam, Lucciam Mimam, centum annis in scena pronuntiasse: & his similia multa. Nam & Iustinianus, se refert egisse cum Zosymo abbate, centesimum, & vigesimum ætatis annum agente. §. si verò intra de mona. colla. j. quod spatium vitæ cxx. annorum, Deus opt. Max. homini tribuisse videtur. Genes. vj. non permanebit Spiritus meus, dixit Dominus, in homine in æternum: quia caro est, eruntq; dies illius, centum viginti annorum eundemq; vitæ terminum. Treuellius Pollio in Claudio Mathematicorum doctissimo homini tribuisse scribit: † hancque metam, solum Moſen

Vita longif-  
sima exem-  
pla.

Mofis vita.

transgredi. Adiciens ex Theopompo Epimenidem  
 Gnosium, septem quinquaginta & centum annos, vi-  
 6 xisse. † Sed & falsa manifestius fabulari videretur, Gra-  
 gninus noster, in Ludouici Grossi Annalibus, memo-  
 rans, Ioannem de Temporibus, Caroli magni quon-  
 dam militem ccclx. annos attigisse, nisi prudenter ad-  
 icisset, se id fabulae magis, quam hystoriae adscribere.  
 Si quis autem longioris, breuiorisq; vitae, rationes ex  
 Philosophorum scholis, discere cupit, legat Rhodig.  
 in xx. lect. Antiq. xxxiiij. Ioannes Corasius, Tolosa.

*Imperitos, Iudices esse non posse, aduersus alio-  
 rum opinionem.*

- 1 *Imperiti, an Iudices esse possint?*
- 2 *Inscitia vnicum malum.*
- 3 *Philonidis factum nequissimum.*
- 4 *Religionis praetextu, innocentes opprimendi non sunt.*
- 5 *Assessorum peritia.*
- 6 *Decuriones indocti esse possunt.*
- 7 *Exposita nouè l. certi iuris.*

## CAP.

## XIX.

I  
*Imperiti an  
 sint iudices.*



**L**LLITERATOS, † & iuris imperitos, iu-  
 dices esse posse, vulgò dici solet, ex l. cer-  
 ti iuris. C. de iudi. Iustificereque, cum, qui  
 iurisdictioni praest, causarum peritiam,  
 ex diuturna experientia habere. Accursius l. final. C.  
 de sentent. ex breuic. recit. Gloss. capit. ad audientiam.  
 de consuet. Et quamuis hoc, in ordinariis iudicibus,

vno ore receptum, in delegatis controuersum fit: quibus, nisi literarum peritis, delegari non posse causam, plerique putant, Iustiniani nouella adducti. §. primo. vbi Accursius de iudi. collat. vj. vnde Baldus l. final. xvj. quæstio. C. de hæredibus instituen. docet, si causæ subtiles, grossis, vt ille ait, Doctõribus, committantur, posse eos iure recusari. Receptius tamen videtur, vt illiterato quoque, causâ delegari possit. Glossa & Doctores capitulo sciscitatus. de rescript. & ita vsu seruari, Alb. rosaceus refert in dicta l. certi iuris. consentitque Specul. in titul. de iudic. delegat. §. excipi. colum. ix. modo causarum experientiam, Delegatus habeat, & iudicis polleat naturali, seu discretionem, quàm sacri canones, omnium virtutum matrem dicunt. capitu. primo. de offi. custod. capit. præsentium. j. quæstio. v. Alij, hoc in Delegato Principis admittunt, eo videlicet casu, quo Princeps sciens, prudens, imperito homini causam committit. l. quidam consulebant. ff. de re iudicata. De eo enim, quod à Principe ex certa scientia gestum est, disputare non licet. Glo. capitul. cùm dilecta. de confirmatione vtil. siquidem tunc plenissima sua potestate, vt præsumatur. Gloss. capitul. ad hæc. de rescriptis. enim uerò, si error ductus, illiterato, quem peritum Princeps credebat causam commisisset, nullius momenti esset delegatio. Accursi. dicto §. primo. de iudic. coll. vj. quando errantis principis, nulla sit voluntas. l. sed hoc ita. ff. de aqua pluuiæ arcenda. nihilque magis sit consensum impediens, quàm error. l. si per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. nihil. §. finali. ff. de regulis iuris. Quod verò pertinet ad delegatum ab inferiore, ad-

Principis potestas in controuersia reuocanda non est.

Error impedit consensum.

mittunt illi, oportere iuris peritiam habere: dicto §. primo. de iudi. Et ita aliter, atque aliter, à Doctolibus, hic noster articulus diffinitur. Qui omnes suum errorem hausisse mihi videntur, ex Iustiniani cōstitutione, dicta L. certi iuris, iniquissimè ab eisdem percepta: eam enim sic intellexerunt, vt illiteratos iudices esse posse dicat: cū longè aliter Iustinianum sensisse, non dubitem. Itaque sciendum, nunquam in iure nostro legi, ignarum & indoctum iudicandi munere fungi posse: sed potius contrarium, indecens, videlicet, nimis esse, vt quispiam iudicis nomen gestet, qui legum sit imperitus. Nam qui iuris peritiam non habent, sed aliunde emendicare coguntur, rectè iudicandi formulam, grauem certè iacturam, maximamque labem reipublicæ inferunt. §. primo. de iudic. colla. sexta. verum enim illud est, quod Mitio senex in Adelphis Terentianis cecinit.

*Homine imperito, nunquam quicquam iniustus:*

*Qui nisi, quod ipse facit, nihil rectum putat.*

2 † Et iocraticum illud, vnicum bonum esse scientiam: inscitiam verò, malum vnicum: fertur enim rudis, & indoctus, effreni suo sensu, vt equus indomitus. Et hanc iuris peritiam, in iudicibus præsertim Ecclesiasticis, desiderauerim: cū enim ij secundum quod leges Pontificiæ censent, iudicare debeant. capitulo primo, de officio ordin. grauioresque causæ, nempe nuptiarum, & hæreseos, apud eos plerunque tractentur, statuta saltem canonum, ignorare non debent. capitul. j. in fine, de consangu. & affi. † Quare hîc libenter ab Episcopis, & Antistibus omnibus per  
Chri

*Imperitia  
vnicum ma  
lum.*

Christianam pietatem peterem, ac per omnem amorem quo Christum complectuntur, orarem, & obtestarer: vt, in deligendis, substituendisq; sibi vicariis, & officialibus, multa cura deliberent: neve quamuis huic muneri præficiant, sed eum tantum, qui singulari doctrina, eximiaq; vitæ probitate, & sanctimonia, refulgeat. Audio Philonidem quendam melitensem, auctoritate sua, tam sceleratè quandoq; abusum, vt cum selecti à se Assessores eruditissimi, & eius prouinciæ celeberrimi, absoluendum reum hæreseos delatum, censuissent, quem ille per fas, nefasq; hoc pietatis velamento, in interitum tradere satagebat: abiectis eorum suffragiis, Rabularum, & causidicorum nescio quorū, sententiā cōmercatus innocentē opprimere ad mortē vsq; crudelissimè tentarit: cū interim ille cōniueret, ad manifesta, & insignia impurorum hominum scelera, diuexansq; columbas, nigerrimis coruis, magno Reipublicæ malo, daret veniam: verū quoque illud clementinum efficiens, inquisitores & vicarios, suæ potestatis metus, nonnunquam ita excedere, vt, quod in augmentum fidei, salubriter prouisum est, dum sub pietatis specie, grauantur innoxij, cedat infidelium detrimentum. *cl. j. in princip. de hæret.* Enimuerò vt Christianæ Reipublicæ maximè interest, hæreticorū conuenticula dissipari: religionem nostram, propagari, eandemq; ab impiorum hominum iniurias vindicari sic bonos & innocentes viros, à sycophantis eiusmodi, & nebulonibus, non opprimi, vexariq; §. neque occasione, *demand. princ. coll. iij. ac eorum hominum iniquitatem, atque impudentiam coerceri, qui cū pro libidine sua, quascunque nefarias volu-*



ptates, perditissimè expleant. vt quibus non alius sit  
 modulus vitæ, quam culinæ, & ganeorum nidor, atque  
 fumus sub nomine religionis, nihil non licere sibi opi-  
 nantur. quod & sequenti capite tracto. Ergo, vt in-  
 viam redeamus, verissimum est, iudices eruditos, iu-  
 risq; peritos, esse oportere. Quamuis olim solerent  
 Romani in prouincias mittere magistratus, qui rei  
 militaris, magis quàm legum peritiam haberent.  
 At ij, non nisi Assessorum peritorum consilio, ius dic-  
 ebant. † Quod si eueniebat, vt Assessoris impruden-  
 tia, ius aliter dictum esset, quàm oporteret, non hoc  
 magistratui officiebat, sed ipsi assessori. l. ij. ff. Quod  
 quisque iur. Sed cùm Alexand. Imperat. animadu-  
 teret, Reipublicæ perniciosam esse, imperitorum ma-  
 gistratum creationem: dicere solebat, tales admini-  
 strationi publicæ præficiendos, qui per se sine Asses-  
 soribus, Rempublicam gerere possint. Lamprid. in  
 seucero. † Decurionis munera, ab expertibus litera-  
 rum, peragi posse fateor. l. expertes. C. de decurio.  
 libro decimo quod Decuriones iudicandi munere,  
 non fungantur, sed publici tantum consilij gratia,  
 creentur in municipiis. l. pupillus. §. decuriones. ff. de  
 verborum significationibus. Quod & supra libro ter-  
 tio capito sexto fufius ostendi. † Nec prædictis obstat,  
 lex Iustiniani. d. l. certi. C. de iud. quæ hominibus mi-  
 litaribus, iudicandi facultatem permittit: non qui-  
 dem eis etiam imperitis, vt vulgò creditum est: tex-  
 tus enim repugnat, cùm ait, *pro sui & legis scientia*,  
 sed si & rei militaris (cùm inter milites & de remi-  
 litari cognoscant) & iuris, peritiam habeant.

Ioannes Corasius, Tolosa.

4  
 Assessorum  
 peritia.

5  
 Decuriones  
 imperiti esse  
 possunt.

6  
 Exposita l.  
 certi.

In hæresis negotio, quoscunq; testes infames, & inquinatæ vitæ, non admittendos aduersus imperitorum hominum errorem.

- 1 Testes qui, contra hæreticos admittantur.  
 2 Expositum nouè c. in fidei fauorem.  
 3 Excommunicati, quando a testimonio repellantur.  
 4 Participes criminis, an legitimi testes?  
 5 Fores & adulteri, quando testes in caussa hæresis.  
 6 Iudæi, an testificentur contra Christianos,

## CAP. XX.



**D**ISTRVIT quoque luminibus imperitorum iudicum, eorundemque malitiam maximè promouet, quod à Rabulis forensibus, cecini quotidie solet in caussa hæresis, testes infames, perditæ, & † reprehensibilis vitæ, admitti. c. in fidei fauorem, de hæret. in vj. veluti fures, & adulteros. c. per tuas, de simon. nam nec infames, accusare hæreticos prohibentur. c. nos sequentes. §. fi. vj. q. j. Huc pertinet, quod Iudæi, qui alioqui à dicèdo testimonio, contra fideles, repelluntur. c. Iudæi, & c. licet vniuersos, de testib. in negotio tamen hæresis, admittuntur. c. contra Christianos, de hæret. in vj. periuri item, testes esse possunt, contra hæreticos. c. accusatus. §. licet, eo. tit. Et serui, contra dominos. sicut in crimine læsæ maiestatis. l. fi. C. ad l. Iul. maieft. cùm grauius sit multò diuinam, quàm humanam, offendere maiestatem. c. vergentes, de hæreti. can. quæstionem. xij. q. ij. Denique speciale esse volunt, in crimine hæresis, vt aduersus fratrem, cogatur frater dicere testimonium

Testes qui in hæresis negotio admittendi.

Frater contra fratrem testis.

stimonium. Panor. in cap. literas, de præsump. *Que*  
 omnia analphabetis hominibus, videntur aperte cõfir  
 mare, vulgare illud pronuntiatum, quo dicitur, quos  
 cunque quamlibet sceleratos homines, in hærelis ne  
 gotio, fidei religionisq; nostræ cõfirmandæ gratia, ad  
 dicendum testimonium admitti. Suffragante potissi  
 mum Alexandr. iij. constitutione. d. c. in fidei. Sed  
 quàm sit inepta, quàmque absurda, piisque hominibus  
 perniciosa, hæc sententia, perspicuum ipse faciam, vt  
 me audito minime quisquam dubitaturus sit, quin  
 hoc ab indoctis hominibus, perperam traditum fue  
 rit, iniuriamq; maximam, eos Christianæ religioni  
 facere, qui tam iniquæ sententiæ, sunt authores, aut  
 defensores: hoc enim est calumniandi materiam ho  
 minibus præstare. Nam quis, per Deum immortalem,  
 tam pius, & fidelis est, qui si perditorum, & dissolutorum  
 quorumcunque testimonio, impeti possit, non  
 tandem confundatur? Sanè, quemadmodum crimen  
 hæreseos & violatæ religionis, diligenter coërcendum  
 est, ne indulgentiæ facilitate, latius grassetur: ita pru  
 denter animaduertendum, vt non in occasione, sed in  
 veritate habeatur. l. famosi. ff. ad l. Iul. maiest. quia, sci  
 licet, graues sint, & idonei testes, ac iudices, qui & rem  
 tantam intelligunt, & eo non iniquo animo descen  
 dant, ne alioqui hoc specioso prætextu, contingat  
 optimos quosque viros, sordidorum nefariorumque  
 hominum, coniuratione, opprimi (& quod nonnun  
 quam fieri vidimus) crudeliter diuexari. Sed & illud  
 sapientes iudices curare debent, vt purum Dei cultum,  
 & sinceram religionem tueantur, eosque profligent,  
 qui impias inuehunt superstitiones, & blasphemias.

Marci

IV  
 Marci Im  
 iusit eos  
 animi, sup  
 quid. ff.  
 Quod i  
 de. in fid  
 quod vul  
 cendum t  
 excomm  
 personar  
 Pontifici  
 hereticæ  
 sonas, iur  
 lquod ta  
 curato.  
 & simpli  
 & excom  
 cum tem  
 Iuris, &  
 rum cont  
 tis, sect  
 enim si  
 instituti  
 quens h  
 tur? an  
 tæ hom  
 testimo  
 homini  
 rentur  
 præstre  
 dem leg

Matci Imperatoris exemplo, qui in insulam relegari iussit eos qui aliquid fecissent, quo leues hominum animi, superstitione numinis terrentur. l. si quis aliquid. ff. de poen. Sed e diuerticulo, in viam redeundum. Quod igitur ad Alexandri pontificis legem attinet. de. in fidei fauorem, non dicit ea constitutio, id ad quod vulgò citari solet, quoscunque inhabiles, ad ducendum testimonium, in crimine hæresis admitti: sed excommunicatos, & participes criminis. Quod genus personarum, alioqui ad testimonium incapax, cum Pontificia lex singulari iure, in negotio inquisitionis hæreticæ prauitatis admiserit: cæteras inhabiles personas, iuris communis dispositioni, reliquisse videtur. L. quod labeo. ff. de compensatio. l. maritus. C. de procurato. Illud quoque considerandum, non absolute, & simpliciter, summum Pontificem, socios criminis, & excommunicatos, ad testimonium admississe. Sed cum temperamento, si, videlicet, *ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium, tam deponentium, quam eorum contra quos deponitur, qualitate, ac alijs circumstantiis, sic testificantes, falsa dicere, non præsumantur.* Quid enim si non nihil Euangelio, aut sacrosanctis ecclesiæ institutis, repugnans, in publica concione, vbi erat frequens hominum multitudo, dixisse quispiam accusetur? an non nefarium esset, malæ, & reprehensibilis vitæ hominis, ignaros & indoctos audire? auditosq; in testimonio antepone, inculpatæ vitæ viris, & peritis hominibus, qui aliter concionatorem, dixisse testarentur: nonne hoc esset viam iniuriis, & calumniis, præstruere? eorum probare testimonium, quorum fidem leges suspectissimam habent. l. iij. in princ. ff. de testib.

Explanatū  
non e. in fi-  
dei fauore.



testib. quorumque testimonia ius ipsum passum reuocet. c. licet, de for. comp. c. testimonium, & c. super eo, de testib. & illorum testimonia prorsus abiicere, quorum integritas, omnem aufert suspicionem. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. l. si à bonæ fidei. ff. de rei vendi. non esset profectò hoc fidei fauere, sed contumelia Christum afficere & quod in religionis nostræ gratiam, introductum est, in graue Christianorum detrimentum, detorquere. clem. j. in princ. de hæret. in fide nostra maius versatur periculum, proinde quæ cautius; tractandum negotium. c. vbi periculum, de cler. † Excommunicati autem, licet à testimonio iudiciali regulariter arceantur. c. veniens. ij. in fin. de testib. c. decernimus, de sentent. excomm. in vj. non tamen ideo, quod eorum fidem maiores nostri suspectam habuerint, cum in instrumentis, contractibus, & aliis negotiis, præterquam in iudicialibus, testes esse non prohibeantur. d. c. decernimus, à contrario Inno. c. pia, de except. in vj. Bal. l. j. coll. iij. C. de hæred. inst. sed quoniam in iudicio, nullo modo consistere possunt. c. intelleximus, de iud. & d. c. decernimus. Quare ob id, quod lex excommunicatorum testimonia, in hæresis negotio, fauore fidei, receperit: non est temerè putandum, turpis & notatæ vitæ homines, quorum fides suspitione non caret, ad dicendum testimonium, in ea causa admitti: cum in illis, non sit eadem, quæ in excommunicatis ratio. † Quod præterea addit summus Pontifex de fociis, & participibus criminum. d. c. in fidei fauorē aliā rationem habet. vt, scilicet veritas criminis, illucescat: quam plerunque contingit, per eiusmodi personas duntaxat haberi posse. Quare ne  
tam

3  
Excommu-  
nicati quo-  
modo testi-  
monio ar-  
ceantur.

4  
Socj crimi-  
nis quando  
testes esse  
possint.

J  
tam gra-  
ticipes  
tur, qu-  
testim-  
nam &  
tra latr-  
moneta-  
malef.  
papa. l.  
bus tan-  
explor-  
§. j. d.  
statur  
sumpti-  
fi. ff. ad  
reim  
ij. scri-  
adulte-  
hoc en-  
interp-  
stium  
eiusm-  
re, lice-  
6 ftes, a-  
verur-  
refis, c.  
obte-  
tum q-  
non m-  
nium  
fallun-

tam grauis culpa occultari possit, constitutum est, par-  
 ticipes criminis admitti. d. c. in fidei. at non ideo sequi-  
 tur, quos scunq̄ infames, & notatos homines, ad idem  
 testimonium recipi. l. quod verò contra. ff. de legib.  
 nam & aliis casibus, Socij criminum audiuntur, vt con-  
 tra latrones insignes. l. prouinciarum. C. de fer. falsos  
 monetarios. l. j. C. de fals. monet. maleficos. l. fin. C. de  
 malef. & mathemath. Reos criminis simoniæ. c. si quis  
 papa. lxxix. dist. & læsæ maiestatis. c. fi. xv. q. iij. Qui-  
 bus tamen constat non admitti testes, quorum fides  
 explorata non sit, & indubitata. l. fi. C. de probat. l. iij.  
 §. j. ff. de testib. Sed nec tunc sociis criminum, omnino  
 statatur: faciunt enim tantum eorum testimonia, præ-  
 sumptionem, si non alia præcedant indicia, Accurs. l.  
 fi. ff. ad exhib. glo. d. c. fi. xv. q. iij. diffuse Panor. & cæ-  
 teri in c. j. de confess. † prædictis non obstat, quod Inn. *Declaratiō*  
 iij. scripsit, in crimine simoniæ, exceptiones furti, & *c. per tuas.*  
 adulterij, contra testes nō admitti. c. per tuas, de sym.  
 hoc enim ibidem, supremus Pontifex verum esse, ita  
 interpretatur, si subsint alia adminicula, qua dictis tes-  
 tium suffragentur, tum, & illud adiiciens, exceptiones  
 eiusmodi, legitime probatas, fidem testium debilita-  
 re, licet eam ex toto, non euacuent: vbi præsertim te-  
 stes, antea actæ malæ vitæ, pœnituisse. † Nec præterea *Periurij an*  
 verum est, quod adiiciebatur, periuros in causa hæ- *sint testes in*  
 retis, dictionem testimonij habere: nisi vno casu, cum *caussa hæ-*  
 obiectam, & cælatam, à se veritatem, releuare volunt: *sis.*  
 tumq; si euidentissimis argumentis, apparuerit, eos *Iudæi non*  
 non malo animo, sed zelo fidei orthodoxæ, testimo- *semper au-*  
 nium dicere. c. accusatus. §. licet, de hæret. in vj. Deniq; *diuntur in*  
 falluntur, qui omni casu putant, Iudæorum testimo- *caussa hæ-*  
 nia, in *resis.*

nia, in hæresis negotio recipi: cùm id tantum Bonifa. permittat aduersus Christianos, qui ad iudaismum transferant. c. contra Christianos, de hæret. in vj. His autem locis à plerisque perperam acceptis, quia cernebam, imperitorum, & impiorum hominum scelere, innocentem vitam plerumque cruentari: placuit, ad communem omnium vtilitatem, prædicta familiariter explicare, pauloque verbosius differere. Testatus cum primis, me in hoc capite, aliisque meis commentariis, nihil omnino confirmare, quod à sacrosanctæ, catholicæque ecclesiæ traditionibus, alienum putem: ne quis interim, liuore, maleuolentiæque suffusus, ad maledicendum, atque obtrectandum, temerè rapiatur.

*Ioannes Corasius, Tolosæ.*

*Qui sint apud Vlpianum, Topiarj, Saltuarj,  
Opiliones, & Asinij Machinarj.*

- 1 *Explicatus Affricani locus.*
- 2 *Topiarj, & Topiarium opus.*
- 3 *Seruorum species varia.*
- 4 *Saltuarj.*
- 5 *Asinus Machinarius.*
- 6 *Machina & Machinarius.*
- 7 *Opilio.*

C A P. XXI.

1  
Exposita l.  
Affricani.



**P** RÆDIIS legatis, inquit Affricanus. l. cum quæreretur. §. si. ff. de leg. iij. & quæ eorum prædiorum caussa, empta, parataque essent, neque Topiarum, neque Saltuarium, legatum vide: i. Topiarium enim ornandi, Saltuarium autem tuendi,

tuendi; custodiendiq; fundi, magis quam colendi causa, paratum esse. *Asinum Machinarium, legatum videri ait. Item oves, quæ stercorandi fundi causa, pararentur. Item opilionem, si eius generis, oves curaret.* Hactenus ille in cuius verborum expositione, quoniam plerosque labi scio: operæ pretium facturum me putavi, si quod est illic difficultatis, explanarem. † Topiarios seruos, eos Accurs. dixit, qui ornant, & ordinant saltus fundi. in Linstrumenta. §. si. ff. de fund. instruct. sed vt mox apparebit, ineptissimè. Sciendum itaque, moris apud veteres fuisse, hedera, buxo, mirto, aut alio virgulto, natura sequaci, & flexibili, hominum, nauium, ædium, auicularumq; formas, confingere, & cōcinnare: quod opus ex arbusculis ita ad decorem, & ornatum, compactum, Topiarium dictum est, & πὸ τῶν τῶπων: hoc est, a locis, quæ Topiario opere, varia figurantur. & Topiaria Topiariæ, ars ipsa. Cicer. in iij. ad Q. fratrem. *Topiarium laudavi, ita omnia conuestiuit hedera, quæ basim vil- le, quæ intercolumnia ambulationis, vt denique illi palliati, Topiariam facere videantur, & hederam vendere.* Et Plin. lib. xvj. nat. hystor. cap. xvj. Est & trans alpes, arbor simillima aceri albo materia, quæ vocatur Staphylo-dendron: fert filiquas, & in iis nucleos, sapore nucis auellanae. imprimis verò materies honorata, buxo est, rarò crispicanti, nec nisi radice, cætero leuis quies materiae, silentio quodam, & duritie, ac calore commendabilis. in ipsa verò arbore, Topiario opere, idemq; in xxij. c. xxij. Acanthon herbam, vrbanam, & Topiariam, appellat, quod Topiario operi, sit accommodata cum elato, longoq; folio, crepidines marginum vestiât. His adde, quod vt linguæ Græcæ peri-

Topiarij ser-  
ui.

Topiarium  
opus.



tissimi testantur, Græci *τοπιῶν* vocant, funiculum & iuncum. vnde Topiarium deriuari posset, cum in eo opere sint omnia, scite, subtiliterq; vincienda, & colliganda. † Hinc vnicuiq; perspicuum fieri puto, qui sint

3  
Seruorū va  
rie species.

Topiarij; nā cū seruorū species, à Iurecōsultis, pro opera, & ministerio, variè distinguantur: vt Atriēses, Scoparij, Fabri, Tectores, Lapidarij, Lixæ, Calones, & his similes, inter eos Topiarios fuisse, hoc est, qui artem Topiarij operis, exercerent, arbusculis illis ductilibus, diuersas rerū figuras, solerti ingenio effingētes, ex Vipiano Affricano d. l. cū quæreretur. §. fin. dicta l. instrumenta. in fine. & l. quæsitum. §. ostiarij. ff. de fund. instruct. satis constat ab eruditissimisq; viris, disertè annotatum, post hæc scripta comperimus. Alexandr. lib. Genial. die iij. vnde Plin. Iunior lib. iij. epistol. à Caluisio Ruffo, consiliū super prædiorum emptione assumens. Inest, inquit, huic computationi, sumptus suppellectilis, sumptus Atriensium, Topiariorum, Fabrorum, atque etiam venatorij instrumenti, quæ plurimum refert vnum in locum conferas,

4  
Saltuarij  
serui.  
Saltus.

an in diuersa dispergas. † Fuisse quoque inter species seruorum, Saltuarios, hoc est, sylvarum, seu saltuum, (syluæ quippè densæ, & inuiæ, saltus dictæ sunt: quod ibidem arbores saliant) custodes, fructuumque syluæ aut finium conseruandorum gratia, paratos. l. quæsitum. §. saltuarium. ff. de fund. instruct. † Alinum verò

5  
Machinarium, de quo apud Affrica. dicta l. cū quæreretur. §. fin. ff. de legatis tertio, non valde obscurum est cognoscere, † si quid sit Machina, primum intelli-

6  
Machina.

gamus. Machina autem propriè, significat instrumentum, quo commodius moles, quo volumus impellitur.

lfi

l. si vt certò, versicul. planè. ff. commod. vnde & Machina frumentaria, instrumentum designat, quo frumentum, in granaria conuehitur. l. quæsitum. §. cellarium. ff. de fundo instructo. Pariterque Machinarium asinum interpretabimur, qui eiusmodi machinis gestandis, adiuuandisque præpositus est, dicta l. cum quæreretur. §. finali. & dicto §. cellarium. Alibi tamen Iulia. Paul. Machinarium hominem, accipit, pro eo, cuius ministerium proprium est, istiusmodi machinas tractare, aut conficere. l. si putator. ff. ad leg. Aquiliam.

† Opilionem porrò, quem Affricanus postremo loco memorat: dicta l. cum quæreretur. §. finali. ouium pastorem, seu custodem esse, quasi ouilionem dictum, notiose est, quàm vt longa probatione sit opus. Vergil. in Bucolicis.

*Venit & Opilio, tardi Venere Bubulci.*

Et Philenium meretrix apud Plaut. in Asinaria.

*Etiam Opilio, qui pascit (mater) alienas oueis,  
Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.  
Ioannes Corasius, Tolosæ.*

**Quid sit apud Iustinianum, Tribunatus Numerorum.**

- 1 Militum in testando prærogatiua.
- 2 Tribunatus Numerorum.
- 3 Numeri in re militari, qui.
- 4 Referre in numeros.
- 5 Milites extraordinarij.

I  
Militum pri  
uilegia.



QVAMVIS † minoribus rusticis, & mulieribus, in quibus tamen, iuris ignorantia toleratur. l. j. §. fi. ff. de eden. l. regula. §. j. ff. de iur. & fact. ignoran. non remittitur, propter imperitiam, solennis testamentorum obseruatio: quoniam peritiores, consulere possunt. l. ij. §. fi. ff. quis ordo in bono. poss. ser. Militibus tamen, qui sunt in expeditione cōcessum est, vt quoquomodo testentur, rata sit eorum voluntas. l. j. ff. de milit. testa. l. milites. §. fi. & l. pe. C. eod. tit. idq; propter rerum civilium imperitiam, & quoniam in expeditionibus occupati, prudentiores consulendi, nō habent potestatem. §. j. de mili. testa. Adicitq; Iustinianus, veteres quondam, impūberibus permisisse testamenti factionem, si Tribunatum numerorum, mererentur. l. fin. C. de testa. milita. † At quis sit ille tribunatus, curq; eius muneris, pupillus, capax sit, Doctos viros, eosdemq; diligentes rerum æstimatores, fluctuare quandoq; vidi. † Ego verò, rem non valdè obscuram arbitror, si præcognouerimus, Tribuni nomen, honoris, non officij fuisse. Quod & Liu. sub finem. vij. lib. Decad. j. fatis demonstrat. *Lex quoque, inquit, sacrata militaris, lata est, ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleteretur, additumq; legi, ne quis vbi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset.* Pupillus autē cuiuscūq; dignitatis, quæ officium & administrationem non habet, capax est. l. vna. C. de mune. non con. lib. x. vnde & Rex coronari potest. Bartolus in dicta l. vna. dum interim, ab vniuersa rerum administratione abstineat, patiaturq; omnia per tutores administrari. c. grandi. de supp. negl. prælat. Old. cōsi. lij. Numeros verò in re militari, aut etiā

2  
3  
Numeri.

numcr

numcr  
num co  
militu  
Banda  
autho  
arbitr  
Vlpia.  
eo tem  
stari, e  
qui no  
lint, &  
tes sum  
quis m  
quam  
rit tan  
quam  
ex test  
demo  
ci, cū  
dines  
meris  
re mil  
milita  
bus no  
gnaq;  
ros qu  
dinar  
milit  
Tibic

numerum (nam & hoc verbo singulariter vsus Vlpia-  
 num comperio. l. filiusfa. §. veterani. ff. de procur.) pro  
 militum ordine, & societate, quam Gallico sermone  
 Bandam & companiam, vulgò dicimus: à bonis quoq;  
 authoribus vsurpari, iam diu compertū habeo. At hinc  
 arbitror, minimè obscurū cognoscere, quid sit † apud  
 Vlpia. in numeros referri. l. ex eo. ff. de milit. testa. Ex  
 eo tempore (inquit) quis iure militari incipit posse te-  
 stari, ex quo in numeros relatus est, ante nō. Proinde,  
 qui nondum in numeris sunt, licet etiā electi Tyrenos  
 sint, & publicis expensis iter faciāt, nondū tamen mili-  
 tes sunt, debent enim in numeros referri & alibi. Si  
 quis militum ex alio numero translatus sit in alium  
 quamuis & hinc exemptus sit, & illo nondum peruene-  
 rit tamen poterit iure militari testari. Est enim miles  
 quamuis in numeris non sit. l. vn. in fi. ff. de bon. posses.  
 ex testa. mili. Haftenus ille, qui suis verbis vbique satis  
 demonstrat, Milites nondum relatos in numerum di-  
 ci, cū delecti quidem sunt, necdum tamen, in suos or-  
 dines peruenerunt. nā & per contrariū, Milites in nu-  
 meris manere dixit, qui in suis cōsistunt ordinibus. l. iu-  
 re militari. ff. de testamen. milit. neque verò ignoro, in  
 militari disciplina, eos milites quoque, qui in legioni-  
 bus non sunt, proprium tamen ducem agnoscunt, si-  
 gnaq; sua, & vexilla habent, ad quæ se recipiant, nume-  
 ros quandoq; dici, diuersos tamen ab iis, quos extraor-  
 dinarios appellamus. † Erant siquidem extraordinarij  
 milites, qui extraordinē adiciebantur, vt Cornicines,  
 Tibicinesq;, & alij id genus. *Ioannes Cora. Tolosa.*

Referre in  
numeros.

Extraordi-  
narij mili-  
tes.

*Ex historiis repetita quædam, vnde originem*

traxerit, vt ad aras, vel ædem sacram confu-  
gientes, sint tuti: indeq; extrahi nequeant.

- 1 *Asylum, quis primum aperuerit.*
- 2 *Romulus, Romæ Asylum instituit.*
- 3 *Thesei sepulchrum.*
- 4 *Ecclesiarum immunitas.*
- 5 *Crimina, quæ non habent immunitatem.*
- 6 *Moses, Asylum constituit.*
- 7 *Homicidam morte multare sacrificium.*
- 8 *Pontificiæ constitutionis, periculum.*
- 9 *Statuæ Principum Asilia.*
- 10 *Cestij grauis, memorabilisq; sententia.*

## CAP.

## XXIII.

I  
Asylum quis  
primum 2. in-  
stituerit.



**C**UM PRIMUM dum Thebas conderet, pri-  
mum ferunt Asylum instituisse: quo per-  
fugientes, siue serui, siue liberi, ab omni  
pœna tuti essent: indeq; per vim extrahi  
non possent. Alij tamen prognatos Herculis, primos  
Asylum Athenis aperuisse, dicunt. cum enim Hercu-  
les, è terris commigrasset, nepotes eius, eos fortè ti-  
mentes, quos auus vexauerat, Athenis Asylum, *ἀσύλον*  
*α. π. ο. υ. γ. α. η.* id est, trahere, quasi asyrum, vel misericor-  
diæ templum, collocarunt. Vnde neminem, per vim  
extrahi, fas esset: vt Seruius eum in ij. & viij. Aeneid.  
tradidit eum statij locum citans ij. Theb. libro.

*Fama est de fessos, acie post busta paterni  
Numinis, Herculeos sedem fundasse nepotes.  
Sic sacrasse loco, commune animantibus agris,  
Confugium.*

Horum

† Horum exemplo Romulus, & alij multi, Asylū ope-  
ruere. Romulus, vt quā̄m ocisimē vrbē cōditam, ciui-  
bus repleret, ampliaretq̄: sacrū quendā locū, inter col-  
lem, & capitolium, aperuit, ad quem quisquis, quamli-  
bet scelestus confugiens, non tantum ab omni pœna  
tutus esset: verū̄m etiam ciuitate donarett̄r. Authores  
sunt huius rei locupletissimi. Liu. in j. ab vrb. condi.  
Dyonis. Halicarnas. ij. Antiquita. Roma. Plutarch. in  
Romulo & Strabo. libr. Geographico. v. commemi-  
nitq̄; Vergil. in viij. Acneid. inquiens.

*Huius lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum  
retulit, & gelida monstrat sub rupe lupercal.*

Et Ouid. iij. Fastorum.

*Romulus vt saxo, lucum' circumdedit alto,*

*Quilibet huc inquit, confuge, tutus eris.*

Cū̄m verō̄ hæ Asylorum impunitates, malefaciēdi an-  
sam iniquis hominibus præstarent: Tyberiūm Cæsare,  
ne impunita essent crimina, eas abrogasse legimus:  
quem tamē̄ Iunoni Samiæ, & Aesculapij delubro, vete-  
rem immunitatis morem restituisse, prodit Historia.  
Iusta certē̄ Asylorū̄ authoritas, ea quondā fuit, vt ma-  
gis affectis iniuria, & potentiorum formidine oppres-  
sis, quā̄m sceleratis hominibus seruiret. † Nam & The-  
sei sepulchrum, apud Athenienses, quemadmodū̄ Plu-  
tarchus in Theseo scribit, seruis, atque humilioribus  
fortuna hominibus, & potentiorum opes formidanti-  
bus, Asylum constitutum est: nec delictis voluntariis,  
veteres refugium esse, aras putauerunt. † Vnde tamen si  
in Asylorum imitationem, Imperatores, Pontificesq̄;  
nostri induxerint, vt ad aras, vel ædem sacram confu-  
gientes, tuti sint, nec inde abduci quoquo pacto queāt

*Romulus  
asylum ape-  
ruit Romæ.*

*Tyberius  
Asilia abro-  
gat.*

*Thesei se-  
pulchrum.*

*Ecclesiariū̄  
immunitas.*

l.ij.& l.fina.C.de iis qui ad eccles. confug.c.inter alia,  
 de immunit.eccles. Quia tamen Deus opt. Max. scele-  
 rum, facinorumq; præsertim grauium, author prote-  
 ctorq; esse non vult: † quædam crimina excepta sunt,  
 quæ qui patrauerint, tametsi ad templum accedentes,  
 impunitate non donantur: qualia sunt homicidium,  
 adulterium, virginum raptum, publicum latrocinium,  
 Nocturna depopulatio, & alia id genus. §. sed neque  
 de mandat. Princip. coll. iij. & d.c. inter alia. omnibus  
 enim, inquit Iustinia. talia delinquentibus, ex sacris lo-  
 cis securitatem non seruabis: sed & inde eos abstrahes,  
 & supplicium illis irrogabis: neq; enim his, qui ad huc  
 delinquant modum, Sed qui timuerunt, ne ab impro-  
 bioribus talia paterentur, conuenit parcere cum aliis,  
 tum verò maximè, quia sacrorum locorum immuni-  
 tas, à lege non iniuriantibus, sed affectis iniuria, con-  
 cessa est. §. neque autem. de mand. Principum. coll. iij.  
 † Certè Moses, ille sacer dux, in tribus, & iis ciuitati-  
 bus, quas ipse condiderat, Asylum constituit, ad quod  
 illi tantum perfugientes, qui non ex proposito homi-  
 cidium perpetrassent, extrahi, abduciq; nõ per mitte-  
 bantur. † At nunquam apud Iudæos homicidâ, qui ex  
 proposito facinoris consilio deliquit, altare seruauit.  
 Sed dixit Dominus, si quis per industriam occiderit  
 proximum suum, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.  
 Exo. xxj. c. j. de homicid. nec enim dubitandum est, quin  
 gratum sit Domino sacrificium, cum magistratus gladio,  
 quem ab eo accepit, virum sanguinum, & dolosum ma-  
 ctat. † Quare nec Recentiorum Põtificum Romanorum,  
 omnino probauerim sententiã, qui sceleratos, quãtun-  
 cūq; grauias scelera patrauerint, ecclesiarum immunitate  
 tucn

5  
 Crimina  
 que non ha-  
 bent immu-  
 nitatem.

6  
 Moses Asy-  
 lum consti-  
 tuit.

7  
 Homicidam  
 mors spectat

8

I  
 tuentur  
 monios  
 pecunia  
 damnat  
 soluere  
 ginibus  
 tribuer  
 ff. ad l. l.  
 tim, se  
 iis qui  
 Seneca  
 Tiberi  
 gusti si  
 que lib  
 pum, i  
 §. ad sta  
 fug. †  
 Corne  
 cum vi  
 ris abu  
 & auth  
 (inqui  
 dit, ne  
 neque  
 templ  
 magis  
 T  
 1 Tutore

tuentur. d. c. inter alia: sicuti, & olim, apud Lacædemonios, Palladis templum tantæ dignationis fuit, vt <sup>Palladis templum.</sup> pecunia iudicati, & nocentes quicumque, etiam capite damnati, qui ad illud confugissent, pecunia, noxaque soluerentur. † Porro autem, non minorem suis imaginibus, & statuis, quam ædi sacrae, principes Romani <sup>statuae principum.</sup> tribuerunt maiestatem. l. non contradicit, cum l. seq. ff. ad l. Iul. maiest. ad quas confugientes, seruos praesertim, securum perfugium, habere voluerunt. l. ij. ff. de iis qui sunt sui. l. j. §. j. ff. de off. praef. vrb. Seruis, inquit Seneca, lib. j. de clement. ad statuam, licet confugere. Tiberioq; imperante, capitale fuisse, seruum circa Augusti simulachrum cedere, proditum est. At ita, vt neque liberi, neque serui, ad statuas imaginésve principum, in alterius iniuriam confugerent. l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœn. l. vna. C. de iis qui ad stat. confug. † Qua de re extat. C. Cestij grauissimi viri, apud <sup>Cestij de tollendis imaginibus sententia.</sup> Cornelium Tacitum in iij. memorabile factum: qui cum videret sceleratissimum quemq; imagine Cæsaris abuti, in Senatu, diu, multumq; contendit, vt ea vis, & autoritas imaginû, aboleretur. Et factus quidē est (inquit Tacitus) principes instar Deorû esse. Sed addidit, neque à Diis, nisi iustas supplicum preces audiri: neque quemquam in Capitolium, vel alterius verbis templa, perfugere, vt ea occasione arrepta, flagitiis magis, ac magis, inquinetur.

*Ioannes Corasius, l. V. D. Tolosa.*

*Tutoris dationem, neque Imperij, neque iurisdictionis esse.*

*Tutores dare, an mixti imperij.*



- 2 *Præses provincie, merum habet imperium.*
- 3 *Decuriones, dant tutores.*
- 4 *Tribuni plebis potestas.*
- 5 *Legatus, cur tutores det.*
- 6 *Magistratus municipales, dant tutores.*
- 7 *Expositus §. sed hodie.*

## CAP. XXIIII.

1  
Tutoris da-  
tio an impe-  
rij.



N† Tutoris datio, Mixtis imperii, vel iurisdictionis, pluribus ab Accurs. & cæteris certatum est. Nos verò cum Vlpiano semper diximus, Tutoris dationem, neq; imperii, neq; iurisdictionis esse: sed ei tantum competere, cui nominatim dederit, hoc, vel lex, vel s. C. vel Princeps. l. tuto. §. tutoris. ff. de tutel. ut sic velit Iurisconsultus, quemadmodum Iacob. ab Are. bellissime illic interpretatus est: facultatem dandi tutorem, non pro eo alicui competere, quod imperium habeat, aut iurisdictionem: quandoquidem priuatus, tutores dare possit. l. j. ff. de testa. tutel. sed quia expresse, & specialiter, ei à lege viua, vel mortua, tributa est. † Vnde nec præses provinciarum, qui tamen merum habent imperium. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præsid. dare tutores potuissent: nisi nominatim hoc eis, lege Iulia & Titia, indultum fuisset. §. j. de Attilia. tutor. in instit. † Per contrarium Decuriones, qui publici consilij gratia, duntaxat creati. l. pupillus. §. Decuriones. ff. de verb. sign. nullam exercent iurisdictionem: quia tamen hoc eis specialiter concessum est: tutores non habentibus constituunt. l. decreto. ff. qui pet. tut. † Idem in Tribunis plebis, qui lege Attilia, dant tutores. §. j. de Attilia. tuto. quos, non habuisse iurisdictionem constat

2  
Præses ha-  
bet merum  
imperium.

3  
Decurio nõ  
habet iuris-  
dictionem.

4  
Tribuni ple-  
bis potestas.

constat:  
Quòd &  
tilij La-  
rens: q  
spondit  
per aliu  
consulis  
Procon-  
dictione  
de tuto-  
municip  
cipio si  
xit Vlp  
uiris (qu  
plerumq  
mno in  
ter. ff. c  
l. vbi ab  
tutor. d  
tilia. tu  
quam i  
tim id  
prædi  
vrb. vel  
nem, t  
risdict  
sum de  
fines tr  
vt sens  
torem  
sed int

constat: vt, qui faciēdis intercessionibus, creati essent. Quod & Gell. in xiiij. Noct. Atticar. annotauit Antistij Labeonis, nobile & animosum responsum referens: qui per viatorem, à Tribuno plebis vocatus, respondit, Tribunos ius non habere, neque per se, neque per alium, in ius vocandi. † Hincq; palàm est, cur Proconsulis legatus, tutores dare possit. l. penul. ff. de offi. Proconsulis: non quidem propter vim, mandata iurisdictionis, sed quia hoc ei specialiter, lex indulgit. l. j. ff. de tuto. & curato. † Sicuti & omnibus Magistratibus municipalibus, modo illum dent, qui ab eodem municipio sit. l. ius dandi. ff. illo titulo. Omnibus autem dixit Vlpianus d. l. ius dandi: quia non tantum Duumviris (quos Municipalium Magistratuum verbo, leges plerunque designant, l. dies cautioni. §. duas. ff. de damno infecto.) Tutoris datio permessa est. l. j. §. si inter. ff. de magistr. conue. verum etiam Decurionibus. vbi absunt. ff. de tutor. & curat. l. decreto. ff. qui pet. tutor. & defensoribus ciuitatum. §. nos autem de Attilia. tutor. in inst. † At cum hi tutores dant, non tanquam iudices agunt, sed tanquam ij, quibus nominatum id à lege sit concessum. dicto §. tutoris datio. Nec prædictis obstat, quod Iustinianus scripsit. Præfectum vrb. vel prætorem, Romæ, secundum suam iurisdictionem, tutores creare. §. sed hoc iure, de Attilia. tut. iurisdictionis quippè verbum, illic territorium, siue locum designat, in quo potest quis ius dicere, cuiusque fines transiliri, non possunt. l. si. ff. de iurisd. omn. iud. vt sensus Iustiniani hic sit, posse præfectum vrb. prætoremq; tutores dare, non vbiq; nec quemcunque, sed intra iurisdictionem suam, hoc est, territorium:

Legatus cur  
dei tutores.

Duumviri.

Enucleatus  
§. sed hodie.

vt

vt scilicet detur, qui subditus sit, iurisdictioni dantis, l. iij. ff. de tuto. & curat. Ioannes Corasius, Tolosa.

*Novi operis nuntiationem, in omnibus seruitutibus locum habere, aduersus plerosque defensum.*

- 1 Nuntiare nouum opus, quid.
- 2 Nuntiationi, an sit locus in seruitutibus.
- 3 Seruitutes, sunt iura prædiorum.
- 4 Alciati sententia reiecta.
- 5 Noua declaratio.
- 6 Explicata nouè. l. qui viam.
- 7 Aedificare quid.

## C A P. X X V.

1  
Nuntiatio an  
in quacun-  
que serui-  
tute fiat.



**N**OVVM † opus nuntiare, is dicitur, qui alteri ne aedificet, aut aliter nouum extruat opus, denuntiat, & prohibet. Opus autem nouum facere, inquit Vlpia. est, aut aedificando, aut detrahendo aliquid, pristinam operis faciem mutare. l. j. §. opus. ff. de nou. oper. nuntia. Alibi que tradidit idem author, Iuseum habere nouum opus nuntiandi, qui, aut dominium, aut seruitutem habet. l. vna. §. j. ff. de remissio. Quocirca si seruitutem, *Ne luminibus meis officiat*, mihi debeas, & altius tollendo aedificium tuum, luminibus meis noceas, potero tibi nouum opus nuntiare. l. inter. §. j. ff. de seruit. vrb. prædio. cum facias, contra constitutam seruitutem. l. de pupillo. §. Sextus Pædius, in fi. & l. creditori. ff. de no. oper. nunt. l. in iudicio. ff. famil. ercif. † Sed obstat implacabile Iulij Pauli responsum, qui viam, inquit, habet,

17  
habet, si  
in via æd  
non prob  
creberit  
nem ope  
Cæterum  
nas, & ru  
nam præ  
eum qui  
sed. l. v  
controu  
famil. er  
siue de r  
dum no  
rustico.  
nuntiat  
cum en  
præd. ne  
minant  
bus, ta  
esse dicit  
contin  
sta d. l.  
quod e  
fession  
in l. j. v  
non co  
fession  
num m  
tes, dec  
4 de ser

habet, si opus nouum nuntiauerit, aduersus eum, qui in via ædificat, nihil agit: sed seruitutem vendicare non prohibetur. l. qui viam. ff. de no. oper. nuntiat. Et creberrimè receptum est, agrorum fauore, nuntiationem operis noui, in seruitutibus rusticis non concedi. Cæterum non desunt, qui hanc vulgarem, inter urbanas, & rusticas seruitutes, differentiam meritò rideant: nam præterquam quod Vlpian. generaliter scripsit, eum qui seruitutem habet, opus nouum nuntiare posse. d. l. vnica. §. j. ff. de remissio. Pompo. ait, si de iure controuersia sit, nos nuntiare posse. d. l. in iudicio. ff. fam. l. ercif. † Iura autem prædiorum, seruitutes esse, siue de rusticis, siue de urbanis loquamur, ambigendum non est. l. quid aliud. ff. de verb. sig. l. j. ff. de serui. rustico. præd. nec in fauorem agrorum, denegatam nuntiationem, à lege, in rustica seruitute dici potest: cum enim seruitus alteri fundo debeat. l. j. ff. com. præd. non est, cur magis seruienti prædio, quam dominanti tribuendum sit. Alij in omnibus seruitutibus, tam urbanis, quam rusticis, nuntiationi locum esse dicunt: præterquam in seruitute prædiorum, non continua, qualis est, *Via*. l. si eo loco. ff. de seruit. iuncta d. l. qui viam. Idemq; in Itineris, & actus seruitute, quod earum seruitutum dominus, non tantum possessionis habeat, quantum nuntiationi sufficit. Bart. in l. j. vij. q. ff. de no. oper. nuntia. cum enim possessio non continuò, sed per interualla habeatur: plena possessione, non dicuntur inniti vnde nec nisi post hominum memoriam, vsucapiuntur, cum cæteræ seruitutes, decem annis acquiri possint. l. seruitutes, iij. ff. de de seruit. † Huicq; sententiæ, nouissimè subscriptit Alciat.

Seruitutes  
iura prædiorum.

Alciati sententia expressa.

5  
 Noua dispo-  
 sitio.

Alciat. lib. iij. Parerg. cap. xxiiij. Sed nec ea mihi satis placet, vt quæ in communem Doctorum distinctionem recedere videatur: aliud in rusticis, aliud in urbanis seruitutibus tradentium. Rusticæ namq; seruitutes, ferè omnes, discontinuæ sunt. † Dicebam igitur, citra discrimen, pro quacunq; seruitute, ius nuntiandi, domino prædij dominantis competere. Et, vt nihil obftet, sciendum est. Ei, qui debet seruitutem, licere in loco etiam seruiente ædificare, modò ædificium illud, seruitutis vsum non impediatur. l. seruitutes. §. fin. ff. de seruit. vrb. præd. Quare si seruitutem, *via*, per fundum meum tibi debeam, eademq; sis aliquot annis vsus, per certam partem fundi, quam ego ædificiis nouis, ornare, & instruere cupiam, ex terrena fortasse, lapideam faciendo, non poteris mihi nuntiare nouum opus, tum, quod non incommodetur vsus tuæ seruitutis: sed potius melior fiat. d. §. fin. & l. si arborem. ff. de seruit. vrb. tum, quod locus pristinam faciem non mutet. l. j. §. opus nouum. ff. de nou. oper. nuntiat. semper enim iter est, quo quis pedes, & eques commeari potest. † Et hæc nostra interpretatio, maximè conuenit literæ. d. l. qui viam, si præsertim eam, cum antiquis ita legamus, *Aduersus eum, qui viam ædificat.* † Nam ædificare viam, hortos, vicos, & plateas dicimus, pro eo quod est, ea loca adornare, & aliquo ædificiorum apparatu, insignire. *Ioannes Corasius, Tolosa.*

6  
 Exposita  
 non d. l. qui  
 viam.

7  
 Aedificare  
 quid.

MISCELLANEORVM IVRIS  
 CIVILIS LIBRI QVIN-  
 TI, FINIS.

IOAN

IO  
 RA

A  
 S

Inurare i  
 Insuran  
 Affectu  
 Affectu  
 Affectu  
 Declara



dicimu  
 nis, co  
 actori  
 † Quo

IOANNIS CO-  
RASII TOLOSATIS  
IVRISCONSULTI,

MISCELLANEO-  
RVM IVRIS  
CIVILIS,

Liber Sextus.

*Affectionis Iusurandum, nullum esse, aduer-  
sus receptam Doctorum opinionem.*

1. *Iurare in litem, quid.*
2. *Iusurandum in litem, triplex.*
3. *Affectionis ratione, an iuretur.*
4. *Affectionis ratio, non habetur.*
5. *Affectus ratio, quando habeatur.*
6. *Declarata. l. qui restituere.*

CAP. I.



**I**URARE † in litem, quemadmodum Cicero pro Roscio Comædo, ostendit, aliud est nihil, quàm iureiurando,

rem de qua in iudicio agitur, æstimare.

Vnde non malè Iusurandum in litem

dicemus, illud esse, quod ob difficultatem probatio-

nis, concurrente dolo, aut contumacia rei conuerti,

actori defertur, ad rem de qua litigatur æstimandam.

† Quod Doctores, triplex esse dicunt. Affectionis

videlicet

*Iurare, in litem, quid.*

*Iuramentum in litem triplex.*

videlicet, singularis interesse, & veritatis. Affectionis, veluti, cum res, quæ probabilem recipit affectionem, dolo non restituitur, tunc enim ultra rei pretium, de affectione, etiam in infinitum iurare licet. l. qui restituere. ff. de rei vendi. l. j. & ij. & l. videamus. §. iurare. ff. de in litem iurando. Singularis interesse extra rem, sicuti, cum ob moram non solutæ sua die pecuniæ, incidit in pœnam creditor, aut eius alio modo singulariter interest. l. numis. ij. respon. ff. de in litem iurando. Veritatis, cum apud debitorem, qui dolo rei debitæ solutionem differebat, species perempta est: iurat quippè tunc creditor, quanti res post moram communi æstimatione fuerit. l. in actionibus ad fi. ff. de in lit. iur. quo loco, quæ ad eius difficillimi contextus necessaria sunt, ampliter excusimus. in præsentiarum agitando proposui, quòd de iuramento affectionis, in studiosorū ore, quotidie versatur. † Et ea est omnium ferme calculo recepta sententia, ratione affectionis, in litem iurari, dum quatuor concurrant. Rei cum primis petitiæ natura, quia videlicet talis sit, in qua probabilis affectio cadat: in numis enim (in quos peculiariter affecti esse non possumus, ob functionem illam & similitudinem omnimodam, quam recipiunt in genere suo. l. ij. §. j. ff. de reb. cred.) non iuratur in litem. l. numis. ff. de in lit. iur. Deinde actionis qualitas, quia bonæ fidei sit, aut stricti iuris, in qua versetur exhibitio, aut restitutio. d. l. in actionibus, & d. l. qui restituere. Dolus præterea rei conuerti, in non parendo iudici, circa exhibitionem, aut restitutionem adeò quidem, vt latam culpam non sufficere visum sit, d. l. in actionibus: nisi contra tutorē. l. alio. C. de in lit. iur.

<sup>3</sup>  
Affectionis  
ratione an  
iuretur.

Denique

Denique  
sanæ m  
domin  
fitam  
nio, qua  
Vixq; a  
† Nam p  
di mod  
non ex  
æstima  
ad l. Fa  
mation  
uum de  
oper. fo  
tronur  
re posse  
oportu  
tus sit,  
quid in  
tutum  
ripien  
ri. l. eu  
ad l. A  
ces: q  
in prin  
rog. ad  
tamen  
inde g  
Accur  
solut.  
nem h

Denique, habitas personæ iurantis, quia pubes sit, & sanæ mentis. l. videamus in princ. ff. de in lit. iur. Ac dominus litis, vel quasi dominus. d. l. videamus, versic. si tamen, & l. vulgò, eo. tit. Et hæc est, scriptorum opinio, quæ vt ingenuè dicam, mihi semper suspecta fuit. Vixq; adduci possum, vt credam, iurari de affectione: † Nam præterquam quod, nusquam in iure hic iurandi modus, tractatur: clamat Iul. Paul. Pretia rerum, non ex affectu singulorum, sed communiter fungi, & æstimari. l. si seruum. ff. ad l. Aquil. l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. Et alibi Iulia, voluptatis, affectionisve æstimationem, non haberi, docet: veluti, si dilexerit seruum dominus, aut eum in delitiis habuerit. l. fin. ff. de oper. seruor. vt non abs re Vlpianus responderit, patronum rem iusto pretio venditam, non ideo reuocare posse, quod sua interesse dicat, propter affectionem oportunitatis, vicinitatis, cæli, vel quod illic educatus sit, vel parentes sepulti. l. j. §. & alias videamus. ff. si quid in fraud. patro. Iuuerit hæc maximè quod constitutum legimus, aduersus occidentem seruum, aut surripientem filium. fa. affectionis rationem nullam haberi. l. eum qui, §. si filius. fa. ff. de furt. & d. l. si seruum. ff. ad l. Aquil. quantò minus igitur, aduersus contumaces: qui tamen delinquere dicantur, l. omne delictum, in princ. ff. de re milit. Accurs. in l. si filius. ff. de interrog. actio. & in l. vnica. §. fin. ff. si quis ius dic. illorum tamen delictum, in omittendo consistit, quod nõ perinde graue est, atque, quod in faciendo committitur. Accurs. in l. Cornelia. ff. ad Sillania. & in l. si mora. ff. solut. mat. † Nec ignoro, quandoque affectus rationem haberi, ad actionem videlicet concedendam, quæ

*Affectionis ratio nõ habetur.*

*Affectus ratio quãdoq; habetur.*



alicui nō cōpetebat: & in actibus, in iis quibus ex bono & æquo, agitur: vt, in iudiciis bonæ fidei. l. cū seruus. ff. manda. & iis, quæ iuxta ea iudicia aguntur. l. pater filiæ. ff. de euctio. l. seruusea lege. ff. de ser. export. Restitutionsq; in integrum. l. si in emptionem. ff. de mino. At quod affectio sola, rei æstimationem crescere faciat, nusquam legitur: prætia nanque rerum, vt ante diximus, non ex affectu finguntur. d. l. prætia rerum. ff. ad l. Falcid. & d. l. si seruum. ff. ad l. Aquil. Sed maxime in iureiurando in litem, affectio spectanda non est: cū illud ratione eius quod actoris pecuniariter interest, deferatur. Damnum autem pecuniariū, in affectione non consistit. l. si liber homo. & l. penul. ff. ad exhib. licet ratione amœnitatis, consideretur: cū eo nomine, res pluris sit, & magis vendibilis. l. competit. §. j. ff. Quod vi aut clam. l. quod si eæ res. ff. de impens. in reb. dot. fac. Denique, quod non iuretur de affectione, sed quanti actoris inter sit, probant. l. numis, & l. in instrumentis. ff. de in lit. iur. præterea. l. videamus ad fin. princ. eod. tit. vbi hoc expressim. Fulg. notat. nota, inquit, iuramentum in litem, esse de eo quod interest, quod verbo vtilitatis significatur. l. si sterilis. §. cū per venditorem. ff. de action. empt. l. si procurator. ff. si quis cautio. Quoniam autem propter contumaciam rei iurat actor in litem: & sic id quod interest, proprio probat sacramento. l. ij. & l. si tutor. ff. de in lit. iur. omnisq; probationis difficultas tollitur: satis dicitur puniri contumacia, ex quo actor fit quodammodo iudex, & testis, in propria causa, nec vltra dici potest, Actorem de affectione iurare posse: nam & alioqui violaretur protrita illa reg. Nequeunt duo

duo f  
misi  
d. l. i.  
& do  
rei pr  
ideo f  
item  
iuran  
non c  
ges n  
lem, c  
fertu  
fectio

V

1 Iuran  
2 vtilit  
3 Iuran  
4 Rei V  
5 Expl  
6 Enuel  
7 Taxa



duo specialia, circa idem cōcurrere. l. j. C. de dot. promissio. Nec huic nostræ sententiæ quicquam obsunt, d. l. j. & ij ff. de in lit. iur. quæ in pœnam contumaciæ, & doli rei conuenti permittunt iurari, vltra verum rei pretium: nam fateor si plurius actoris interfit, at nō ideo sequitur, actorem de sua affectione iurare: † Non item nos mouerit. l. qui restituere alleg. quæ in litem iurari vult, sine vlla taxatione in infinitum, hoc enim non contingit propter affectionem iurantis, quam leges nullatenus considerant: sed ob dolum inexcusabilem, rei cōuenti. l. arbitrio. §. j. ff. de dolo nec rectè infertur à doctoribus, iuratur in infinitum, ergo de affectione. Quod latius sequenti capite tracto.

Explanata  
l. qui restituere.

Ioannes Corasius Tolosæ.

*Vnicum esse iuramentum in litem, contra cæteros: & nonnulla de intellectu l. qui restituere.*

- 1 Iuramentum in litem, vnicum.
- 2 Vtilitatis verbum.
- 3 Iurare in infinitum, quando liceat.
- 4 Rei vendicationis singulare.
- 5 Explicata l. si possessor. §. fin.
- 6 Enucleata nouè l. Qui restituere.
- 7 Taxationis verbo, quæ veniat.

C A P. I I.



**R**IPLEX † iusiurandum in litem, doctores communiter faciunt, vt superiore capite explicatum, extitit, aduersus quorum traditionem probauimus, nul-

Iuramentum  
in litem vni.

lum esse iuramentum Affectionis. Hic verò illud amplius ostensuri sumus, vnicum esse iusiurandum in litem: quo videlicet Actor iurat, quanti sua interfit, quod ideo *utilitatis*, rectè appellabitur: cum ad utilitatem iurantis, aut eius cuius nomine iuratur, æstimationem referat iusiurandum. l. videamus, versic. si tamen. ff. de in lit. iur. † Et utilitatis verbo, id quod interest contineatur. l. ij. in princ. & §. fin. ff. de eo quod cert. loc. l. si procurator. ff. si quis cautio. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. emp. hoc autem ideo constitutum, ne dolus reiq; protervia, & contumacia, reo prodesse, & actori obesse possit: qui difficulter æstimationem rei probaturus est. Vnde actori iusiurandum defertur, quod aliquando communem rei æstimationem, aliquando singularem utilitatem, (si eius interfit singulariter) continebit, nulla, vt iam probauimus, Affectionis ratione habita. † In infinitum tamen, actori iurare licebit: verum ne hac arrepta occasione, in immensum iuretur: poterit iudex, vel modum iuri iurando statuere, vt intra certam quantitatem iuretur: vel non sequi iuramentum, sed ex magna causa, & postea repertis probationibus, in totum absolvere, aut etiam minoris condemnare, quam iuratum sit. d. l. videamus. §. iurare. Tanta tamen esse potest calliditas, & protervia rei conuenti, vt in infinitum, sine vlla taxatione, iurare liceat. Veluti, cum dolo eius factum est, ne actor rem de qua erat controuersia, habere possit, sed æstimatione, contentus esse cogatur. l. arbitrio. §. j. ff. de dol. l. qui restituere. ff. de rei vend. Qua in re, diligenter obseruandum est, nusquam in iure legi, quem ob contumaciam, quanti in litem sine vlla

2  
Utilitatis  
verbum.

3  
Iurare in  
infinitum  
quando liceat.

vlla ta  
in rei v  
fundu  
tuere  
iurari  
frenar  
immē  
mus. §  
rò, &  
ne iur  
res per  
cred. d  
cultat  
tum i  
tuit, i  
5 min  
ter iu  
hærec  
bus de  
posse  
dei po  
6 extar  
cisset  
hanc  
stat,  
stitur  
ferri  
acto  
fecer  
terf  
rev

4 vlla taxatione iuratum sit, damnari. † Præterquam  
 in rei vendicatione, vbi dolo desitum est possidere. l. si  
 fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno. & d. l. qui resti-  
 tuere: nam cæteræ leges, quæ permittunt in infinitum  
 iurari, simul dant arbitrium, & potestatem iudici, re-  
 frenandi iusiurādum, facta quātitatis taxatione, ne in  
 immēsum iuretur. l. iij. §. j. ff. ad exhibendū. d. l. videam-  
 us. §. iurare, & d. l. arbitrio. §. j. In rei vēdicatione ve-  
 rō, & ita in specie, d. l. qui restituere: sine vlla taxatio-  
 ne iuratur, in odiū rei. qui facto & dolo suo fecit, ne  
 res petita, recuperari possit. l. si. §. si. ff. Quæ in fraud.  
 cred. dolo siquidem desinendo possidere, actorem fa-  
 cultate rem controuersam recuperandi, priuauit: tan-  
 tum igitur dolum lex acerrimè punire volens, consti-  
 tuit, iuriiurando Actoris, quanti sua interfit, tum o-  
 mnino stari, non propter affectionem, sed simplici-  
 ter iurantis, † nec obstat, quod contra possessorem  
 hereditatis, malæ fidei, qui dolo desit possidere, re-  
 bus deperditis, aut diminutis, non iuretur in litem. l. si  
 possessor. §. fin. ff. de pet. hæred. nec enim illic malæfi-  
 dei possessor, dolo fecerat quo res apud emptorem  
 6 extantes, perderentur diminuerentur: licet dolo fe-  
 cisset, transferendo res alienas scienter, in alium. † Et  
 hanc esse rationem. d. l. qui restituere, vel ex eo con-  
 stat, quod si reus iussus restituere, contumax sit in re-  
 stituendo, nec manu militari, possessionē ab eo trans-  
 ferri, sed æstimationem iureiurando suo fieri velit  
 actor. Aut non possit restituere reus, nec dolo malo  
 fecerit, quò minus possit, quanti tantum actoris in-  
 terfuerit, damnandus sit: tumq; si in litem actor iura-  
 re velit, possit iudex iuriiurando taxationem adiace-

Rei vendi-  
 cationis spe-  
 ciale.

Exposita l.  
 si possessor.  
 §. si.

Declarata  
 l. qui resti-  
 tuere.

7  
Taxationis  
verbo quæ  
veniat.

re: vt illic sentit Vlpian. cuius mens ita aperienda est reiectis, Accurf. & aliarum nugis: qui verba illa, *Sine vlla taxatione*, absurdiusculè interpretantes, † Legis duntaxat taxationem, non item iudicis, excludi censent: quasi verò lex ipsa taxet, & taxationis verbo non veniat, quæ à iudice fit. §. si verò per iusiurandum, de exhib. re. coll. v. & §. oportet de iud. coll. vj. Et ita ego sentio, licet alij aliter, atq; aliter, hunc & illum nodū, explicent. *Ioannes Corasius Tolosa.*

*In interpretatione l. Numis, ab aliorum expositione recessum, probatumq; aduersus eisdem Numos æstimationem recipere.*

- 1 L. Numis nouè exposita.
- 2 Numi, an æstimationem recipiant.
- 3 Declarata l. si ita fideiussorem,
- 4 Tempus contractus, in æstimatione pecunie obseruandum.

## CAP. III.

1  
Enucleata  
nouè l. nu-  
mis.



**R**ÆDICTA† autē satis ostendunt, vanam esse ad l. numis. ff. de in lit. iur. cōmunem interpretationē, dum putant doctores, illic ideo iusiurandum in litē non deterri. quia in numis, non cadat affectio. stante siquidem hac ratione, in rebus quæ affectionem reciperēt, constituendum esset iuramentum Affectiois, quod falsum esse superioribus capitibus ostendimus. Vera igitur eius l. ratio est, quam illic Vlpianus scripsit, *Cum certa sit, numerorum æstimatio*, quasi dicat, quia delatio iuramenti in litem fit, vt æstimetur res de qua litigatur, atque ita patefaciat Actor, quanti sua interfit: Numi autem certam habeant æstimationem: in iis frustra

17  
frustra  
si accu  
dendo  
docuist  
vel ex d  
nem, ce  
entis en  
cred. H  
contra  
ius per  
difficu  
nique  
quinq  
apud n  
bolenti  
fideiuf  
merce  
stimat  
cuniae  
quisq  
deri, n  
sus V  
4 cresci  
ius ter  
te æst  
ctus,  
offi. o  
in nu  
rimi.  
quoc  
restit

frustra iusiurandum in litem deferretur. Quæ verba, si accuratius Doctores expendissent, non se tam pudendo immerfissent errori. † Quos præterea male docuisse constat, numos æstimationem non recipere, vel ex d.l. numis, quæ cum dicit numerorum æstimationem, certam esse, euidens facit, Numos æstimari: non entis enim, qualitates nullæ sunt. l. eius qui. ff. de reb. cred. Huc pertinet, quod Iul. Paul. scripsit, in l. j. ff. de contrah. empt. numerorum materiam electam esse, cuius perpetua, ac publica æstimatio, permutationum difficultatibus, æqualitate quæritatis subueniret. Denique quis est, qui non videat, Aureum quadraginta quinque solidis, solidum autem duodecim denariis, apud nos æstimari. † Nec quicquam me mouerit, Iaboleni responsum. l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fideiussor. in quo illud duntaxat traditur, pecuniam mercede non æstimari, vt mercium per pecuniam sit æstimatio. At quin quantitate, numeroq; alterius pecuniæ, æstimentur numi, non negat Iuriconsult. nec quisquam sanæ mentis est negaturus. Et si dicatur videri, numos certam non habere æstimationem, aduersus Vlpia. d.l. numis ex quo ea quotidie crescit, & de-  
 4 crescit: † Indeque frequens illa quæstio agitata, cuius temporis habenda sit ratio, in pecuniæ mutuo datæ æstimatione: receptamq; obseruari tempus contractus. c. cum canonicis, de censib. glo. c. conquerente, de offi. ord. modo in mora non fuerit debitor, quo casu in numis etiam ducendam æstimationem quanti plurimi. docet Bart. l. Paulus. ff. de solutio. Respondeo quod cum iidem numi, qui accepti sunt, aut promissi, restitui, soluere non debeant. l. ij. ff. de reb. cred. sed

Numi recipiunt æstimationem

Exposita l. si ita fideiussorem.

Tempus contractus in æstimatione pecuniæ spectamus.

eorum æstimatio, obseruato tempore cōtractus præstari: licet cremento, aut decremento, eorum valor varietur: æstimatio tamen, quæ per aliud genus moneat fit, secundum tempus contractus, certa est, atq; inuariabilis. *Ioannes Corasius Tolosæ.*

*Cur non in actionibus in personam, sicut in re, in litem iuretur, aliorum rationibus exploratis, tractatum.*

- 1 *Iuratur in litem, in realibus actionibus.*
- 2 *Personales cur iusiurandum non admittant.*
- 3 *Perfidia causâ iuramenti in litem.*
- 4 *Noua opinio.*
- 5 *Restitutio rei potissimum attendenda.*

## CAP. IIII.

*In realibus  
iuratur in  
litem.*



**N** actionibus † in rem, tradit Martia. iurari in litem: quod in rei vendicatione, manifestum est. l. qui restituere. ff. de re vend. l. ij. ff. de in lit. iur. l. Nefennius. §. fundum. ff. de re iud. in Hypothecaria. l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno. in publiciana: in qua eadem omnia obseruantur, quæ in rei vendicatione. l. cum qui. §. in publiciana. ff. de public. in petitione hæreditatis. l. si possessor. §. fin. & l. sed & si lege. §. hæc verba, ff. de petitiõ. hæred. quæ licet præstationes quasdam personales habeat: in rem tamen est. d. l. sed & si lege. §. petitiõ. & in Confessoria, Negatoriaque, pro seruitute competentibus. l. harum, ff. si seruit. vend. quæ actiones in rem sunt. §. æquè, de actio. Hoc autem, inquit Philip. Dec. obtinere, respectu

spectu etiam fructuum videtur. d. l. Neseñnius. §. fun-  
 dum, † Rationem adiiciens, cur in realibus potius,  
 quam in personalibus, iuretur: quoniam illæ in rem  
 certam, diriguntur, in qua supponit agens se domi-  
 nium, aut ius habere, atque ideo probabilis affectio  
 cadit: quæ maximè in iuramento in litem considera-  
 tur. In actionibus autem in personam, nullum ius in  
 re deducitur: sed persona tantum contenditur obli-  
 gata. l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt. l. j. §. si hæres.  
 ff. ad Trebellia. Ideoque non est æquè probabilis af-  
 fectio. † Adstipulatur huic rationi Curtius præcep-  
 tor: eamque probari confirmat, ex d. l. si fundus. §.  
 in vendicatione. Neque obstat si dixeris, causam iu-  
 ramenti in litem, in perfidia & fide rupta fundatam:  
 l. ei apud quem. ff. deposit. quæ maior in personali,  
 quam in reali versatur: cum illa conuentus, nec ius-  
 sui iudicis obtemperans, iudicem ipsum contemnat,  
 contraq; fidem faciat. Hac verò vocatus, nec parens  
 præcepto, nullam fidem violet, sed solam iudicis sper-  
 nat auctoritatem: nam respódeo (inquit Curt.) quod  
 licet in personalibus maior versetur perfidia, non ta-  
 men in eis cadat affectio, quæ est potissimum, causa  
 iurifurandi in litem. Sed cum supra ostenderit, iu-  
 ramentum in litem, ita ad iurantis utilitatem refe-  
 rendum, ut affectionis nulla ratio habeatur, vana vide-  
 tur hæc ratio, maximè, cum actione personali, non-  
 nunquã res petatur, quæ probabilem affectionem reci-  
 pit: veluti, si filium aut fratrem meum naturalem, qui  
 tibi seruiebat, mihi stipulanti promiseris. l. cum ser-  
 uus. ff. mand. l. pater filix. ff. de cuictio. aut rem mihi  
 testamento legaueris, quæ fuerit quondam maiorum

*Personales  
 cur iurame-  
 tum in litem  
 nõ recipiãt.*

*Perfidia  
 causa iura-  
 menti in li-  
 tem.*



meorum. l. si in emptionem. ff. de mino. l. j. §. & alias, ff. si quid in fraud. patron. Quibus tamen & similibus casibus, constat, in litem non iurari. l. aliás. ff. de in lit. iur. † Verius est igitur, vt dicamus, in iis tantum actionibus, in litem iurari, quibus agitur, vel, ad rei restitutionem, vel ad exhibitionē. l. tertia. §. præterea. ff. ad exhib. & dicta l. qui restituere. Tum autem, si reus conuentus, ad præceptum iudicis non restituat, vel exhibeat, noluit lex æstimationem rei petita, à iudice fieri, sed ab actore, in odium ( vt superioribus capitibus tractatum est ) rei, prætoris auctoritatem spernentis: & qui dolo malisque suis artibus, petiorem cogit, proprio rei dominio sese abdicare. Cùm itaque iustum sit, vnicuique sua committere: l. nemo exterus. C. de Iudæ. arbitrio actoris, iureiurando declarato, lex prætij diffinitionem statuendam, optimo iure censuit. l. si tutor, in fin. ff. de in lit. iuran. ne scilicet in potestate cuiusque sit, per rapinam, aut alio illegitimo modo, ab inuito domino, rem iniusto prætio comparare: eiusdemque dominium quærere. leg. eius & l. nec quasi. ff. de re. vend. Et ita non cogatur actor, communi prætio ( quod ei iniustum esse potest. dicta l. nec quasi ) res proprias, iniuria ab alio occupatas, & retentas, malæ fidei præsertim possessori, vendere. lege, si filiofam. §. maritum. ff. solut. matrim. l. si cum dos. §. fin. cum lege sequen. ff. rer. amota. † Hæc autem ratio, locum non habet, in actionibus in personam, quibus ad rei restitutionem, regulariter non agimus: sed vt nobis aliquid detur, vel fiat, lege, actionum genera. §. primo. ff. de

4  
Nona ratio  
Opinio.

Restitutio  
rei non peti  
tur in perso  
nalibus.

IV  
ff. de acti  
action. i  
ctione I  
sta leg  
illam,  
dei rupt  
lam illa  
nus ante  
sum, leg  
in realit  
bus, non  
hoerunt  
infertur  
tutio, a  
qui rest  
in actio  
ne. §. pri  
trio. §.  
cum do  
lege, se  
dor. E  
in frau  
tur, qu  
stitutio  
iurame  
sicuti,  
princip  
ptorum  
in Cor  
l. §. si

ff. de action. & obligat. §. omnium, & §. sic itaque, de actione. in instit. Qua etiam ratione dicimus, in actione Depositi contraria, in litem non iurari, dicta lege, ei apud quem. ff. depositi: non ob perfidiam illam, quam commentus est Curt. Quod enim fidei ruptæ, meminit illic Ulpianus fecit propter solam illam actionem, Depositi, in qua idem Ulpianus ante scripserat, totum fidei Depositarij commissum, lege prima, in princip. illo tit. Quoniam igitur in realibus, ago ad id quod meum est: in personalibus, non item: illis leges, nec iniuria magis favere voluerunt, lege, videamus. §. si actionem. ff. de vsur. Hinc infertur, quod si veniret in actione personali, restitutio, arbitrio iudicis, iuraretur in ea in litem, lege, qui restituere, paragraph. fin. ff. de rei vend. veluti, in actione, Quod metus causa: lege, si cum exceptione. §. primo, ff. Quod met. causa. De dolo: lege, arbitrio. §. primo. ff. de dol. Rerum amotarum: lege, si cum dos. §. fina. ff. rer. amota. Finium regundorum: lege, sed & loci, paragraph. sed & si quis. ff. fin. regundor. Et in Flauiana, lege, tenetur, in fin. ff. si quid in fraudem patronat. Ex iamdictis præterea sequitur, quod si in actionibus in personam, veniret restitutio, non tamen arbitrio iudicis, non esset locus iuramento in litem, sed fieret rei æstimatio à iudice: sicuti, in conditione furtiva, lege, si servus, in fin. princip. ff. de condit. furti. Actione vi bonorum raptorum, lege penulti. ff. vi bono. rapt. Præterquam in Commodato, l. iij. §. in hac. ff. commod. Deposito, l. §. si rem, in fin. ff. deposit. Petitione hæreditatis, l. sec.

l. sed & si lege. §. hæc verba. ff. de petitio. hæred. locato, l. si cui. §. j. ff. locat. & alius iudicii bonæ fidei. l. in actionibus. ff. de in lit. iur. in quibus, licet iudex ante diffinitivam, non arbitretur rem restitui, Accur- sius l. prima. ff. de action. empt. libera tamen potestas est iudici, ex bono & æquo æstimandi, quantum a- ctori reum dare oporteat: cumque sicut in arbitra- riis, quanti in litem iuratum fuerit damnandi. §. in bonæ fidei de action. in iustit.

Ioannes Corasius Tolosa.

*Quæ sint actiones in rem, & in personam, probatumq; a duersus Accur. Actionis fi- nitionem Reali convenire.*

- 1 *Actionis in rem duo extrema.*
- 2 *Quasi dominium.*
- 3 *Dolus pro possessione.*
- 4 *Possidere quem desisse quomodo probetur.*
- 5 *Causa actionis Realis duplex.*
- 6 *Actionis in personam, quid.*
- 7 *Causa actionis personalis duplex.*
- 8 *Diffinitio actionis an Reali conveniat.*
- 9 *Debetur Verbum, extentè accipiendum.*

CAP. V.

I  
Actiones in  
rem, & in  
personam ex-  
positæ.



QUONIAM† verò, de actionibus in rem, & in personam, quædam perstrinximus, sæpiusculèq; dicturi sumus, non alienum ab instituto facturum me putavi,

ui, si nonnulla de vtriusque propria significatione,  
 adiciere. Actionum summa hæc perfertur diuisio:  
 quia aut in rem sunt, quæ vendicationes appellantur:  
 Aut in personam, quæ dicuntur Condiçiones. I. a-  
 ctionum genera. ff. de action. & obligat. §. omnium  
 de action. in instit. In rem actio, sicuti legislator v-  
 trobique explicat, est per quam rem nostram peti-  
 rimus, quæ ab alio possidetur: debet quippè dominus  
 esse, qui hac actione experitur. l. in rem. ff. de rei vend.  
 saltem utilis, veluti, Emphyteuta, vassallus, aut super-  
 ficiarius. l. j. ff. si agr. vectig. cum autem ad finia sint  
 dominij, † Quasi dominium (quod Bonæfidei poses-  
 sor habet: quodque Bartolo placuit, inter species do-  
 minij collocare. in l. minor. §. fin. ff. de euctio.) Et ius  
 in re specificum, (quod creditor habet, cui res pigno-  
 ris nomine, obligata est: aut is cuius prædio, debetur  
 seruitus) Bonæfidei quoque possessori, & creditori,  
 ius in re habenti, datur in rem actio. l. j. ff. de publicia.  
 §. æque. §. nanque si cui, & §. Item Seruiana, de actio.  
 Debet item esse possessor, is contra quem agitur. d. l.  
 actionum. l. prima. C. de alic. iud. mut. caus. fac. c.  
 examinata, de iud. Aut dolo defuisse possidere. l. sin-  
 autem. §. sed & si quis, & lege is qui dolo. ff. de rei ven-  
 di. † Habetur nanque dolus, pro possessione. l. qui do-  
 lo. ff. de reg. iur. † Quod probatur, quem videlicet do-  
 lo defuisse possidere, eo ipso, quod post oblatum libel-  
 lum, non possidet. Aut post denuntiationem litis fa-  
 ctæ, alienauit. Bart. in l. qui petitorio. ff. de rei vend.  
 Possessorisq; verbum, non coarctamus, sed extentè  
 accipimus, vt non tantùm naturalem, aut ciuilem pos-  
 sessorem, verum etiã cum, qui detinet Colonum, puta  
 commo

Extrema a-  
ctionis in re

Quasi do-  
minium.

Dolus pro  
possessione.  
Possidere  
quem defuis-  
se quomodo  
probetur.

Cōmodatarium, conductorem, & si qui similes sunt comprehendat. l. officium. ff. de rei vend. Et hæc sunt duo Actionis in rem extrema dominium videlicet, ex parte agentis, & possessio ex persona rei cōuenti: † Habet quoque, vt dici solet, hæc actio duas causas, propinquam, vt Dominium. vel quasi, aut ius in re: Et remotā, hoc est, titulum dominij: veluti, si dicat Actor, sum dominus, quia emi, quia res mihi donata, testamento relicta, aut in dotem data est. † Actio verò in personam, est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis, ad faciendum aliquid, vel dandum, obligati personam non egrediens. d. l. actionum, & d. §. omnium. Descenditq; ex contractu, vel quasi maleficio, vel quasi. l. j. ff. de actio. & oblig. Nam ex contractu fuit obligatio. l. ex placito. C. de re. permuta. ex qua immediate nascitur actio. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. Dicitur autem in personam, quia obligati personam perpetuò sequitur. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. l. j. §. si hæres. ff. ad Trebell. à cuius ossibus, euelli nunquam, aut separari potest. l. quis ergo casus, vbi Accursius. ff. de pecul. † Hincq; patet, Actionem in personam, duas quoq; causas habere. Propinquā, & remotam. Propinqua est obligatio, quæ mox vt diximus, actionem parit. d. §. ea obligatio, Remota est contractus, siue maleficio, ex quibus licet actio descendat. l. j. ff. de actio. & oblig. non tamen, vt vocant immediate, sed alio mediante, nempe obligatione. d. l. ex placito, Accursius. in l. ij, in princ. ff. manda. Has autē causas, propinquas, & remotiores, Accursius. & cæteri bellifimè tractant, in l. j. ff. de edend. & in l. & an eandem, ff. de except. rei iud. Verum enim uero, Accursius. & sequiores

5  
Causa duplex actionis in rem.

6  
Actio in personam.

7  
Causa actionis in personam duplex.

quiore  
nis non  
citur. l.  
propri  
nis fini  
iudicio,  
eod. tit.  
sequim  
mus. l.  
verò A  
sempe  
tem eg  
xioma  
bat, vt  
cit, Pe  
Cond  
nam. f  
ff. de v  
ellect, f  
que ei  
in ger  
esse, n  
† Nec  
in dif  
tè, ac  
bis de  
pren  
Eum  
teriu  
pote  
sticu

quiore docent solam actionem in personam, actionis nomen proprie retinere: in rem quippe petitio dicitur. l. actio in personam. ff. de actio. & oblig. † Nec propria actio dici potest, perspecta inquit, *Actionis finitio.* Actionis finitione, quæ ut nemo nescit, est *Ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur.* l. nihil, ff. de actio. & oblig. §. j. eod. tit. in instit. per actionem autem realem, nõ prosequimur nobis debitum, sed quod nostrum est, petimus. l. in rem. ff. de rei vend. §. omnium, de actio. Ego verò Actionem in rem, proprie actionem dici, veriùs semper putavi: pluribusq; vix dum plenam pubertatem egressus, Pataui defendi, cum de centum Iuris axiomatibus disputarẽ. Id enim Actionis finitio probat, ut sententiæ nostræ officiat, tantum abest. dum dicit, *Persequendi*, Cuius appellatione haud dubie, & *Condictio*, & *Petitio* continetur. d. l. actio in personam. ff. de actio. & oblig. l. pecuniæ verbum. §. penul. ff. de verbo. sign. Et quoniam alioqui, absurda nimis esset, finitio, qua omnem omnino actionem, singulasque eius species, comprehendere debuit: cum Actione in genere finiret. Actionem autem in rem, actionem esse, neminem fugit. d. l. actionum, & dicto §. omniũ.

† Nec nos tantillum mouerit, verbum *debetur*, quod in diffinitione positum, largè, generaliter, & extente, accipi debet: pro eo, quod aliquo iuris vinculo, nobis deberi potest, ut ita actionem, etiam in rem comprehendat. dicta l. pecuniæ verbum. paragraph. finali. Eum autem, qui rem nostram possidet, ne cum alterius iactura locupletior fiat, non inconcinne dici potest, debere, & obligatum esse, rem domino restituere. lege secunda, paragr. item Varus. ff. de aqua pluui.

pluu. arcend. Nam & illud cōmune vinculum est, quo homines omnes obligantur, vt honestè viuant, neminem lædant, & ius suum vnicuique tribuant, l. iustitia. §. j. ff. de iust. & iur. Nec item obstat, quod Actio in rem, speciale petitionis nomē assumat. Nam & Actio in personam, peculiare quoque Condiçtionis nomen habet. d. l. actionum genera, & §. appellamus, de actio. in iust. Denique non nos mouerit, quod lex dicit eum qui rem nostram possidet, nullo iure nobis obligatum: dicto §. omnium quia non inde sequitur, ratione rei, à se possessæ, eum debitorem nostrum non esse. l. creditores vbi Alcia. ff. de verb. sign.

*Ioannes Corasius Tolosa.*

*Directæ actiones, à Contrariis quomodo secernantur, noua sententia declaratum. Alexandriq; & recentiorum opinio quædam confutata.*

- 1 *Directæ actiones, vnde nascantur.*
- 2 *Contraria actio, cui detur.*
- 3 *Alexandri opinio reiecta.*
- 4 *Noua opinio.*
- 5 *Directæ & contrariæ, cur sic dictæ*

*C A P. VI.*

*1*  
*Actiones di*  
*rectæ, &*  
*contrariæ.*



*B* actionibus † necdum digredi placet, occurrit siquidem illud tractandum, Quanam ratione à Contrariis actionibus, Directæ secernantur. Et ea in re Accursius & cæteri in lege Consensu. ff. de action. & oblig. & in §. fin. pro soc. Tres casus mihi considerare videntur. Primus, vbi contractus, & cōtrahentium nomina

nomina variantur: quo casu, nulla nascitur contraria, sed utraque directa, & æquè principalis: ut in emptio- *Directa.*  
 ne & venditione. Habet siquidē emptor, ex empto a-  
 ctionem, ut res tradatur: venditor ex vendito, ut pretiū  
 detur. l. ex empto. ff. de act. emp. enascuntur autem am-  
 bæ directæ, hoc est, rectæ, ex prima radice contractus. *Directa.*  
 Alter casus præcedenti contrarius est, cum nec cōtra-  
 ctus, nec contrahentium nomina, variantur, qui eandē  
 fermè decisionem habet, vna quippe exoritur actio,  
 quæ utrique contrahentium, directò datur: veluti, in  
 societate, in qua uterque socius dicitur, uterque actio-  
 nem pro socio habet, & eam directam. §. pen. de pœn.  
 temp. litig. in instit. † Tertius casus cū remanente vno *Directa &*  
 nomine contractus, sola contrahentium nomina va- *contraria.*  
 riantur. Et tunc duplex actio datur, directa videlicet,  
 & contraria, variè tamen, quoniam inquirunt, si no-  
 men à nomine descendat, directa datur ei, qui contra-  
 ctus proprium nomen habet. Contraria ei, qui habet  
 derivatiuum: veluti, in cōmodato, directa datur com-  
 modatori, contraria Commodatario: qui sic dicitur,  
 nomine derivato à Commodatore. Sic in deposito, di-  
 recta deponenti, contraria depositario. l. ei apud quē.  
 ff. de pos. in mādato quoq; , directa mādatori cōtraria  
 mādatorio. l. si verò. §. cōrrario. ff. mādā. Quod si à no-  
 mine nō fluat nomē, sed cōtrahentiū nomina distincta  
 sint, directa datur ei, qui dominus est, & alteri con-  
 traria: sicuti, cum debitor pignus dat creditori, hic  
 contractus vnus est pignoris, qui diuersa contrahen-  
 tium habebit nomina, itaque debitor ad quem res  
 pertinet, soluto debito, actionem pignoratitiam dire-  
 ctam, ut pignus restituatur. Creditor verò, ob sum-



ptus factos in re pignorata, aut aliud damnū, si quod  
 perpeffus est, contrariam habebit. I. si necessarias, & l.  
 tutor. §. primo. ff. de pignoratitia actione. Et cum quis  
 absentis negotia gessit, domino rei gestæ, aduersus ge  
 storem, actio directa datur: gestori autem negotio  
 rum, contraria. l. secunda. ff. de nego. gest. §. primo. de  
 oblig. quæ ex quasi contractu nec diuersum censer  
 debet, tamen si doctores non aperiant in iudicio tute  
 læ, in quo idem est nomen Contractus in vtroque  
 Contrahentium, tamen nomina variantur: quia alter  
 tutor, alter pupillus dicitur: neque fluit à nomine no  
 men: proinde directa pupillo domino, & ad quem spe  
 ctat negotium, dabitur: contraria verò tutori. l. j. §. j.  
 ff. de iis qui notan. in fa. l. j. & tot. tit. ff. de contra. iud.  
 tutel. † Quæ adiecisse volui, vt reuincam errasse toto  
 cœlo Alexand. consi. ccxiii. volumi. vij. tentantem, ex  
 actionibus tutelæ, & negotiorum gestorum commu  
 nem interpretationem destruere. Secundum casum  
 præcipuè, quo dictum est, vbi nec contractus, nec con  
 trahentium nomina variantur, vtrinque nasci dire  
 ctam actionem. inexcusabiliter enim lapsus credebat,  
 Alexand. nec in tutelæ, nec in negotij gesti iudicio, vt  
 nec contractus, sic nec contrahentium nomina, varia  
 ri: quod quàm à veritate absit, ex prædictis non valde  
 obscurum est iudicare. † Putauerim tamen, vt ingenuè  
 dicam, omiſſis tot scriptorum tricis, & anfractibus,  
 breuiore, certioreque doctrina, à Contrariis, directas  
 actiones discerni posse: vt dicamus, directas his dari,  
 qui domini sunt, aut quorum principaliter interesse  
 potest, contractus origine, & prima ipsius radice spe  
 ctata. Contraria verò his, quorum per accidens, tan  
 tum

3  
 Alexandri  
 sententia de  
 structa.

4  
 Nona decla  
 ratio.

tem in  
 dantur  
 nem. †  
 Cont  
 ex ipso  
 tra pri  
 prope  
 nus dix  
 contra  
 bio pro  
 contra  
 dideru  
 ratas.  
 & pig  
 est. tñ  
 fas à l  
 dot. &  
 in fin.

In  
 te  
 Et

1 Contra  
 2 Inven  
 3 Decla  
 4 Contra

C

tum interest, quæ idè non ex ipso contractu, recta dantur, sed ex quadam æquitate, per legis extensionem. † Vnde directæ actiones, mea sententia respectu Contrariorum, appellatæ, quòd recta, & immediate, ex ipso contractu veniant. Contrariæ verò, quia contra primam, contractus naturam, concedantur, quas propterea, ex nullo propriè contractu nasci Iustinianus dixit. §. igitur. & §. tutores. de oblig. quæ ex quasi contractu. Et hanc meam sententiam, veram esse dubio procul confirmabis, si omnes ad vnum actiones, contrarias singulatim percurras, quas sex numero, tradiderunt nobis Iurifconfulti, iamiam à nobis memoratas. *Commodati, mandati, depositi, tutela, negotij gesti, & pignoratitiam.* Quibus alias adiicere, nostrum non est. † neque enim sunt aliquæ contrariæ, præter expressas à lege Accursi. in l. omnino. ff. de impens. in reb. dot. & in §. præiudiciales, de actio. in instit. Bald. in c. j. in fin. Quid præced. deb. inuestit. in feud.

*Directæ & contrariæ ut sic dicte.*

*Contrariæ nulle præter expressas.*

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*In Actionibus contrariis, nunquam in litem iurari, contra Accursianorum distinctionem.*

1 *Contrariæ, directarum naturam imitantur.*

2 *Iuramentum in litem, an in contrariis locus sit.*

3 *Declarata l. si pignore. §. si post.*

4 *Contrariæ, quando imitentur directas.*

C A P. VII.



† dixisset Martia, in actionibus bonæ fidei, in litem iurari. l. in actionibus. ff. de in litè iuran. Accursi. id in directis verum esse,

*Contrariæ directarum naturam reddunt.*



interpretatus est, non etiam in contrariis. l. ei apud quem. ff. de posi. Quoniam verò alioqui videbat, quod in directis actionibus, à lege constitutum est, in contrariis quoque, sibi locum vindicare (nam sicut directæ bonæ fidei sunt. Accurfi. & cæteri in §. actionem, de actio. veniuntq; in iis, sicut in directis, vsuræ à tempore moræ. l. si verò. §. si mihi. ff. mandat. l. quid ergo, §. consequitur. ff. de contra. & vtil. actio. tutel. admititurque compensatio. l. in rebus. §. quod autem. ff. commod.) hanc sententiam alibi temperat, cæteri que sequuntur, nisi de fide rupta agatur, in contrario iudicio. l. si pignore. §. si post. vbi Accurfi. ff. de pignoratitia actione. † Ego verò in contrariis iudiciis, nullo casu in litē iurari, iam dudum defendi: cū in eis non agatur, ad rei restitutionem, vel exhibitionē: quod tamen necessarium esse, vt illi iuramento sit locus, hoc ipso libro capitulo iiii. probatum est. Nec in sola perfidia, iusiurandum in litem fundatum est, licet in actione depositi directæ, qua rectā agitur ad rei depositæ restitutionem: mirum in modum, augeat dolum rei conuenti. dicta l. ei apud quem, quæ ita tolli debet. † Nec facit nobis negotium dicta l. si pignore. §. si post. in quo nullum verbum, de iuramento in litem, vt etiam fieri non potest: nam licet agatur contrario iudicio, aduersus debitorem, non restituentem pignoris possessionem, quam conduxerat, aut precario rogauerat: non tamen ea actione agitur, ad restitutionem, sed ad id quod interest, vt indemnem præstet creditorem. l. si seruus pignori. ff. de pignoratitia action. quod & illic subsentit Accurfi. ad restitutionem etenim experiri debet actor vel hypothecaria, vel actio-

ne

2  
In contrariis  
non iuratur  
in litem.

3  
Enucleatus  
§. si post. l. si  
pignore.

ne ex co  
vnde vi  
ctarum  
ctione  
vnde n  
furti. §

D  
ny

Lex Re  
Alexa  
Augu  
Regia  
Salom  
Populu

**C**

omn  
ff. de  
lex F  
di, d  
quod  
initi

ne ex contractu locationis, precariive, aut interdicto  
 unde vi. † Et quod dici solet, contrarias actiones, dire-  
 ctarum naturam sequi, & imitari: Accursi, dicto §. a-  
 ctionum obtinet, ubi est eadem ratio, secus si diuersa.  
 unde nec contrario iudicio damnatus, infamiserit. l.  
 furti. §. finali. ff. de iis qui notan. infam.

*Contraria  
 quando imi-  
 tentur dire-  
 ctas.*

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*De lege Regia, & Annotatus Marij Salomo-  
 nij error.*

- 1 *Lex Regia, cur sic dicta.*
- 2 *Alexandri Severi, vita.*
- 3 *Augustus Regiam potestatem non usurpauit.*
- 4 *Regia leges plures.*
- 5 *Salomonij notatus error.*
- 6 *Populus Ro. cur summum ius Principi dederit.*

CAP. VIII.



**Q**UOD † Principi placuit, inquit Vlpia-  
 nus, legis habet vigorem: utpote lege Re-  
 gia, (Aut ut alij legunt, Remnia) quæ de  
 eius imperio lata est, populus ei, & in eum,  
 omne suum imperium, & potestatem concessit. l. j.  
 ff. de constitut. Principum. Appellata est autem hæc  
 lex Regia, inquit Salomon, quod per eam ius regnan-  
 di, deferretur. Neque existimandum est, ut ille ait,  
 quod rerum imperiti arbitrantur: Regiam legem, ab  
 initio vnam latam fuisse, pro futuris omnibus princi-

*Regia lex,  
 cur sic appel-  
 lata.*

pibus, sed suam cuique principi, certis conditionibus, quæ populo placuissent, ad eod quibusdam maior, quibusdam minor, potestas tributa fuit, illud adiciens,

2

Alexander  
Mammaea.

verisimile esse, Vlpianum† loqui de lege Regia Alexandri Seueri, seu mammæ (sic enim cum à mamma matre, plerique vocant) cuius protutor fuit, primum, vt Lamprid. scribit, repugnante Mammaea, Seueri matre, deinde gratias agente, quod tandem nouisset Alexandrum filium, Summum Imperatorem fuisse, quia Vlpiani consiliis rexisset rempubli. tam iustus autem, & temperatus Alexander fuit, vt meruerit arbitrio, consensuq; populi, legibus solui, quoniam sibi ipsi lex erat. Sed ego hac in re à Marij opinionibus, recesserim: qui (vt mihi videtur) veritatem historiae nec primoribus quidem labris degustauit. Ergo probabilis est, vt vel cum quibusdam lege *Rhemnia* legamus, vel idcirco dicamus, eam legem Regiam nuncupatam, quod, vt Halicarnass. & Liu. scribunt, Ius Regis creandi, lege lata, Romulus populo Romano concesserit. Proindeque solebant Tarquinij, Seruio Tullo obistere, quod iniussu populi Romani, regnum inuasisset. Cum itaque Augustus, à populo Romano creatus esset Imperator: videtur antiqua illa lex Romuli, (quæ Regia idcirco dicta fuit, quod ea ad populum ius creandi Regis pertineret) in vsum reuocata, quamuis † Regiam planè potestatem Augustus nunquam usurpauerit vt qui sua populo, suaque senatui munia, permiserit obire. Hanc Regiam legem, alibi dixit Imper. legem imperij. I. ex imperfecto. C. de testam. propterea quod de Cæsaris imperio, lata sit. Et quia ius imperij Romani ad populum pertinebat, donec per  
eam

3

Regia lex  
eius sic dicta

4 cam legem, populus in Augustum cæsarem, ius omne  
 transtulit. dicta l. prima. ff. de constit. Princip. † Memi *Leges Re-*  
 nit quoque Marcellus, alterius legis Regiæ, quæ veta- *giæ plures.*  
 bat mulierem, si prægnans esset, ante partus excisio-  
 nem humari. l. secunda. ff. de mort. infer. Et alias com-  
 plures leges Regias fuisse, Pompo. indicat l. ij. §. iuris  
 civilis. ff. de origine iuris. quarum appellationis ori-  
 ginem ignorare nos fatemur: neque enim in re præ-  
 fertim non vulgari, id nos nescire, confiteri pudet.  
 Nec † præterea verum est, quod Marius ait, Regiam *Annotatus*  
 illam legem, principio, pro futuris omnibus Cæsari- *Salomonij*  
 bus latam non fuisse: cum dicat Arcadius Iuriscon- *error.*  
 sultus Regimenta reipubli. ad Imperatores perpetuo  
 translata. l. vna. ff. de offi. præfect. prætor. Et apertius,  
 Justinia. ait, antiqua lege, quæ Regia nuncupabatur,  
 omne ius, omnemque potestatem populi Romani, in  
 imperatoriam maiestatem translata fuisse. l. prima.  
 6 §. sed & hoc studiosum. C. de veter. iur. enucle. † Sed & *Romani cur*  
 illud confirmat euidens ratio: nam id ipsum popu- *Principi su-*  
 lus Romanus facere, hoc est, vni alicui Principi, *nam de iule*  
 summum ius dare, omniumque rerum arbitrium *rint potesta*  
 permittere, veluti necessum habuit: vt omnis factio- *tem.*  
 num occasio tolleretur: tum, vt in administratio-  
 ne prouinciarum, Princeps succenturiaretur. Sena-  
 tui, qui non perinde prouincias omnes, regere pote-  
 rat. l. secunda. §. nouissimè. ff. de origine iuris. Et hæc,  
 mihi verissima videntur, aduersus Mar. Salomonium,  
 virum alioqui doctissimum, cuius rationes perquam  
 frigida sunt, satisque sublata, ex superioribus ap-  
 parent, & quidem sine cauillo.

*Ieannes Cerasius, Tolosa.*

Quid sit fiducia, Quidq; in Iure nostro, contracta fiducia emancipare.

- 1 Pactum de succedendo.
- 2 Fiducia, propignore.
- 3 Fiduciam accipere.
- 4 Fiduciaria hereditas.
- 5 Possessio fiduciaria.
- 6 Fiduciarus pater.
- 7 Emancipare contracta fiducia.
- 8 Bono. possess. vnde de cem persona.
- 9 Exposita duo Iustiniani rescripta.

## CAP.

## IX.

I  
Pactum de  
succedendo.



**I**N TRACTATU † pactorum future successionis, vulgò celebratur, pactionem de succedendo, iure improbari. I. stipulatio, hoc modo. ff. de verbor. obligatio. I. pactum quod dotali. C. de pactis. I. ex eo. C. de inutil. stip. quod respectu iuris, nouè acquirendi, dubitationem non habet: dictis iurib. At vbi de iure conferuando, tractamus, diuersa caussa est: neque enim improbatum est pactum, quo ius nostrum succedendi, tuetur. §. si. de leg. agn. succes. Bar. & cæteri, in l. si. C. de pact. veluti, cum pater emancipat filium, cōtracta fiducia, hoc est, expressim retinendo, ius succedendi, huic filio, què ea fiducia emancipabat. l. si. C. de emancip. lib. & d. §. si. hæc autem fiduciaria emancipatio, quomodo fieret, non omnibus compertum esse, scio: vt, nō inanè operam, me sumpturum putem, si ad cōem studiosorū vtilitatem, ad eam rem pertinentia, quædam adiiciam.

Emācipatio  
fiduciaria.

Scien

† Sciendum igitur, præter notam fiducia<sup>verbi signi-</sup> fiduciā, pro pigno-  
 re, vnde Cicero pro L. Flacco de Appollonide agens,  
 cuius fundum paternum, pignoris nomine, Decia-  
 nus acceperat. In Decianū ait: Abduxisti Tēno Apol-  
 lonidem, pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fi-  
 ducia tamen accepta, occupauisti. Hæc fiduciam com-  
 missam tibi, tenes hodie, ac possides: eum tu testem spe  
 recuperandi fundi paterni venire ad testimonium di-  
 cendum coegisti. Inde fiduciaria res, quæ pignoris lo-  
 co apud creditorem deposita est. Estq; fiducia, à fide  
 appellata, quod restituendi fides, interponatur. † Acci-  
 pereque fiduciam dicitur, vt Bœt. in Topic. Ciceronis  
 exponit, cuius fidei res aliqua, ea lege committitur, vt  
 eam aliquando redderet. Cicero pro Roscio Comæ-  
 do. *si qua enim sunt priuata iudicia, summa existima-  
 tionis, & penè dicam capitis, tria hæc sunt: fiducia, tutela,  
 & societatis: a què enim perfidiosum, & nefarium est, fi-  
 dem frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare,  
 qui in tutelam peruenit: & socium fallere, qui se in negotio*  
 4 coniunxit. † Hinc fideicommissa olim fiduciaria dicta  
 sunt. l. certi conditio. ff. de reb. cred. quod ante Diui  
 Augusti tempora, nullo iuris vinculo, sed pudore tan-  
 tum hæredum rogatorum, continerentur. §. j. de fidei-  
 com. hæred. Et hæredes restituere iussi, quiq; non tam  
 sui, quam fideicommissariorum contemplatione, in-  
 stituti proponebantur. l. iij. §. cùm pollidius. ff. de vsur.  
 fiduciarij appellati sunt. l. Seius. ff. † Eodemq; modo  
 fiduciaria possessio, veluti, depositaria (quam, inquit  
 magnus ille Bud. in l. ij. ff. de orig. iuris, sub manu re-  
 gia, Galli possidere vocant) quali fide data acceptam.

Fiducia à  
fide.  
Fiduciam  
accipere.

Fiduciaria  
fideicommissa

Fiduciarij  
heredes.

Possessio fi-  
ducuaria.



*Nabis tyrā-  
nus.*

*Imaginaria  
venditio.*

*Fiduciarius  
pater.*

Vnde Liu. ij. de bell. Macedo. de Corintho. loquens, quam Philippus, Nabidi tyranno, ea lege dederat, vt si victor ex bello rediisset, Nabis ei restitueret. inquit, Nabidi eam tyranno velut fiduciarium dare, optimum visum, vt victori sibi restitueret: si quid aduersi accidisset, vt ipse haberet. Quamobrem, si quis tempus dubium timens, amico potentiori, fundum mancipet, vt cum suspecta præterierint tempora, restituat, mancipatione fiduciaria, amicus ille recipere dicitur: author est Boet. in iij. Topic. quæ magnam profecto cognitionem, habet cum imaginaria venditione: quam, hodie, sub redimendi redhibendiq; lege facimus: cuiusq; pulcherrimum est exemplum in l. is quis. §. si ab ignoto. ff. de manumissio, & in l. ij. C. de pact. int. empto. & vendito. Cum itaque non esset alius præterquam in seruis manumittendi modus, atque ideo non posset pater, recta è manu sua, id est, potestate mittere filium imaginariã venditionẽ excogitarũt: qua, redacto prius ad seruilem statũ filio, is tanquam seruus manumitteretur, non à naturali, † sed à fiduciario patre. Qui in iure nostro dicitur is, cui filium, pater naturalis, imaginaria venditione mancipat, vt deinde eum manumittat. Ad hunc ferme modum, vt Tit. Caius institutionum lib. j. refert. quia fiduciarius pater, vnum, duos, plurẽsve numos, velut, in similitudinem pretij, vero, naturaliq; patri, numerabat: vicissimq; naturalis pater, accepto prætio, filium manu sua mittebat, tradebatq; patri fiduciaria. Eumq; sic emptum, tanquam seruum, fiduciarius deinde manumittebat: propter quam dationem libertatis, exemplo veri patroni, lex olim dedit ius legitimæ successionis manumissori: adco,

adeo, ut patri naturali, nedum cæteris, qui manumisso  
 quendam agnati, nunc cognati solùm erant, propter  
 capitis diminutionem, ipsum manumissorem prætu-  
 lerit. pater quippe naturalis, nihil iuris habebat, in bo-  
 nis filij, ita venditi: nisi à fiduciario, filium tanquam  
 seruum redemisset, & ipse manumississet aut fiducia-  
 rio patri vendendo, hoc ius succedendi, specialiter sibi  
 reseruasset quod contracta fiducia emancipare dixe-  
 runt. l. fin. C. de emancip. lib. Quod † iniquum nimis  
 prætor existimās, decem personas, quas commemorat  
 Iustinianus: in successione intestati, extraneo manu-  
 missori, præferri voluit: dāns eis bonorum possessio-  
 nem, ex eorum numero, qui petere poterant, † vnde  
 decem personæ, appellatam. §. sunt autem & §. quæ au-  
 tem vbi Theophil. de bono. poss. Ampliusq; nouissima  
 Iustiniani lege, sublatis prius, & vanis illis, in eman-  
 cipandis liberis, venditionū, fiduciariiq; patris, imagi-  
 nibus, constitutum est, apud competentem iudicem,  
 licere patri naturali, recta via, filium suum emancipa-  
 re, perindeq; ad bona liberorum suorum, ius habere,  
 absque prætoris etiam auxilio, ac si contracta fiducia,  
 secundum veterem formulam, sibi prospexissent † d. l.  
 fin. C. de emancip. lib. §. fin. de legit. agna. successio. ex  
 his autem patet, parentem tunc contra fiducia, eman-  
 cipare dici solitum, cum fiduciarij patris fidem sequu-  
 tus, filium ea lege manumittebat, in fiduciariiq; pa-  
 tris potestatem transferebat: ut, ne succedendi ius  
 amitteret: quod sibi specialiter reseruabat, d. l. fi. ne  
 mero iure excluderetur, aut prætoris egeret auxilio.

Ioannes Corasius, Tolosa.

Cur

Emancipa-  
re contracta  
fiducia.

Bono. posses-  
sio vnde de-  
cem personæ

Cur fistulam, iuxta parietem communem, sicuti  
balneum, habere, non liceat. Et de castelli,  
Triclinij, Tepidarijq; significatione.

- 1 *Fistula, iungi parieti communi nequit.*
- 2 *Balneum iuxta parietem communem, extruitur.*
- 3 *Castellum.*
- 4 *Triclinium.*
- 5 *Cenabatur olim in terra.*
- 6 *Tepidarium.*
- 7 *Vas abenum.*

## CAP. X.

1  
*Fistula non  
habetur iux  
ta parietem  
communē.*



2  
*Balneum iu  
ve potest iux  
ta commu  
nem parie  
tem extrui.*

X me, † quandoque quaesitum est, cur  
constituerit Iul. Paul. posse vicinum,  
habere balneum, iuxta parietem com  
munem: quamvis humorem capiat pa  
ries. Sicut & in triclinio, vel cubiculo  
suo, aquam effundere: fistulam autem, quæ ex castello,  
aut ex cælo, aquã capiat, iunctã parieti cõmuni, nõ iu  
re haberi. l. fistulam. ff. de seruit. vrb. Respondi, diuer  
sitis rationem non obscuram esse, si meminerimus,  
in suo cuique facere permissum, modo in alienum  
non immittat. l. sicuti. §. aristo. ff. si ser. vend. At qui  
fistulam, aut canales, adiungit parieti communi, in  
alienum immitit: † non item qui balneum: in suo ex  
truit: quamvis paries communis, humorem capiat  
sublato quippè pariete, manet balneum: quod nec im  
pedit, parietis communis refectionem. d. l. fistulam. §.  
iuxta. vnde & eo casu, quo asiduus humor, ex balneo  
vicino, nocere posset, Neratij sententia obtinuit, vt re  
ctè

& prohibeatur. d. l. fistulam ad princip. multoq; magis, iuxta parietem alterius sterquilinum facere. l. si quando. §. si. ff. si ser. vend. † Quoniam autem castelli, Iul. Paul. meminit. d. l. fistulam. Sciendum, castellum, nonnunquam locum muris munitum significare, & ut author est Seruius, urbem. Sicuti apud Ciceronem, pro Cecinna, de castello Auxia agentem, & frequentissime apud Matth. Marcum & Lucam euangelistas, quandoque verò, receptaculum aquæ, per quod aqua in varia loca distribuitur. Et castella huiusmodi, quædam publica sunt, quædam priuata. Publica dicuntur, receptacula illa, quæ publicam aquam suscipiunt. l. j. §. hoc interdictum. ff. de aq. quot. & æst. priuata verò, ut ex Iul. frōtino de aquæductibus, Budæus ostendit, receptacula sunt aquæ vel tubis deriuatæ, vel machinis hastæ, ex quibus aqua per fistulas, & saliētes, ad cum lo cum quo opus est, emittitur. l. fundi. §. labeo. ff. de act. 4 empt. † Est autem Triclinium, de quo pariter Paulus verba facit. d. l. fistulam vox Græca, latinitate donata, significans locum, & conclaue, in quo conuiuio accepti, discumbebant cœnando, à tribus lectis, sic dictum. τρεῖς enim tres, & κλινῆ, lectus vocatur: nam veteres, 5 qui iacendo cœnabant † (ut & Turcas hodie facere narratur) tres mensas, conuiuio adhibebant, & totidem lectos: quos inter se contiguos, sternere solebant: & inde dictum Triclinium. l. si vt certo. §. si de me. ff. commod. Meminit quoque Paulus, ex Neratij sententia, † Tepidarij: quod interdum cællam, in quam ex balneis exeuntes, plerunque ingrediebantur, plerunq; vas quoddam Ahenum: ex quo, aqua tepida (hoc est, temperata, & media, inter calidam & frigidam) hau-  
rieb

Castellum  
quid.

Triclinium.

Turca cœn-  
nant iacendo.

riebatur. Et quo veteres præsertim, vsi sunt, in hypocaustis, & Balneis: in quibus parua quædam fornax erat, qua inclusus ignis, partim calefaciebat ea loca, partim aquas, ad lauandum temperabat. Super eum tria Ahena vasa, componebantur: vnum Caldarium, ex quo aqua calida: alterum frigidarium, ex quo frigida. Tertium Tepidarium, ex quo tepida aqua, & temperata hauriebatur. *Ioannes Corasius, Tolose.*

7  
Ahena vasa.

*Cur aduersus veterani Patrisfamilias testamentum inofficiosi querela detur. Et quis sit in iure Veteranus-*

- 1 Militia prærogatiua.
- 2 Veteranus miles quis.
- 3 Excussus sensus. §. Papinianus.
- 4 Filius fa. heredem non habet.

## CAP. XI.

1  
Militis privilegium.

**P**APINIANVS † lib. ij. responso. & apud Vlpian. ait contra veterani patrisfamilias testamentum, esse inofficiosi querelam, & si ea sola bona habuit, quæ in castris quæsierat. l. Papinianus. §. Papinianus. ff. de inoff. test. quod sanè mirum plerisque videri poterat: cum milites pro cõi salute vigilantes, & per quos aduersus hostium iniurias publicus status cõseruatur: præsigni hoc privilegio donati sint, vt in vltima eorũ voluntate, iusta, solèniq; sententiã, opus nõ sit: sed simplex, & nuda mentis testatio, sufficiat, declarataq; quocunq; voluntas. l. j. ff. de test. mil. adeo quidẽ, vt inofficiosi querela, à filiis, aut parçtibus exhæredatis, militaris voluntas, subverti nõ possit: tametsi milites quoq; sint, qui querelam proponunt

nūt. l. si instituta. §. inofficioso. ff. de inof. test. l. de inof-  
 ficioso. c. illo tit. Caeterū, hoc tanto priuilegio, noluc-  
 rūt legiflatores, ornari + Veteranos milites, hoc est,  
 eos, qui postquā plures annos militauerūt, veluti rude  
 donati suis sedibus degunt: tamen si enim de bonis, quæ  
 in castris quæsierant, liberam habeant testamenti fa-  
 ctionem. l. si à milite. §. si. ff. de milit. testa. cōtra eorum  
 tamen testamenta, inofficiosi querela datur. d. §. Papi-  
 nianus: cessat quippè tunc caussa fauoris, nempè iusta  
 armorum occupatio, quare & fauor ipse cessare debet  
 l. si. vbi Bal. C. qui ad lib. perue. non po. in eorumq; te-  
 stamenti iuris cōmunis obseruatio adhibenda, cū  
 non liceat alioqui, iure militari testari, quam si expe-  
 ditionis tempore testamentum fiat. §. illis autem, de  
 milit. testa. in insti. l. penul. C. cod. titu. quanquam &  
 illud verum est, vt si quis in militia testamentum fece-  
 rit, & post militiam, intra annum decesserit, testamen-  
 ti potius, quàm mortis tempore spectato, militari iu-  
 re testamentum defendatur: & ita inofficiosi querela  
 cesset. d. §. Papinianus. Veteranos autem milites, quorū  
 in iure non infrequens mentio, eos interpretamur, qui  
 postq̄ p plures annos in militia seruerūt, deposita mi-  
 litia, velut rude donati, ad pprias domos redierūt, quo  
 ab armis sacramēto soluti honestè ferietur. l. j. ij. & to-  
 tit. ff. de priuil. veterano. l. si. C. de inof. test. l. veteranis  
 C. quand. prouoc. nō est necess. Apud Ciceronē verò,  
 Cæsare, & alios bonos auctores, veteranū militē cum  
 quoq; dici scio, qui per viginti annos, in legione, vel  
 vexillatione militauit, nōdū militia solutus. in qua si-  
 gnificatione accipi nō potest Vlpiani respōsum. d. l. pa-  
 pin. §. Papinianus: nam eorū testamenta, qui adhuc in

Veteranos  
miles.

Veteranos  
miles.

expe

expeditionibus sunt, inoffinofii querela, à militibus, etiam (vt diximus) propofita, haudquaquam fubuertitur. l. fi inftituta, §. de inofficiofo. ff. de inoffic. testam.

3 *Declaratus*  
*§. Pappianus.*  
† Cur autem de patrefamiliàs, egerit Pappianus, cum aduerfus veterani testamentum, inofficiofi querelam esse dixit? d. §. Pappianus. in promptu cauffa est, quia querela non datur nifi his, qui ab inftituito bonorum poffeffionem habituri funt. l. poffthumus. ff. de inoff.

4 *Filiusfa. nò*  
*habet here-*  
*dem.*  
testam. † filiofa. autem, quoniam hæreditatem non habet, nemo ab inftituito fuccedit, fed poffidentur à patre bona, iure peculij. l. ij. ff. de caft. pecul. ideoq; fi de caftrenfi, aut quali caftrenfi peculio, hoc est, de iis que in castris, vel ex ftipendiis publicis, quæfiuit. l. j. §. hoc autem. ff. ad Trebell. l. j. §. nec caftrenfe. ff. de colla. bono. filiusfam. testatus fit, non patitur iftiusmodi testamentum, quamuis ceffante belli neceffitate factum, inofficiofi querelam. l. testamentum, & l. fi. C. de inof. testa. Hodie verò, cum non liceat filiofam. rebus à fe quoquomodo quæfitis, filios parentésve fuos, fine iufta cauffa priuare: aliud conftitutum videtur. §. aliud quoque, & §. fancimus: vt, cum de app. coll. viij. nec aliter de caftrenfibus, aut quali, filiifam. testari concefsum est, quam afsignata filiis, parentibusve legitima. Aut præbiteros. C. de epifco. & cler.

*Ioannes Corafius, Tolofæ.*

*De poffeffione defuncti, in hæredem non continuanda. Et opinio quædam Accurfii, aduerfus cæteros defenfa.*

1 *Poffeffio, non continuatur in hæredem.*

*vsuca*

iustum esse lex dicat, vnicuique permittere. l. nemo  
 exterus. C. de iud. l. in remandato. C. mand. etiam a-  
 butendo. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæ-  
 red. Vniuersorumq; bonorum donationem, non im-  
 probet. l. omnes. §. Lucius. ff. Quæ in fraud. credito.  
 crebra hæc doctorum traditio, dubia semper mihi vi-  
 sa est. † Quod enim primo loco, & potissimum indu-  
 citur, eiusmodi donatione testandi libertatem impe-  
 diri, verum non putamus: quandoquidem ex solo do-  
 nationis titulo, non transferatur rerum donatarum  
 dominiū, sine traditione. l. traditionibus. C. de pact.  
 §. per traditionem de rer. diuis. licet de omnibus con-  
 cepta sit, vt, in specie, quam disputamus. l. qui tibi. C.  
 de hæred. vel actio. vend. l. qui tibi. C. de iis, qui à non  
 do. ma. Iuris enim regula, quæ vult dominium ex con-  
 tractu non transire, absque traditione: d. l. traditioni-  
 bus, procedit: in contractu quoque facto, super iure v-  
 niuersali. Accurs. & Bart. in l. j. ff. pro dot. Remanet  
 ergo dominium apud donatorem, de quo testari, aut  
 alio modo disponere potest. l. fin. §. Lucius. ff. de dona-  
 tion. † Constat præterea, in generali, aut vniuersali  
 concessione, ea non contineri, quæ verisimile est, quæ-  
 quam in specie concessurum non fuisse: vt, suppellecti-  
 lem, alumnos, ministeria perquam necessaria, & quæ  
 ad affectionem eius, maximè pertinent. l. obligatione,  
 cum l. seq. & seq. ff. de pigno. l. j. C. quæ respig. oblig.  
 poss. c. in generali, de reg. iur. in vj. de quibus ideo, do-  
 nator moribundus, disponere poterit. Item huic do-  
 natori, poterunt ea lege relinqui bona, ne ad Donata-  
 rium perueniāt: sicuti, & filiosam. ne patri quæratur.  
 §. j. vt lic. mat. & auia col. viij. Aut excipitur. C. de

*Dominium  
 non transfertur sine  
 traditione.*

*Concessio ge-  
 neralis qua  
 comprehendat.*



- 4 bon. quæ lib. † Deinde considerandum est, quòd licet rectè, & actu ad hoc ordinato, nemo possit sibi ipsi testandi facultatem præripere: d. l. stipulatio indirecè tamen potest nõ solum per actum laudabilem, & honestum, nempe ingressum monasterij: Aut ingressi. C. de sacrosanc. eccles. sed etiam per actum turpem, & vitiosum, veluti, patiendo se venundari ad pretiũ participandum. l. & in seruorum. ff. de stat. hom. §. fin. de iur. perso. nec existimandum est. Donatorem pro eo, quod nulla, aut pauca bona habeat, hærede cariturũ: fortè enim hoc ignorabit hæres, vt verisimile est. l. verius. ff. de probatio. l. fin. ff. pro suo. Et quanuis sciat, non credit lex (iure presertim, quo vtimur spectato) hæredem tam auarum, tamq; impium, vt voluntatem defuncti negligat, ex quo damnum ipse sensurus non est: vt pote, cui inuētarij beneficio sit succursus: nam nec dissimili admodum ratione, Iustiniani † nouella cõstitutum est Falcidiam à testatore hodie prohiberi posse. §. hinc nobis, de hæred. & fal. coll. j. Authent. sed cùm testator. C. ad l. Fale. licet l. Falcidia in gratiam testatorũ, vt hæredem habeãt, sit inducãta. §. j. de l. Fal. Bart. & cæteri pulchrè in l. nemo potest, ff. de legat. j. † Nõ obstat item, quod dicebatur, pacto hæreditatem dari non posse: quia verum est, vbi pactum illud, vice testamenti interpositum est. d. l. hæreditas. C. de pact. conuent. non etiam si animo donandi. Bart. in l. fin. C. de pact. Et sic si in fraudem fiat, quod nõ præsumitur. l. merito. ff. pro hoc. l. quoties. §. qui dolo. ff. de regu. iur. nec item me mouerit, quod dictum est, hanc conuentionem esse contra bonos mores: quia hoc fortiter negamus, contrariumq; supra probatum est.
- † Et

Testamenti  
factio tolli  
potest.

5  
Falcidia  
prohiberi  
potest.

6  
Hæreditas  
quando pa-  
cto detur.

† Et  
7 tis, R  
rem,  
de p  
oblig  
redit  
tus, &  
8 idem  
dum  
post  
& on  
post  
9 stare  
de te  
re. ff.  
sed in  
gitin  
risge  
prin  
esse p  
non  
testa  
qua  
ita r  
omn  
Saly

Q  
1 Basil  
2 Basil

7 † Et si quispiam instet, induci votum captandæ mortis, Respondeo, non præsumi iniquam hanc voluntatem, ex quo consentit is, de cuius bonis agitur. l. fin. C. de pact. In donatario præsertim, in quo ad antidora obligato, l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæredit. magis præsumi debet benevolus animus, gratus, & remuneratorius. l. si verò non remunerandi. §. idem Papi. ff. manda. † Alioqui eadem ratione dicendum, non valere donationem bonorum præsentium post mortem collatam: quod est falsum. Accurs. Bart. & omnes in dicta l. fin. C. de pact. Ex his quoque patet postremam rationem de testamenti factione, non obstare. † Quauis enim ea publici iuris sit dicta l. iij. ff. de testam. publicamq; vtilitatem respiciat: l. vel negare. ff. quemadmo. test. aper. non tamen principaliter, sed in consequens, & vt vocant, secundario. Vnde legitima conuentione, iure, meritoq; tolli potest. l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pact. Præterea, quauis principaliter fateamur testamenti factionem iuris esse publici: atque ideo factionibus priuatorum tolli non posse: l. ius publicum. ff. de pact. l. testandi. C. de testam. pauloantè tamen euicimus donationem, de qua tractamus, testandi facultatem non impedire. Et ita mihi, in hac quæstione videtur tametsi cæteri omnes contra, præter Angel. in dicta l. stipulatio, & Salyc. in dicta l. fin. C. de pact.

Votum mortis captandæ non præsumitur.

Animus gratus præsumi debet.

Testamenti factio publici iuris.

*Ioannes Corasius Tolosa.*

*Quid sit in iure Basilica, Et qualis olim fuerit.*

1 Basilica pro templo.

2 Basilica, quid proprie.

LL 2

- 3 Foro adiunctæ erant Basilicæ.  
 4 Basilica vbi primum.  
 5 Basilica Romæ quadruplex.  
 6 Basilica viæ.

## CAP. XVIII.



*SACRAM* rem, vel religiosam, inquit Vlp. vel v'sibus publicis, in perpetuum relictam, vt forum, aut Basilicam, aut hominem liberum, inutiliter stipulor: quâuis res sacra, prophana fieri, aut v'sibus publicis relicta, in priuatos vsus reuerti, & ex libero, seruus fieri possit. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig.

1 In cuius interpretatione, admonui, Basilicam, apud Vlpianum non significare, locum ipsum, in quæ Christiani conueniunt, Deo dicatum: quanuis in ea significatione, dictio huiusmodi, apud Hieronymum, & alios Ecclesiasticos scriptores. Nonnunquam legatur. c. perlectis. §. ad Episcopum. xxv. dist. à quibus, & illud scriptum inuenio, quod cum Gotthi urbem Romam, irrupissent, illos imprimis securos, inuiolatosq; sinebant, qui in Apostolorum Basilicas confugissent. Et enim fuit Vlpianus, vt alibi scripsi, religionis Christianæ insectator crudelissimus, vt verisimile non sit, dicata Christo, eiusque discipulis templa tantæ apud eum dignationis fuisse. † Sciendū itaq; Basilicā propriè significare, locum, in quo negotiationes priuatæ consilia, & iudicia exercebantur: dicta Basilica, quasi Regia, Græci enim βασιλική, regiam appellant. † Debet quippè (vt Vitruu. Architectus, in quinto tradit) Basilicæ adiunctæ esse foro. Et quàm callidissimis partibus, vt per hyemem, sine molestia tempestatum, possent

Basilica pro templo.

2 Basilica quid proprie.

3 Basilica foro adiunctæ.

sent se in eas negotiatores conferre. Iudicia autē per-  
 agi solita, in Basilicis, indicat Quintil. in xij. *Trachali*  
*oratoris vocem, cum in Basilica Iulia diceret auditam, lau-*  
*datamq; fuisse, ex quatuor tribunalibus.* Et Plin. in Epi-  
 stolis. *Descederam, inquit, in Basilicam Iuliam, auditurus:*

4 *quibus proxima comperendinatione, respondere debeā.* † Sa-  
 ne Basilicam principio locū fuisse constat, quo sub te-  
 ctum, & ante vestibulum ædiū, principes ad ius dicen-  
 dū, conueniebant, cui dignitatis gratia, tribunal post-  
 ea additum est, tanquā plus inesset authoritatis, quod  
 iudicia publica ante domos darentur. Ac deinde, quo  
 Basilica laxior esset, primariis teētis nō sufficiētibus,  
 porticus intrinsec<sup>o</sup>, hinc atq; hinc additæ sunt. † Qua-  
 5 tuor porro Basilicas, Romæ fuisse legimus, Portiam,  
 quam Cato Censorius magna mole construxit. Opi-  
 mam, in qua senaculū erat, quod in ea seniores aside-  
 rent. Pauli, quæ M. & cccc. talentis taxata, mox Ful-  
 viæ consecrata fuit, quam columnis ē Phrigibus, mi-  
 rabile, inter magnifica locat Plin. lib. nat. hystor. xxx-  
 vj. cap. xv. Papiniusq; ad nomen alludens elegāter Re-  
 giā dixit, cum in primo Sylvarum ait.

*Illinc belligeri sublimis Regia Pauli.*

Et aliam Iuliam, Centumviralibus causis dicatam,  
 cuius cōstruendæ, tradit in quinto Vitruuius, se præ-  
 6 fuisse. † Basilicas vias nostrates interpretantur, præ-  
 torias, & Consulares, hoc est, publicas magnasq;. l. ij.  
 §. viarum. ff. ne quid in loc. pub. Nam quod magnum  
 est, Basilicum dicitur. Et Græci Βασίλειος, pro magni-  
 fice, prouerbiali figura dicunt. Grandiorēq; & excel-  
 lentiore, Brachij venam, Physici Basilicam dicunt:  
 tres esse venas in brachijs tradetes. Basilicam, Cepha-

Basilicarbi  
 primum.

Basilica  
 quatuor.

Basilica  
 via.

Basilica  
 venas

licam, & Nigrā, seu quod in medio harū sit Mediam,  
cōmunē mve: quæ in furore, & delirio feriri solet.

Ioannes Corasius Tolosa.

De fisco, & in quo ab Aerario, differat.

- 1 Fiscus.
- 2 Confiscare.
- 3 Aerarium.
- 4 Fisco, qui primum tanta vendicarint.
- 5 Traiani memorabilis sententia.
- 6 Lienis, & Fisci similitudo.

C. P. XIX.

1 Fiscus.



DE fisco, eiusq; iure singulari multa passim apud iuriconsultos leguntur: cuius causam nūquam malam esse nisi sub bono principe, dicit Plin. in Panegyrico

Traiani. Est autem Fiscus, receptaculum numerorum, & proprie principis. l. j. §. hoc interdictū. ff. ne quid in loc. publ. quo loco Ulpia. Res, inquit, *Fiscales, quasi propriae, & privatae principis, sunt a fisco*, id est, sportulis, ut Pædianus in ij. Verrina ait, quæ numerū sunt receptacula, ad maioris summæ pecunias capiendas. Vnde quia maior est summa pecuniæ publicæ, quàm privatæ, factum est, ut pro pecunia publica, quæ tamē principis est, fisco dicatur: † & ab eo nomine, confiscare, id est, ad fiscum principis deferre. Et apud Tranquillum in Augusto, confiscata bona dicuntur, quæ fisco adiudicata sunt indeq; & confiscationes, recentioribus nuncupatæ. Proprie ergo fiscus, principis dicitur d. l. j. §. hoc interdictum: † Aerarium verò, publicum,

2 Confiscare.

3 Aerarium.

Popu

Populiq; Romani, quod & Plinius vbi supra euidenter ostendit. *At fortasse, inquit, non eadem seueritate fisco, qua ararium cohibes: imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis.* Obseruauit tamen in iure, fisco pro Aerario, contraq; Aerarium pro fisco, passim sumi. Constat autem Romanum ararium, tributis, & vectigalibus: quod ab ære, quod in æde Saturni condebatur, Aerarium dictum est. Idq; tribuni ærarij cum opus erat promebant. *Fiscus* verò proprio principis patrimonio (habet namq; suum patrimonium, Princeps, id est, facultates proprias. l. apud Iul. §. fin. ff. de leg. j.) & extraordinariis redditibus constat. l. inter publica. ff. de verb. sig. Quo loco ex Pædiani sententia Alciatus redditus huiusmodi principis in tribus potissimum versari scribit, Canone vt portoriis, & eiusmodi quæ in vrbiu exitu, vel ingressu soluuntur oblatione, hoc est, eo quod ex consuetudine de rebus pro mercalibus solet pendii, & indictione, quod edicto principis subditis indicitur. Cum ergo *Fiscus*, principis pecuniam, eiusq; proprium patrimonium, significet: factum est, vt frequenter in iure no-

4 stro Princeps ipse *Fiscus* nuncupetur. † Fuerunt porro primi, Palphurius, & Armillatus, qui per calumnias, & iniquas interpretationes, multa fisco, in Imperatoris gratiam, vendicarunt. Vnde Iuuenal. Saty. 4.

Qui primis  
confiscatio-  
nis modum  
inuexerint.

*Si quid Palphurio, si ci edimus Armillato,*

*Quicquid conspicuum, pulchrumq; ex æquore toto est*

*Res fisci est, vbiunque natas.*

5 † Scitu profecto digna est, & æterna obseruatione Traiani  
Traiani sententia: qui correptus ab vxore Pompeia memorabi-  
Plotina, quod caluniis suorù procuratorù, prouinciæ le verbu.

6  
Lienis et fi-  
sci compara-  
tio.

diuexarentur: detestari cœpit improbas exactiones, diuinoq; numine afflatus, præsigni vsus est similitudine: † *Fiscum appellans Lienem*, sicuti enim crescete in corporibus nostris liene, artus reliqui tabescunt: ita turgente principis fisco, marcescunt cætera Reipublicæ membra, & grauiter agrotant. Author est Sext. Aurel. victor in Iuliano. Egregia sanè, & memorabilis sententia, quam optarem in penitissimis omnium principum præcordiis, sculptam esse, & reconditam. *Vis ergo Princeps, ut corpus validum sit? Effice ne lien intumescat, vis o Princeps, ut membra tua, hoc est, ciues, subditig, tui, bene valeant: noli fiscum habere tumentem.*

Ioannes Corasius Tolosæ.

De directo, & utili dominio, & verum non esse, quod frequeti sermone vsurpatur, præscriptione non queri directum Dominium.

- 1 Dominium quid.
- 2 Dominium duplex.
- 3 Præscriptione directum dominium queritur.
- 4 Lex Attinia.
- 5 Alciatus taxatur.
- 6 Vscapio rerum mobilium, & immobilium.
- 7 Proprietas, quid.

C A P. X X.

I  
Dominium.



N † Dominij finitione, consentiunt omnes propemodum Bartolo dicenti, Dominium ius esse, de re corporali perfecte, libereq; disponendi, nisi lege prohibeatur: Barlin l. si quis vi. §. differetia. ff. de acq. poss. Qua de re scripsimus, in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de

de acq. poss. † Hoc autem Dominium, partiri solent  
 ita interpretes, vt aliud sit directum, aliud vtile. Et <sup>Dominium</sup>  
 vtile duplex, Alterum quod opponitur, contradicit, & <sup>duplex.</sup>  
 veluti, in faciem resistit Directo: quale illud est, quod  
 ex præscriptione quæritur. De quo plenè Bar. & cæte  
 ri, in l. vsucapio. ff. de vsucap. & in Auth. nisi tricēna  
 le. C. de bo. mater. Aduersatur enim ita directò, vt si  
 directus dominus agat, præscriptionis exceptione re  
 pellatur. l. si quis emptionis. C. de præscript. xxx. an  
 no. Alterum quod directum recognoscit, quale illud  
 est, quod Emphyteuta, superficiarius, & si qui similes  
 sunt, habent. l. j. §. fin. ff. si ag. vectig. l. j. §. quod autem.  
 ff. de superficie b. l. possessores. C. de fund. patrim. lib.  
 xj. & l. si quis ex titulo. C. de diuers. præd. templ. & ci  
 uit. libr. xj. Nec defuerunt veteres, qui hanc Domini  
 diuisionem negarent: vnicum tãtum dominium esse  
 contententes: quos refert, improbatq; Bart. in d. §. dif  
 ferentia, nec nos sequimur. Quanuis enim verum sit,  
 verba hæc Directum, & vtile dominium, apud Iuris  
 consultos nusquam legi: traditionis tamen familiaris  
 gratia, hoc loquendi modo vti, non recusabo: cùm e  
 nim duplex esse dominium, fateri cogamur. Et ego  
 nunc nunc reuincã, in hæc verba directum, & vtile do  
 minium, Directæ, & vtilis actionis exēplo, facillimè  
 concedam. Aliquando tamen placuit, Iurisconsulto  
 rum verbis, propius inhærendo, Dominium, quod v  
 tile vocamus Vlpiani exemplo, qui simile ius seruitu  
 tis & possessionis: Quali seruitutem, & quasi posses  
 sionem dixit. l. si quis diurno. ff. si ser. vend. l. j. §. fi.  
 ff. de aqua plu. arcend. Quasi dominium dicere, nam  
 propriè & significanter, dominium dici non potest. l.

Directum &  
 vtile domi  
 nium.



j. §. fi. ff. si ager vectig. Sed ad rem Emphyteuta dominus est. d. l. possessores. Vnde & seruos a scriptitios manumittit, quod solis dominis conceditur. d. l. si quis ex titulo. Cōcedens autem rem in emphyteusim, dominus permanet. l. j. & ij. C. de iure emphyt. Igitur duo dominia sunt: cū idem dominium apud duos esse non possit. l. si vt certo. §. si duobus. ff. cōmoda. l. pen. §. pater peculij. ff. de castrens. pecul. Eodemq; ratiocinandi modo vti possumus in cliente, seu vassallo, & domino. Cum vterque dominium habeat. cap. j. §. rei autē. & §. quid ergo de inuestit. de re. alie. fac. in feud. Deinde cū dicant Iurisconsulti directam, & vtilem seruitutem: l. si diuturno. ff. si ser. vend. l. j. §. fin. ff. de aqua plu. arcend. Et actionem directam, vtilemq; in rem: l. j. §. fin. ff. si ag. vectig. l. qui mortis. ff. de donat. caus. mort. l. j. §. j. ff. de superficieb. & l. qua ratione. §. litera. ff. de acquir. rer. domi. cur non pariter dominium directum, & vtile, dicere possimus, non planē video. † Et vtinā tam bonā causam Doctores haberent cū adfirmant, præscriptione longi temporis, vtile tantum dominium acquiri. Eorum nanque sententia, hac in parte nulla lege, nullaq; ratione defendi potest. Cū enim rerum mobilium vsucapione iustum, seu directum quærat dominium. §. j. de vsucapio. Et in præscriptione longi tēporis, ea omnia concurrant, nempe titulus, & bona fides, cur hæc à superiore, distinguenda sit, minimè video. Nec me fugit Andr. Alciantum, virum doctissimum suffuratum ex Bal. & Aret. in d. l. traditionibus. C. de pact. differentie rationem prodidisse. † Si enim res mobiles contrectatæ sunt, aduersus domini voluntatem, affectæ vitio, ex lege Attinia

3  
*Præscriptio-  
 ne quod do-  
 minium quæ-  
 ratur.*

*Alciati ra-  
 tio.*

*Lex At-  
 tinia.*

nia

nia, non vsucapiuntur. l. sequitur. §. quod autem. ff. de vsucapio. l. potestatis. §. fin. ff. de verb. signi. §. furtiuæ. de rer. diuilio. in instit. Cuius legis hæc fuisse verba, Gell. In Atticis noctibus, refert. *Quod surreptum erit, eius res aterna auctoritas esto.* Quæ hoc significant, res quæ in furti causam recederūt, nullo tempore, quantum longissimo vsu, & auctoritate, id est, vsucapione, quaeri. Si verò ex voluntate domini, res mobiles, habite sunt, priuatur is iustissimè dominio, qui sciens prudens rem vsucapi permittit. Et ideo alienare videtur. l. alienare. ff. de verb. signi. quæ fictio facilius in rebus mobilibus est assumenda, quorum possessio vilis est, & abiecta. Vnde non ita grauem iacturā, facilioremq; neglectum, lex interpretatur. l. peregrè. in princ. & l. si rem mobilē. ff. de acqui. pos. † Verum hæc ratio parui est apud me momenti: cum tantum cōcludat, nō æque triennio res immobiles, atque mobiles, quaeri: at quia cūturniore tēpore, immobiliū dominiū acquiri possit, hæc ratio nō demonstrat. Quare placet mihi eorū sententia, qui aduersus receptā interpretū sententiam, cōtendunt, longi temporis præscriptione, immobiliū rerū, directum etiā acquiri dominiū. Hoc enim aperte, nullaq; circuitione vsi Caius, & Iabolenus responderunt. l. acquiritur. §. non solū. ff. de acq. re. do. l. cum qui ædes. ff. de vsucapio. Garrit enim vtrobique; Accurs. quiq; cum sequuntur, cum dominiū, id est effectus domini, vtile nempe significātes, exponūt. Nulla quippe iuris auctoritate probatur hæc interpretatio. Quin magis explodenda est, ex eo quod dici vulgò solet, & passim ab Accurs. cæterisq; in hac quæstione inculcatū est, domini j verbo, nō vtile, sed directū venire. l. j. §. qui

*Alciati anti  
maduerso.*

Expositæ  
plures leges

qui in perpetuum. ff. si ag. vectig. Qua ratione etiam, contenderim, Vlpiani responso, hanc nostram opinionem confirmari dicentis, missum secundo Decreto, in possessionem, damni infecti nomine, per longum tempus dominium capere. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. Ergo directum. d. §. qui in perpetuum, Adde si placet Imperatoris verba. *Traditionibus, & Usucapionibus*, inquit, *non nudis pactis, dominia rerum transferuntur.* Sed & apertiora sunt, quæ Iustinia. sub tractatu vsucapionum inseruit: suam enim constitutionem memoras, qua canit, mobiles res triennio: immobiles verò longi temporis possessione, id est, inter præsentis Decennio, inter absentes, xx. annis, vsucapi. l. j. C. de vsucap. transfor. adnectit hæc verba, *Et his modis, non solum in Italia, sed etiam in omni terra, quæ imperio nostro gubernatur: Dominia rerum, iusta causa possessionis præcedente, acquiruntur.* §. j. de vsucapion. in inst.

- 6 Quibus verbis, cum Iustinianus ad immobilium vsucapionem, & præscriptionem immobilium, se pariter referat, ex utroque modo, æqualiter quoque, dominium acquiri docet: protrita etiam regula, nos adiuuante. Determinabilia, à determinabili, ex æquo determinari. l. iam hoc iure. ff. de vulg. l. in testamento. C. de testa. milit. l. quanuis, vbi posui. C. de impub. Huc pertinet. l. si. ad fin. C. de edict. di. Adr. toll. & l. omnes in fi. C. de præscript. xxx. anno. quæ dicunt ei, qui bona fide, longo tempore possedit, plenissimam securitatem, etiam super dominio præstari, non præstaretur autem plenissima securitas, si non directo, & pleno iure, possessor dominium quæreret. l. foemina. §. illud: vbi Bal. C. de secund. nupt. Fulcit quoque nostram sententiam, novella

I  
vella lu  
rem lon  
pectet,  
mater  
que leg  
bilium  
fin. arg  
nium,  
tar. l. si  
ff. de v  
dum B  
cum re  
reperit  
cond. i  
nuntur  
tes. iij.

Iur

1 Iuri ad  
2 Facult.  
3 Nouu  
4 Præsc  
5 Hærec



uella Iustiniiani, qua expressim traditum est, possessorem longa detetatione, dominium effici. §. si verò expectet, de nup. coll. iij. Auth. nisi tricennale. C. de bo. mater. ergo directum. d. §. qui in perpetuum. † Denique legimus in iure Pontificum, rerum etiam immobilium vsucapione, proprietatem acquiri. c. clerici. in fin. arg. à contrario. xvj. q. iij. Ergo directum dominium, cum proprietatis verbum, ad utile non referatur. l. si tibi proprietas. ff. de vsufr. acrescend. l. si alij. ff. de vsuf. leg. quando adeo directum sit, quemadmodum Bald. dicebat, vt nunquam obliquetur. Bald. l. cum res, in fin. C. de probat. Et alibi idem Bald. non reperitur, inquit, proprietas: nisi directa. in l. ij. ff. de cond. instit. d. l. si tibi. Quæ verò huic sententiæ opponuntur, nos alibi plena manu iustulimus, in l. seruitutes. iij. col. ix. cum sequi. ff. de seruitutib.

Proprietatis verbum.

Ioannes Corasius Tolosa.

*Iuri adeundi, xxx. annis præscribi, contra vtrumque Salycetum. Et nouo sensu illustrata l. licet. C. de iur. delib.*

- 1 Iuri adeundi, an præscribatur.
- 2 Facultatis quæ sunt, quando præscribantur.
- 3 Novus intellect. ad l. licet.
- 4 Præscriptio, currit contra ignorantem.
- 5 Hereditas in suis: quandoque iacens.

C. A. P. XXI.



**R**ECEPTISSIMA interpretū sententia est, iuri adeundi, quod est extraneorum, præscribi xxx. annis, Accurs. l. iij. ff. de acq. hæred. tum quod personale sit, & omnia

Iuri adeundi an præscribatur.

omnia iura personalia, tãto tẽpore tollãtur. l. omnes, & l. sicut. C. de præscrip. xxx. an. tum quòd ius adeundi, & ex Aditione quæsitum, sint tanquam Habitus, & Actus: nam ius adeundi, cõsideratur vt habitus, & potentia, quæ deducitur ad actũ, per aditionẽ. Atqui ius ipsũ ex aditione quæsitũ, eo spacio. xxx. annorũ tolleretur. d. l. omnes, & d. l. sicut. ergo ius adeundi, cum infirmiora sint, quæ in potẽtia: quàm quæ in actũ existunt. l. in bello. §. si quis seruũ. ff. de capt. huicq; sententia, dicũt Doctores apertissimẽ suffragari, l. licet. C. de iur. delib. vbi Accurf. vterque verò Saly. contendit nullo tẽpore quantũuis longissimo, etiã mille annorum, ius adeundi hæreditatẽ tolli: cum nõ fit in bonis nostris, sed dum quædam facultas censeatur. l. pretia rerũ, verũ. sed nec hæredẽ. ff. ad l. Fal. † Quæ autem facultatis sunt nullo tempore præscribuntur. l. viã. ff. de via publ. Et quoniam nemo est, qui alterius possideat animã, in quo solo aditio cõsistit. l. si auia, & l. potuit. C. de iur. delib. §. fin. de hæred. qual. Sine possessione verò, præscriptio nulla procedit. l. iij. ff. de vsucapio. c. sine possessione, de reg. iur. in vj. Deniq;, quia absurdum sequi posset, eãdem videlicet personã, & præscribentis, & eius, cõtra quem præscriberetur, vice fungi. l. ij. ff. de stip. seruo. c. fin. de institutio. Si, puta, hæres scriptus esset, qui alioqui ex intestato successurus erat, & quem ad intestati successione venire nõ posse, quo ad ex testamento adiri potest hæreditas, certum est. l. quãdiu. ff. de acq. hæred. Cumq;, ex prædictis cõmunis sententiæ rationes sublatae sint, ad d. l. licet. vterq; Saly. respõdeat: vt nõ de iuris immiscẽdi adeundive, sed petitionis hæreditatis præscriptione loquatur. In eam rem,

2  
Præscribi  
nequeunt  
quæ sunt  
facultatis.

IV  
rem, ver  
cui pro  
tionem,  
laante I  
immisce  
dicit tex  
petition  
tur. Et q  
habeat:  
hæred. N  
non tam  
viva rati  
cãdi, ius  
tempore  
omnes, &  
tẽpore c  
modi iur  
quasi, se  
pætor.  
lariter. f  
imprim  
di facul  
est. l. si n  
ea quod  
existũt,  
quæ pul  
vbi Acc  
tatis præ  
diuer. &  
ff. de ca  
cõsistat

rem, verba illa, *Hanc rectè Vendicent*, expedientes. Et  
 enim pronomen *Hanc*, relationem facit, & demōstra-  
 tionem, ad aliquid: nempe ad hæreditatē, de qua pau-  
 loantē Imp. verba fecerat: nō etiam ad ius adeundi, vel  
 immiscēdi, de quo nullum antea verbū. Præterea non  
 dicit textus, *Adeant*, vel, *Immiscēant*, sed *Vendicent*: vt  
 petitionē hæreditatis designet, qua hæreditas vēdicat-  
 tur. Et quæ tametsi præstationes quasdam personales  
 habeat: in rem est. l. sed & si lege. §. petitio. ff. de petit.  
 hered. Mihi hæc Salyetorū opinio, quanuis arguta,  
 non tam placet, quàm cōmunis: quam ego spiranti, &  
 vna ratione, quādoq; suasi, quia siue dicamus ius ad-  
 eundi, ius esse: siue facultatē: præscribi tamē longissimo  
 tempore negari nō potest: cū sit quid personale. d. l.  
 omnes, & d. l. sicut. Quāuis ingenuē confirmē, minore  
 tēpore decē, puta, aut. xx. annos, nō vsucapi: cū huius  
 modi iura præscribens, nō acquirat possessionem, vel  
 quasi, sed innitatur tantū negligentia nō petētis. l. ait  
 prætor. §. itē ei. ff. ex quib. cau. maio. Accurs. in l. regula-  
 riter. ff. de petit. hære. Nec nos mouerint obiecta, &  
 imprimis quod ceruicosi Saly. cōtendebāt, ius adeun-  
 di facultatē esse dūtaxat, non etiā ius: nam hoc falsum  
 est. l. si mater. vbi Cast. & alij. C. de institut. † Præter-  
 ea quod dicitur, impræscriptibilia esse, quæ facultatis  
 existūt, publicæ vtilitatis fauore procedit. Et ita in iis  
 quæ publicæ facultatis sunt, vt in via publica. d. l. viam.  
 vbi Accur. ff. de via. pub. Nam quæ sunt priuatæ facul-  
 tatis præscriptione tolli possunt. l. si quisquam. ff. de  
 diuer. & temp. præscript. l. in bello. §. si quis seruum.  
 ff. de capt. Non item obstat, quod ius adeūdi in animo  
 cōsistat, qui nō possidetur: & ideo præscriptio locum

*Saly. opinio  
 refutata.*

*Facultatis  
 quæ sunt,  
 quandoque  
 præscribun-  
 tur.*

non

non habet, cessante possessione: nam respondeo nos hinc proprie non agere de prescriptione, sed de extinctione iuris adeundi, per non usum longissimi temporis: quam etiam lata significatione Prescriptionem dicimus inductam ex sola negligentia non petentis, aut non utentis iure sibi competenti. Bar. in l. fin. ff. de eo per quem fac. er. & in l. fin. C. de edic. di. Adr. nam ei in incorporalibus, quæ non proprie possidentur: l. iij. ff. de acqu. poss. Accurf. l. regulariter. ff. de pet. hæred. satis est, argui eius negligentiam, qui ius sibi competens, exercere negligit. l. sequitur. §. si viam. ff. de usucapio. l. j. & ij. C. de ser. & aq. l. corruptione. C. de usuf. Vnde nec obstat, quod absurdum putabant, Actione, & passionem in eodem subiecto concurrere, nempe eundem esse qui usucapit, & contra quem prescribitur: nam hæc, ut modo diximus, non tam prescriptio, quam extinctio iuris adeundi, dici debet. Intellectus verò vtriusque Saly. parum conuenit, titulo de iur. delib. sub quo ea constitutio inserta est: vnde reiiciendus. l. Imperatores. ff. de in diem addic. tum etiam, quia Imp. illic. in eo vim facit, quod sui se non immiscuerint, quibus ideo non poterat hæreditatis petitio competere: quæ hæredi, qui iam adiuit, proculdubio datur. Quare otiosè tractaretur ibidem, de petitione hæreditatis, quæ nondum competebat, per prescriptionem, aut non usum longissimi temporis, excludenda: verum nec sensus communis, vndiquaq; tutus videtur: nam cum vult Imp. tradere, iuri adeundi, seu immiscendi, non prescribi longo tempore, contra filium ignorantem: a contrario dicendum foret, aduersus filium scientem delatam sibi hæreditatem tanto spatio prescribi, quo nihil

2 vsuca  
3 Posses  
4 Sui  
5 Fict  
6 Feud  
7 Feud

**I**

i i ta  
ff. de  
l. j. §.  
in sa  
fert.  
post  
non  
con  
2 sus, t  
quip  
ab a  
non  
con  
cur  
quo  
fit:  
acq  
red  
le  
mer

- 2 *vsucapionem defuncti, possessio complet.*  
 3 *Possessio, an in suis hæredibus continetur.*  
 4 *Suitas non plus, quam aditio operatur.*  
 5 *Fictio super quibus fingat.*  
 6 *Feudi possessio, an migret in hæredem.*  
 7 *Feuda redacta ad instar patrimoniorum.*

CAP.

XII.



**P**OSSESSIONEM defuncti, non conti-  
 nuari in hæredem, iuris est certissimi. l.  
 cum hæredes. ff. de acquiren. poss. l. fin. C.  
 de edict. di. Adri. quoniam in hæredem,  
 i tantum transfunditur, quod est hæreditatis. l. omnia.  
 ff. de regu. iuris. Possessio autem, hæreditatis non est.  
 l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. esse iustic. fue. Simile est  
 in sacerdotiis, in quibus solus titulus, dominium tran-  
 fert. c. si tibi absent. de præb. in vj. Innocen. & Com-  
 post. in c. cum M. Ferrarien. de const. Possessio autem  
 non, nisi naturaliter adprehendatur. c. cum nostris. de  
 concess. præben. Excipi solent, ab hac regula plures ca-  
 2 sus, † Primus, vsucapionis implementum, ad implendā  
 quippe vsucapionem (si tamen medio tempore, non sit  
 ab alio apprehensa possessio. l. possessio. ff. de vsucap.)  
 non tantum dominium, verum etiam possessio, quasi  
 coniunctim in hæredem descendit. l. cum miles. vbi Ac-  
 curs. ff. ex quibus caus. maior. Hac ut opinor ratione,  
 quod licet possessio vera, & propria, hæreditatis non  
 sit: qualisqualis tamen est in hæreditate. l. gerit. ff. de  
 acquirend. hæred. atqui in hæredem, quodcunque hæ-  
 reditatis est, migrare diximus. d. l. omnia. nec dissimi-  
 le est, quod de hæreditate iacente proditum est quæ ta-  
 meti possidere nihil propriè dicatur: cum sit corpus

*Possessio  
 quando in  
 hæredem con-  
 tinetur.*

*vsucapio  
 quomodo im-  
 pleatur.*

KK



3  
 Stitatis  
 fecer.

- inanimatum, atque idè furtum ei fieri non possit. d. l. j. §. Scauola. ad vsucapionis tamen complementum, intelligitur possidere. l. cœptam. & l. nunquam. §. vacuum. ff. de vsucapionib. † Accursius, filium suum rursus excipit, in quem vult, possessionem non naturaliter adprehensam transfundi, Accursi. in l. in suis. ff. de liber. & posthu. & in §. sed sui quidem. de hæred. qual. & diff. Cæterùm ab Accursij sententia Barto. & ceteri recesserunt, in d. l. cum hæredes. cum enim corpus, & animus, in acquirenda possessione requiratur: possessio quæ non est naturaliter comprehensa, non potest continuata dici, vt idem Accursi. docuit, in l. cum miles. ff. ex quibus caus. maior. Et cum possessio animo, & voluntate retineatur: voluntas que morte finem accipiat. l. iij. ff. locat. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de legat. j. extincto animo, & voluntate. extincta prorsus possessio censerì debet. l. furtum. §. si fundi. ff. de vsucapio. l. licet. C. de acquir. posses. † Sicutas præterea, non plus operatur in suo, quàm vera aditio in extraneo. l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. atqui aditio, acquisitionem possessionis non operatur. d. l. cum hæredes. † Denique fictio in iis, quæ facti sunt, vt in possessione, locum non habet. l. denique. cum l. sequen. ff. quib. ex caus. maior. quod autem filius, mortuo patre possidere censeatur, nõ nisi per fictionem dici potest. Ego verò, ad duo, hac in re animum aduertì. Primum Accursi. in d. l. in suis, & in d. §. sed & sui. non id eloqui ad quod crebrò citatur: mortuo patre videlicet, continuari possessionem in filium, sed tantum velle, vt quæ admodum filius, viuo patre dominus quodammodo existimatur: ita, & viuo patre, videatur habere possessionem,

Non a con  
 deratib.

mem.  
 posse  
 pugna  
 bono  
 etiam  
 suis, c  
 filij, v  
 pro h  
 l. j. in  
 taten  
 volut  
 cum a  
 ter n  
 nuar  
 masc  
 de fer  
 noue  
 tur. N  
 te, qu  
 aditi  
 enim  
 posse  
 mo d  
 finge  
 iuris  
 ff. de  
 iuris  
 aliquid  
 gatur  
 q. vel  
 tuum

mem, quo verius nihil. l. ij. §. fi. ff. pro hæred. Alterum, posse creditam Accursio sententiam, à reliquorum impugnationibus defendi: continuatio quippè dominij bonorum paternorum, in filiū ideo fit, quia filius viuo etiam patre, dominus quodammodo censetur. d. l. in suis, quæ ratio, in possessionem quoque concludit, quã filij, viuo patre, pariter habere creduntur. d. l. ij. §. fi. ff. pro hæred. & huic sententiæ Bald. assentiri videtur, in l. j. in fi. C. de appel. neque obstat, quod diximus, voluntatem morte finiri, ideoq; possessionem, quæ animo & voluntate retinetur: possessoris morte extingui. l. iiii. cum alleg. ff. loca. Nam filius mortuo patre, non dicitur nouam querere possessionem, sed veterem continuare. d. l. ij. §. fi. ff. pro hæred. Bal. c. j. de content. inter masc. & fœm. de bon. in feud. vnde alibi Accurs. in c. j. de feud. cog. in feu. filij (inquit) patri succedentes, nihil nouè acquirere, sed viuo patre, quæsitum capere dicuntur. Non item nos mouerit, quod obiecimus, de Suitate, quæ in suo, non plus roboris virtutisq; habet, quam aditio in extraneo, dicta l. si iis qui pro emptore. hoc enim obtinet, respectu acquisitionis dominij, non etiã possessionis, vt probatum est. † Quod autem postremo dicebatur, fictionem super his, quæ facti sunt, non fingere: proculdubio verum est, si factum sit ab omni iuris effectu seiunctū. d. l. deniq; & l. in bello. §. factæ. ff. de capt. Cum finis legis sit omni casu circa ea, quæ iuris sunt disponere. l. eum quem. ff. de iud. At propter aliquem iuris effectū, factum à lege, proculdubio fingitur. l. j. §. si vir. ff. de acquir. poss. Bart. d. l. si is qui. v. q. veluti lex fingit defunctum apud hostes, retro mortuum. l. in omnibus. ff. de capt. Ab hostibus reuersum,

*Possessio quomodo, in filium continetur.*

*Fictio in quibus operetur.*

semper in ciuitate fuisse. §. si ab hostibus. quib. modis  
 ius pat. pot. in vtero existētem, natum esse. l. qui in vte-  
 ro. ff. de stat. homi. Mortuum pro salute patriæ, viue-  
 re. §. filij. de excusat. tuto. & his similia, quæ omnia in  
 facto consistunt: cæterum, vt finis aliquis iuris sequa-  
 tur. d. l. j. §. si vir. & dixi in tractatu fictionis. † Excipiūt  
 præterea nonnulli à reg. nostra, Bona feudalia, quorū  
 possessionem, non naturaliter etiam ad prehensam in  
 filium migrare volunt. Bald. l. cum antiquioribus. co-  
 lum. vj. C. de iur. delib. Quæ sententia, tametsi à Ias. in  
 l. si forori. C. illo tit. controuersa: apud me dubitatio-  
 nem non habet, si de filio suo loquamur: cum in eum  
 quoruncunque bonorum possessionem transire, iam-  
 iam docuerimus. Multò magis igitur feudaliū, quo-  
 rū viuo patre filius inuestitus fuisse intelligitur. Ac-  
 curs. in c. vij. de feud. cog. in feud. † Tametsi in hoc, re-  
 gno non magna sit adhibenda distinctio, inter feuda,  
 cæteraq; bona cum moribus, Galli receperint, vt feuda  
 reliqui patrimonij naturam sequantur. Io. Fab. in  
 Ant. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. Guid. Pap. q. lix.  
 dixi latè in l. filium. C. familiæ erciscun.

*Ioannes Corasius, Tolosa.*

*De consuetudine Gallie, Mortuus seſſit  
 riuum.*

- 1 *ſeſſire quid.*
- 2 *Poſſeſſionem, lex, ſine actu naturali, transfert.*
- 3 *Poſſeſſio, quomodo per actus fictos transferatur.*
- 4 *Poſſeſſio ficta, an pariat interdictum recuperanda.*
- 5 *Expensæ, quando iure actionis petantur.*
- 6 *Legatarius, quam habeat actionem.*

*C. A. P.*

## CAP. XIII.

**S**UPERIORE capite digessimus quædam, ad eius regulæ interpretationem, qua vulgò affertur, possessionem defuncti non cõtinuari in hæredem, sine noua apprehensione. l. cum hæredes. ff. de acqui. pos. A qua, vt cunque iure vera Gallorum moribus, recessum est, apud quos generali lege constitutum, diuturnisq; moribus confirmatum scimus, † *mortuum sēsire viuum*, hoc est, mortuum, possessionem quæ apud se quondã fuit, in suũ hæredem nunc viuentem cõtinuare. Cy. in l. ea lege. C. de cond. ob caus. a sēsitando enim, hoc est sãpius sedendo, continuoq; insistendo, Galli, cõtinuare possessionem *sēsire* vocant. Alciat. in l. in lege censoria. ff. de verbo. lig. † Et quamuis plerique putent, id lege prouinciali municipij, aut alia induci non posse, vt scilicet transferatur possessio, sine naturali apprehensione. Bar. l. si is qui. col. iij. ff. de vsucapio. Bal. l. j. in princi. C. co. de leg. quoniam actus apprehensionis, sit actus naturæ, quem posititia lex inducere nequit. l. ij. ff. de vsufruct. ea. rer. Receptior tamen est, & verior contraria sententia: vt, quæ perspicue probetur, in c. ex literis. de consue. Sed an ea possessionis continuatio, in vim statuti, seu consuetudinis fiat, si mortuo defuncto, per aliũ possessio occupata fuerit quæstionis esse potest. Et creberrimè traditum est, quod non. l. Pompo. §. quæsitum. ff. de acquiren. poss. Accur. l. cum miles. ff. quib. ex caus. maior. Alexan. in d. l. cum hæredes. colum. ij. † possessio enim quæ apud aliquem verè est, & naturaliter, per actus fictos, in alterum non transfertur, sine consensu illius, qui naturaliter insi-

Gallorũ mores.

Sēsire.

Possessioñe  
lex transfert.Possessio per  
actus fictos  
non trans-  
fertur.

stit possessioni. l. iij. §. si seruus iuncta. l. quauis. §. si  
 conductor. ff. de acqui. poss. Alex. consi. lxxxiiij. vol. ij.

4 *Possessio fi-  
 eta, an ope-  
 retur posses-  
 sorium recu-  
 peranda.* l. si sorori. C. de iur. delib. †. Vnde nõ pariet hæc fi-  
 eta possessio, hæredi interdictum recuperandæ, aduer-  
 sus occupatorem. Bald. in Ant. defuncto iij. q. C. ad  
 Tertulia. Alexan. consi. xxxvij. volu. j. & consi. lxxxiiij.  
 volu. ij. Quod tamen ab omnibus probatum, in filio

suo haudquaquam admiserim, ne in persona filij, vanū  
 & otiosum reddatur statutum: sed magis aliquid iuri  
 cõmuni adiiciat: quo, vt superiore capite defendimus,  
 in filium suum, qui se immiscuit, possessio defuncti pa-  
 tris, licet non naturaliter adprehensa, cõtinuatur. Ac-  
 curs. in l. in suis. ff. de liber. & posthu. Sic enim in simi-  
 li, dicimus, si dicat statutum, victum victori in expen-  
 sis damnandum, cum id alioqui iure communi consti-  
 tutum sit. l. eum quem. ff. de iud. l. properandum. §. si-  
 autem alterutra. C. eod. ne superfluat municipij lex,

5 *Expense  
 quandoque  
 iure actionis  
 petuntur.* operabitur, † vt expensæ conditione ex statuto, & ita  
 iure actionis, petantur, quæ alioqui officio tantum iu-  
 dicis veniebant, Bar. in l. non solum. ff. de rei vendi. &  
 in l. j. §. si rem. ff. de legat. iij. An autem stante hac no-  
 stra cõsuetudine, habeat hæres interdictum adipiscen-  
 dæ possessionis, in controuersiam quoque reuocari  
 potest: cum hoc possessorium, remedium ad acquiren-  
 dam possessionem ordinatum sit. l. j. in fin. ff. quor. bo-  
 no. & possessionem iam ex consuetudine hæres ha-  
 beat, Receptius tamen, & probabilius est, non cense-  
 ri sublata remedia executiua adipiscendæ possessionis.  
 Cyn. in l. ea lege. col. ij. C. de condi. ob caus. Cast. Ale-  
 xand. & las. l. si sorori. C. de iur. deli. nec obstat, quod  
 hæres iam vi consuetudinis, possessionem nactus sit.

hoc

hoc er  
 Bal. lo  
 nister  
 cat, m  
 enim  
 terit  
 C. de  
 mus,  
 Titio  
 l. cum  
 tamen  
 stat. §  
 quor  
 sed fi  
 non

1 Tho  
 2 Pala  
 3 Tho  
 4 Non  
 5 Exp



hoc enim de possessione iuris, & civili, aut si matris, cū  
 Bal. loqui, civilissima (sic possessionem, quæ legis mi-  
 nisterio, sine vlla adprehensione quaritur, Bald. vocat,  
 in l. final. colum. ij. C. de sacros. eccles.) Actuale  
 enim & naturalem, hæres non habet: pro qua ideo po-  
 terit vti possessorio adipiscendæ, beneficio: puta. l. fin.  
 C. de edict. diui Adria. † Sic enim in legatarium dici-  
 mus, recta dominium transire, absque traditione. l. à  
 Titio. ff. de furt. ob idq; eidem dari actionem in rem.  
 l. cum filius. §. variis. ff. de legat. ij. l. j. C. com. de leg. Et  
 tamen eum, actionem etiam personalem habere con-  
 stat. §. sed nostra. de leg. in institut. d. §. variis. & d. l. j.  
 quoniam non habet verum, & proprium dominium,  
 sed fictum, & interpretatum, alioqui actio in personā,  
 non competeret. §. sic itaque. de actio. in instit.

Actio que le-  
 gataris da-  
 tur.

Ioannes Corasius, Tolosa.

*Nullum contractum, inter tutorem & pupil-  
 lum, etiam palam geri posse: tamen si ceteri om-  
 nes contra,*

- 1 Tutor, an contrahat cum pupillo.
- 2 Palam & bona fide quid fiat, & nu. 9.
- 3 Tutor quando à pupillo emat.
- 4 Nova opinio.
- 5 Exposit. a l. cum ipse, & l. non existimo.

C. A. P.

XIIII.



VM † sensisset Accursi. pecuniæ creditæ  
 singularia tractans, in l. singularia. ff. de  
 reb. cred. tutorem posse solum mutui con-  
 tractum, cum pupillo celebrare, à pupillo

Tutor quam-  
 do cū pupillo  
 contrahat.

mutuo accipiendo. l. quoties. §. non tantum. & §. sicut. ff. de administratio. tuto. excanduerunt ceteri exploratum habentes, inter tutorem, & pupillum, contractum quencunque, confici posse, modo palam, & bona fide contrahatur. l. cum ipse. C. de contrahend. empt. & l. non existimo. ff. de administra. tutor. † Tuncq; pa-

*2*  
*Palam & bona fide.*

lam. & bona fide censent, tutorem cum pupillo contrahere, cum amicis, vel consanguineis pupilli interuenientibus, negotium geritur. l. transactionem. C. de transactione. Barto. in l. frater a fratre. colum. xj. ff. de condit. indebiti. Aut presentem iudicem, Bartol. d. l. transactionem cum idem operetur iudicis, quod amicorum cognatorumve presentia. l. fina. in princip. ff. quod met. causi. l. mol. l. j. §. fuit quaesitum. ff. ad Trebel. prohibetur ergo clanculum duntaxat, cum pupillo tutor contrahere. d. l. non existimo nisi vno casu inquit Roma. & Ias. in dicta l. singularia. quando scilicet, res pupilli fuit vendita alteri, cum decreto, & autoritate iudicis. Nec ille tertius, pretium numerat: tunc nanque tutor, rem eiusmodi emere potest, siue palam, siue clam, cum iam alienabilis facta sit. l. tutor rerum. vbi Bartol. ff. de administratio. tuto. l. pater. §. quinde-

*3*  
*Tutor quando a pupillo emat.*

cim. ff. de legatis tertio. Quae limitatio, parum apta mihi semper visa est: cum tunc non clam, sed palam tutor contrahere dicatur: ex quo enim in prima venditione iudicis presentia desiderataq; a lege sollemnia, interuenierunt: censentur in contractu, cum tutore, posteriore loco gesto, & in locum prioris emptoris subrogato, haec omnia repetita. l. si pupillorum. §. si pupillus. vbi Baldus in simili. ff. de rebus eorum. † Fui praeterea quandoque in noua

*4*  
*Nona opini.*

senten

sententia, vt nec mutuuum, nec emptio. nec alius quiuis  
 contractus, per tutorem, cum pupillo propria autho-  
 ritate geri possit, palam etiam, & bonafide. l. si in em-  
 ptione. §. fin. ff. de contrah. empt. cum de substantia  
 obligationis, per pupillum contrahendæ, sit tutoris  
 auctoritas. l. obligari. ff. de autho. tuto. non possit au-  
 tem tutor, in negotio proprio authorari. l. j. §. fuit  
 quæsitum. ff. ad Trebellianum. nec tutoris, & con-  
 trahentis officio, simul fungi, l. pupillus. §. item ipse  
 tutor. ff. de autho. tutor. Præsertim in obligatione  
 de nouo contrahenda, cum in actu, qui per pupillum  
 necessario explicandus venit, & tendente ad contra-  
 ctæ obligationis dissolutionem, authorari tutor sibi  
 nequeat. d. l. j. §. fuit quæsitum. Vnde non puto, tutorem  
 aliter cum pupillo contrahere posse, quàm si contuto-  
 ris auctoritas interueniat. l. pupillus. ff. de autho. tuto.  
 tamen si coram amicis, cognatisve geratur negotium.  
 d. §. item ipse tutor. Nec obstat, quod imperator scri-  
 psit, non prohiberi tutorem, palam & bona fide, rem  
 pupillo comparare. l. cum ipse, C. de contrah. emptio.  
 † Tunc enim interpretor, palam & bonafide inter tu-  
 torem, & pupillum geri negotium, cum interuenit au-  
 thoritas contutoris. d. l. non existimo. ff. de administ.  
 tutor. si tamen tutor, contutorem habeat. d. §. ipse tu-  
 tor aut (si duo tutores dati non sint) decretum iudicis  
 cum causæ cognitione. l. profectitia in fin. princ. ff. de  
 iur. dot. l. j. & tot. tit. ff. de reb. eor. Et ita falsum puto,  
 quod Doctores tradunt hac in re, amicorum, cognato-  
 rumve præsentiam, sufficere. Eo tamen casu puta-  
 rem hæc iuris solemnia, non desiderari, cum contra-  
 ctus non posset non utilis esse pupillo. l. pupillus. ff. de

Tutor nõ si-  
 bi authora-  
 tur.

Palam &  
 Bona fide.  
 Declarate  
 l. cum ipse.  
 Non existi-  
 mo & quo-  
 ties.



acq. re. do. vt in Iuliani specie, cum ex Marcelli sententia rescriptis, posse tutorem, se mutua pecunia obligare, sibi mutuam scribendo. l. quoties. §. non tantum. ff. de adm. tutor. Etenim quantum ad acquirendum, auctoritate tutoris pupillus non indiget. d. l. pupillus. ff. de acq. re. do. Ioannes Corasius, l. v. d. Tolosa.

*Tutorem, nullo casu sibi soluere posse inaudita vulgò sententia.*

- 1 Tutor pupilli creditor, an sibi soluat.
- 2 Restitutionem hereditarij, non facit tutor.
- 3 Exposita nouè l. fistulas. §. j.
- 4 Executio contractus non desiderat solennia.
- 5 Declaratus. §. sicut. l. quoties.
- 6 Tutor, quando sibi auctoretur.

## C. A. P. X V.

1  
Tutor an sibi soluere possit.



2  
Restitutio hereditatis duplex.

Nō tractatu singularium, quæ sunt circa pecuniam creditam, solet alia in re Accursius, vno omnium ore reiici: cum, scilicet, tradit in l. singularia. ff. de reb. credit. in contractu mutui speciale esse, vt possit tutor, propria auctoritate, debitam sibi a pupillo pecuniam soluere. Etenim, inquiunt Bart. Angel. & reliqui, si pupillus tutoris debitor sit, ex quocumque contractu contingat, potest tutor sibi soluere, & satisfacere. l. fistulas. §. j. ff. de contrah. emp. & l. quoties. §. sicut, & §. non tantum. ff. de adm. tuto. † Vrger tamen eos l. j. §. fuit quis situm. ff. ad Trebell. qua traditum est, pupillo hærede instituto, & grauato hæreditatem tutori restituere non

non posse tutori, se autore restitui hæreditatem: quia in rem suam, author esse nequeat. Dicitur solet ex Bart. sententia, restitutionem quandam meri facti esse, & hanc tutor de re sibi debita facere potest. d. l. fistulas. §. j. & l. tutor. in fin. ff. de fideiussor. Quandam verò mixturam iuris habentem, ut hæreditatis, per quam de hærede in fideicommissarium, iura transferuntur. §. restituta, de fid. hæredit. & hanc tutor non facit. d. §. fuit quæsitum. Sed huic solutioni fortiter obstat, quia contractus, non magis, quam hæreditatis restitutio, facti censei debet. Ut enim restitutio huiusmodi, iuris parit effectum, ita contractus licet prout fiunt, & in esse deducuntur, facti sint. l. consilio. ff. de cura. furios. l. v. §. stipulatio. ff. de verborum obligationibus. Ex his tamen iuris effectus resultant. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. l. ex placito. C. de re. permuta. Attentaui quandoque, cum adolescens essem, nouam in hac quæstione sententiam, ut nullo casu tutor, sua authoritate sibi soluere possit. d. §. fuit quæsitum, cum in rem suam, nemo author fieri valeat. l. pupillus, §. item ipse tutor. ff. de author. tutor. & quoniam si hoc tutori permetteretur, posset modus ea in re, non adhiberi, atque ita grauius aliquid, in damnum pupilli contingere. l. iij. §. liberti. ff. de suspect. tutor. Quo casu, prohibitionis viam sequi, tutius est. l. adoptiuus. §. j. in fin. ff. de ritu nuptia. l. officium. §. penul. ff. de re milit. præsertim, cum tutoris hac in re interesse non possit, si vel contutoris, vel iudicis authoritatem adhibere cogatur. l. non existimo. ff. de adm. tuto. & d. §. item ipse tutor.

† Nec me mouebat Labeonis responsum, dicentis posse sibi

sibi tutorem, fundi à pupilli patre empti, possessio-  
nem tradere. l. fistulas. §. j. ff. de contrah. emptio. † hinc

4  
Intellecta  
nouè. l. fistu-  
las. §. j.

enim actus, duntaxat exequitur contractum, cum pa-  
tre defuncto gestum, & idcirco non aliam solennita-  
tem desiderat. l. j. C. quand. decret. op. non est Accursi.  
d. l. fistulas. §. j. Iura verò, quæ dicunt, tutorem sibi sol-  
uere posse. l. quoties. §. sicut, & §. non tantum. ff. de ad-  
ministr. tutor. necessario exaudienda sunt, contutoris,  
aut si contutor non extet, iudicis, auctoritate interce-  
dente. l. pupillus. §. item ipse tutor. ff. de auth. tutor. l.  
profectitia, in fi. princ. ff. de iur. dot. l. non existimo. ff.  
de adm. tuto. † Aut considera & acutius, Iulianum, in

5  
Expositus §.  
sicut. l. quo-  
ties.

d. l. quoties. §. sicut, non simpliciter dicere, tutorem si-  
bi soluere posse, sed duobus concurrentibus. Primum  
si fuerit pecunia vnde soluatur, in bonis pupilli. † Alter-  
rum si vsuræ graues sint, tuncq; vt releuetur pupillus,  
non tantum potuit tutor, inquit Iulia, sibi soluere, sed  
debit. Nec obstat, quod in rem suam, non possit tutor  
authorari. d. l. j. §. fuit quæsitum; quia hoc verum, nisi  
hæc auctoritatis interpositio, ad utilitatem pupilli,  
principaliter referatur quo casu, licet in consequens  
contingat, tutorem sibi negotium gerere, poterit au-  
thoritatem accommodare. l. j. & l. quod dicimus. ff. de  
autho. tuto.

6  
Tutor quan-  
do sibi au-  
thoretur.

Iannes Corasius, Tolosa.

Alio sensu, quam ceteri hucusq; fecerint, dis-  
soluta fortissima Antinomia, quæ in Vlpia-  
ni, Africanicq; verbis, esse videbatur.

1 L. singularia, explicata.

2 Conuersio in causam mutui quomodo fiat.

3 Intellecta nouè. l. qui negotia.

4. *Præsentia virtus.*  
 5. *Epistolam recipiens consentit.*  
 6. *Consentire quis propriè dicatur.*

## CAP. XVI.



**L**IBRO tricesimo primo ad edictum, Vlpianus commemorat, † singularia præcepta, circa pecuniam creditam. Nam, inquit, si tibi debitorem meum iussero dare pecuniam, obligaris mihi, quamvis numos meos non acceperis. Quod igitur in duabus personis recipitur, hoc in eadem persona recipiendum est. Ut cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas: & conuenerit, ut crediti nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta. l. singularia. ff. de reb. cred. Ab Vlpiano, in causa mandati. Africanus dissentire videtur. Respondi, inquit, non esse creditam: Alioqui dicendum, ex omni contractu nuda pactione, pecuniam creditam fieri posse. l. si sponsalibus.

Exposita l. singularia.

† Hunc gryphum, ut dissoluerent Doctores, variis modis, vtriusque Iurisconsulti verba interpretantur: crebrius tamen receptum, ut, in Vlpiani responso, pecunia extaret solutioni destinata, parataq; & ideo eius facilis sit conuersio, in causam mutui. l. si sponsalibus. §. j. ff. de iur. dot. in Africani verò constitutione, pecunia, neque numerationi parata erat, neque extabat, sed fuerat consumpta. Proinde non potuit, in causam mutui conuerti. Quæ dissolutio illis Africani verbis, quæ significaret certam summam, ex administratione, apud se esse. manifestè contradicit aliisq; argumentis, à recentioribus refellitur. in d. l. singularia. Adferuntur & aliæ multæ, ad vtranque legem expositiones quas ab eisd

Communis dissolutio.

Conuersio in mutuum quomodo fiat.

ab eisdem acutissimè reiectas, silentio transigendas duxi. Raphael Fulgos. pugnam esse inter Vlpianum, & Africanum, aliudque in eadem specie vni, aliud alteri visum esse, audenter confirmat. Quæ assertio, maximè aliena à iuris professoribus esse debet: quibus hoc exploratum oportet, in iure nostro nihil superfluum, nihilque contrarium. l. ij. §. contrarium. C. de veteri iure enuclean. l. j. §. quibus. C. de

3 no. cod. conf. † Expendere mihi placuit aliquando, aliorum omnium expositionibus reiectis, tres circumstantias, quæ in Africani constitutione concurrentes, conuersionem impediabant. Prima quia conuentio si qua illic præcessit, inter absentes fuit celebrata, quorum alia causa est quam præsentium. l. falsus. §. sed & si is. ff. de furt. † Efficat quippe præsentia breuem illam manum, qua, quod ab alio meo nomine, & me præsentem datur, à me ipso datum intelligitur. l. quod statuliber. ff. de donatio. causa mortis. dicta l. falsus. §. sed & si is. Altera, quia pecunia, in dicta l. qui negotia, credita fiebat sub vfuris, quas in scænebre pecunia, citra stipulationis vinculum, deberi non posse certum est. l. Titius. ff. de præscriptis verbis. l. quamuis. C. de vfuris. stipulationemque inter absentes non confici. l. j. ff. de verborum obligationibus. † Tertia quia solus procurator, qui conscripsit

4 *Præsentia effectus.*  
epistolam, egit: vt pecunia in creditum conuerteretur, cuius sola voluntas, non debuit posse hanc conuersionem operari. Nec obstat, quod recipiens epistolam, si non contradicat, consentire intelligatur. l. si filiusfam. ij. ff. ad Macedo. clem. j. de procur. Bart. l. quo enim. §. j. ff. rem ratam haberi, tacitusque consensus,

5 *Epistolam recipiens consentit.*  
epistolam, egit: vt pecunia in creditum conuerteretur, cuius sola voluntas, non debuit posse hanc conuersionem operari. Nec obstat, quod recipiens epistolam, si non contradicat, consentire intelligatur. l. si filiusfam. ij. ff. ad Macedo. clem. j. de procur. Bart. l. quo enim. §. j. ff. rem ratam haberi, tacitusque consensus,

sentio  
1. Lab  
præsu  
cere  
cum p  
sensu  
pressu  
c. fin.  
de pa  
sensu  
dum  
credi  
oper  
quan  
sam h

1. Dona  
2. Dom  
3. Gene  
4. Testa  
5. Falci  
6. Har  
7. Votu  
8. Ann  
9. Testa

ensus, etiam inter absentes, conventionem perficiat.

1. Labeo. ff. de pactis. † Nam nego tacitum hunc & presumptum consensum, propriam pactionem inducere posse. l. j. §. si quis ita in fi. ff. de verbo. obligation. cum pactum, consensum desideret. l. j. ff. de pactis: consensus autem proprie non dicatur, nisi, qui verbis expressus est. l. ij. §. voluntatem. ff. soluto matrimonio. c. fin. de iud. in vj. Et in specie Philipp. Dec. in rubr. C. de pactis. Præterea, quamvis ex eo presumpto consensu, pactum flueret: esset tamen omni ex parte nudum, & inerte, quod ideo conversionem pecuniæ creditæ, maxime sub usuris, ut diximus, non potest operari. d. l. j. ff. de verborum obligationibus, & d. l. quanuis. C. de usuris. Et ita mihi videtur, controuersam hanc, & fortissimam Antinomiam, dirimi posse.

Ioannes Corasius, Tolosa.

**Donationem omnium bonorum, presentium, & futurorum, valere, validissimisq; id rationibus defendi, tametsi contraria sententia obtinuerit.**

- 1 Donatio vniuersalis omnium bonorum, an valeat.
- 2 Dominium non transfertur sine traditione.
- 3 Generalis concessio, quæ continetur.
- 4 Testandi facultas tolli potest.
- 5 Falcidia prohiberi potest.
- 6 Hereditas, quando possit dari pacto.
- 7 Potum captandæ mortis, non presumitur.
- 8 Animus remuneratorius, presumi debet.
- 9 Testamenti factio, an publici iuris.

C. A. P.

Consensus  
quando proprie dicatur.

## CAP. XVII.

I  
Donatio om-  
nium bo-  
norum an  
valeat.



**C**OMMUNIS omnibus ferme legum in-  
terpretibus, sententia est, † Donationem  
omnium bonorum, presentium, & futu-  
rorum nullius esse momenti. Bar. Cuma.  
Imol. Castr. Alexan. & reliqui in l. stipulatio hoc mo-  
do concepta. ff. de verb. oblig. Bal. Fulg. Castre. & alij  
in l. si. C. de pact. Quia tollat hic actus, liberam testa-  
menti factionem l. pactum quæ dotali. C. de pact. & d.  
l. stipulatio, quæ tamen ambulatoria, esse debet, vsque  
ad extremum vitæ exitum. l. diui. §. licet. ff. de iur. co-  
dicill. l. iij. §. fin. ff. de adi. leg. nec humanis pactioibus  
constringenda. l. si fratres. §. idem respon. ff. pro soc.  
Atqui constat eum, qui bona non habet testari non  
posse, auth. ingressi. C. de sacrosanc. eccles. l. obsides,  
vbi Accurs. ff. de testa. Alia præterea ratione, non va-  
let donatio, quia pacto non potest dari hæreditas. l.  
hæreditas. C. de pact. conuent. tum etiam, quia contra  
bonos mores, est dispositio huiusmodi. d. l. stipulatio,  
hoc modo. l. cum donationis. C. de transf. l. ex eo. C. de  
inutil. stip. ideo à plerisque creditum, non roborari cum  
iure iurando. Bar. & cæteri, in d. l. stipulatio cum actus  
bonis moribus repugnans, non firmetur iuramento. l.  
si quis inquilinos, §. fin. ff. de leg. j. c. non est obligato-  
rium, de reg. iur. in vj. Addi potest, & alia ratio, quis  
testamenti facti publici iuris est, l. iij. ff. de testament.  
l. testandi. C. eodem titulo. quod ius, priuatorum pa-  
ctionibus, neque niti. l. fin. ff. de suis, & leg. neque tol-  
li potest. l. ius publicum. ff. de pactis. l. neq; pignus. §.  
priuatorum. ff. de reg. iur. Cæterum cum hæ rationes frigi-  
dæ sint admodum, & iciunæ, & dispositionem rerum suarum,  
iustum

nihil absurdius. † Considerabam igitur si noua inter-  
 pretatione, posset rescriptum illud declarari, vt dica-  
 mus, recenseri illic ab Impe. duo singularia, circa suos  
 hæredes. † Primum, vt quamuis ipso iure currat, etiam  
 contra ignorantem, longi temporis præscriptio. l. fin.  
 C. de præscriptio. long. temporis. quæ tamen postea,  
 per restitutionem, ex generali illa clausula, *si qua mihi  
 iusta causa esse videbitur*, elidi potest. Bart. l. j. §. si quis  
 autem. ff. de itine. actioq; priua. Alex. plenè consil. iiii.  
 colum. viij. volumi. ij. contra tamen filium suum, nec  
 quidem ipso iure, procedat ea præscriptio. d. l. licet. ea,  
 vt opinor, ratione, quod sui hæredes, ad bona penè  
 propria, venire intelligantur. l. in suis. ff. de liberis &  
 posthu. l. cum ratio. ff. de portio. quæ lib. damnat. con-  
 ced. † Alterum, vt quamuis in suis iacens hæreditas nõ  
 consideretur: Accurf. l. cum hæreditas. C. de posi. cum  
 non sit dare medium, inter mortè defuncti, & sui hæ-  
 redis existentiam. l. Iulianus noster. ff. de condi. & de-  
 mon. Etenim simulatq; exhalat quis animam, suus effi-  
 citur hæres. Bal. l. si fratris. C. de iur. delib. Hoc tamen  
 recipiendum sit, quoties de cõmodis suorum hæredum  
 agitur, in quorum gratiam, ne hæreditas iacere dica-  
 tur, constitutum censeri debet: non etiam in eorum  
 odium. dicta l. licet. in qua hæreditas ideò censetur ia-  
 cere, ne contra eam procedat præscriptio. l. cõceptam.  
 ff. de i. suecapio. & l. ea quæ. C. de temp. in inte. rest. pet.

Nonus s̄ssus  
ad l. licet.

Præscriptio  
quomò cur-  
rat contra  
ignorantē.

Hæreditas  
iacēs in suis.

Ioannes Corasius, Tolosa.

*An pupillus, naturaliter obligetur, dissoluta  
 quedam Antinomia.*

1. *Pupillus, an natura obligetur.*

MM





- 2 *Infans, voluntatem non habet.*
- 3 *Adultus, contrahendo an obligetur.*
- 4 *Nova dissolutio.*
- 5 *Natura debere, aliud, quam natura obligari.*
- 6 *Ius, vim habet cogendi.*
- 7 *Obligatio naturalis, quando efficax.*

## CAP.

## XXVII.

*Pupillus an  
natura obli-  
getur.*



**N**ON parua est, etiam inter iuris autho-  
res, dissensio, An pupillus contrahens si-  
ne tutoris autoritate, natura obligetur.  
Alij enim responderunt, pupillum natu-  
ra non debere, nec iure naturali obligari: atque idco,  
soluti repetitionem esse. l. quod pupillus. ff. de condi.  
in deb. l. pupillus. ff. de actio. & obliga. quam tamen, vt  
dici solet, impedit naturalis obligatio. l. naturaliter.  
ff. de condi. in debi. Alij verò aperte, & nulla circuitio-  
ne vsi, contrarium omnino rescripserunt, pupillū sine  
tutoris autoritate promittendo, aut mutuam pecu-  
niam accipiendo, naturaliter obligari. l. j. in fin. ff. de  
nouatio. l. si eius. in princi. ff. ad Trebel. l. cum illud. §.  
hæres. ff. quan. di. leg. proindeq; sequuta solutione, re-  
petitionē cessare. d. l. si eius. visa est omnibus certe hæc  
antinomia fortissima, sed præsertim Raphaeli Fulgo-  
sio viro & acuto, & erudito, in d. l. quod pupillus. qui  
tandem ingenuè fassus est Iurisconsultos, alios ab  
alijs ex professo dissensisse. Nec posse singulas eorum  
sententias, sine cauillo, insolentiq; diuinatione, con-  
ciliari, defendiq;e. Ad omnes nanque leges, quæ in  
hanc controuerfiam citari solent, manifestè diuinat,  
quod Accurs. & cæteri creberrimè prodiderunt, in l.  
pupil

pupillus nec. ff. de regul. iur. in d. l. j. ff. de noua. in d. l.  
 quod pupillus. & aliis locis communibus. † Pupillum *Infans non*  
 infantem, infantiae ué proximum, quia nec uelle, nec *habet uelle.*  
 nolle credatur. d. l. pupillus nec. natura non obligari.  
 d. l. pupillus. ff. de actio. & d. l. quod pupillus. Positum  
 uerò extra infantiam, qui non multum abest à puber-  
 tate, quanuis locupletior factus non sit, naturaliter  
 obstringi. d. l. j. ff. de nouatio. l. si pupillus. ad si. prin. ff.  
 ad l. Fal. si tamen cum tutore, pupillus non contraxe-  
 rit. l. pupillus. ff. de autho. tuto. factus autem locuple-  
 tior, non tantum naturaliter, sed etiam ciuilitate, a-  
 ctione saltem utili tenetur. l. naturaliter. §. final. ff. de  
 condictio. indebi. l. iij. §. pupillus. ff. de nego. gest. l. iij.  
 in princip. ff. commod. & d. l. pupillus. in si. princip. ff.  
 de autho. tutor. Nec præterea minus diuinat, quod ve-  
 teres quidam putauerunt, quorum Accurs. meminit  
 in d. l. pupillus nec. distinguentes, inter pupillum tu-  
 torem habentem, & non habentem, ut hic naturaliter  
 obligetur, ille uerò, sine suo tutore contrahens, nec  
 quidem naturalem contrahat obligationem. argumē.  
 l. si curatorem. C. de in integrum restit. † ubi in adul-  
 to minore xxv. annis, eadem ferme adhibetur distin-  
 ctio, ut si curatorem habeat, eiusque spreta authorita-  
 te contrahat, sit nullus ipso iure contractus. si uerò  
 non habeat curatorem, teneat contractus, licet ex eo  
 læsus, in integrum restitutione iuuetur. † At putau-  
 rim ego, pugnantia huiusmodi, citra cauillum, alia  
 ratione dissolui posse: ut pro regula teneamus, pupil-  
 lum qui non multum abest à pubertate, ex contractu,  
 naturaliter obligari. l. prima. ff. de nouatio. cum in ea  
 ætate, consensum habeat, & aliquem intellectum. §.

*Adultus con-*  
*trahes quan-*  
*do obligetur*

*Nona disso-*  
*lutio.*

pupillus. de inutil. stipul. Et consensus, quamlibet nudus, naturalem pariat obligationem. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutio. verum hanc naturalem, in pupillis obligationem, ius gentium, nedum ciuile deseruit, in purisque principiis naturalibus, reliquit; nullum contra obligatum tribuens, eidem effectum. Ob idque à Neratio responsum, solutum ex ea obligatione, per pupillum repeti posse. † *Quia*, inquit, *pupillus nec natura debet*. l. quod pupillus. ff. de condict. indebit. Quæ verba diligenter expendenda sunt, neque enim dixit, *Pupillum non obligari*, sed *natura non debere*. Quoniam debere natura, id tantum, vt mea fert opinio, dici potest, ad cuius præstationem, aliquo iure gentium, quis cogitur. l. cum amplius. §. is natura. ff. de regulis iuris. Ex quo patet responsum clarum ad dictam l. quod pupillus, cum inter hæc duo, *natura debere*, & *naturaliter obligari*, plurimum sit, me iudice, discriminis. Non obstat etiam, quod Venuleius ait, Pupillum mutuam pecuniam accipiendo, nec iure quidem naturali, obligari. l. pupillus. ff. de actio. & obligatio. licet enim dicat illic Iurisconsult. Pupillum iure naturæ, non obligari, non tamen ideo pupillum, naturaliter obligari negat: sicut enim aliud est, vt docuimus, *natura debere*, à *naturaliter obligari*, ita aliud iure naturali obligari, ab obligari naturaliter: cum † Iuris verbum, vim quandam habeat cogendi, & iussum: vnde & nomen tractum videtur, inquit Rodolph. Agricola. libr. de inuent. j. capitul. quinto. & ita verba illa *iure naturali obligari*, aut *natura debere*, effectum aliquem exactionis, aut retentionis, ex iure saltem gentium, demonstrant d. l. cum amplius. §. is natura. ff. de regulis iuris. † licet autem

5  
Natura de-  
bere.  
Natura obli-  
gari.

6  
Ius.

7

autem  
que fit  
de fide  
dum  
nis hab  
dis, ac  
Accur  
quod  
cedat.  
hoc e  
gation  
eo, qu  
fare r  
lian. q  
debe  
titi, &  
iicere  
uis co  
d. l. qu

Q  
p

1 Pup  
2 Patro  
3 Pube  
4 Solon  
5 Ach  
6 Dicit  
7 Del

autem naturalis obligatio, ad exigendum, plerumque sit inefficax. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiussoribus. hoc verum civili lege spectata, secundum quam, etiam certis casibus, effectum exactio- nis habet: quibus videlicet proditum est, ex pactis nudis, actiones dari. l. iurifgentium. §. igitur nuda ubi Accursi. & doctores. ff. de pactis. Nec obstat denique, quod naturali pupillorum obligationi fideiussor accedat. l. si pupillus. ff. de verborum obligationibus. hoc enim ad alterius, quam pupilli damnum, obligationemve pertinet. Qua etiam ratione dicimus, in eo, qui pro pupillo naturaliter obligato soluit, cessare repetitionem. l. si eius. in principio. ff. ad Trebel- lian. quod soluendo pro eo, qui nec quidem natura debebat, licet naturaliter obligato, vires addere, inu- tili, & desertæ alioqui obligationi, quodammodo ad- iicere videatur. l. j. §. debitum. ff. de consti. pecu. quan- vis constet, ipsi pupillo soluendi concedi repetitionem. d. l. quod pupillus. ff. de condictio. indebiti.

Obligatio  
naturalis,  
quando ef-  
ficax.

Ioannes Corasius, Tolosa.

Qui proximi pubertati dicantur, præter rece-  
ptam opinionem, expositum.

- 1 Pupillus, quando ex delicto obligetur.
- 2 Patroclus puer, exilio multatus.
- 3 Pubertati proximi, qui sint.
- 4 Solomon decennis, nutricem gravidam fecit.
- 5 Achaz, quo tempore Ezechiam genuerit.
- 6 Dictiones propè, circa, & similes.
- 7 Delictorum mille forma.

1  
Pupillus ex  
delicto quò  
obligetur.



**V** IDEO † & illud, circa personam pupillorum, in quæstione apud doctiores, quando pupillus delinquendo obligetur, proximisque pubertati dicatur. Et de delictis puerorum constat, siquidem nondum ad pubertatem accedant, eos delinquere non posse. §. in summa. de obligatio. quæ ex delict. quia non magis, quam furiosi, voluntatem habeant. l. pupillus. ff. de acquirend. hæreditate. l. pupillus nec. ff. de regulis iuris. & affectu, voluntateque maleficia distinguantur. l. verum. ff. de furtis. vnde si eorum pupillorum facto, passus sit alius iniuriam, meretur ætas excusationem. l. prima. §. impubes. ff. ad Sillanianum. Si verò pubertati proximi sunt, quia iam aliquem intellectum habent. §. pupillus. de inutil. stipul. ob idque facti iam doli, iniuriæve capaces, intelligunt se delinquere. d. §. in summa. ætatis suffragio non excusantur. l. prima. C. si aduer. delict. cum in ea ætate sint, in qua crimen quod intenditur, cadere potest. l. impunitas. C. de pœnis. nisi quatenus ætatis teneræ miseratio, ad mitiorem pœnam iudicantem flectere potest. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minorib. capit. primo & secundo. de delict. puero. † Legimus olim Patroclum puerum, cum in alex ludo, sodalem puerum fortè occidisset exilio punitum. l. aus facta. §. primo. ff. de pœnis. Et Trebium Germanum, iussisse sumi supplicium de impubere, qui cum non multum à pubertate abesset, ad pedes domini cubuerat, cum

2  
Patrocles  
puer exilio  
damnatus.

3  
4  
5  
6  
cum

cum occideretur, nec postea cædem eius prodiderat.

l. excipiuntur. ff. ad Sillaniam. † Sed qui propè pubertatem esse dicantur, variis opinionibus certatum est: tan-

Proximi pubertati quæ sint.

dem tamen obtinuit Accursij sententia, in l. prima. ff.

de nouatio. in d. §. in summa. de obligat. quæ ex delict.

& in d. §. pupillus. vt Marem pubertati tum proximū

dicamus, cum dimidiatum annum, supra decimum ex-

cessit: fœminam verò, quæ nouem annos, cum dimidio

egressa est. Argumen. §. final. Quib. ex caus. m. a. non

lic. nam post infantiam, vsque ad pubertatem, sicut in

masculo septem anni, & in fœmina quinque: quare ex

quo excessit, quis dimidiam huius temporis partem,

magis pubertati, quàm infantia, proximus dici debet.

Panor. c. continebatur. de despons. impube. quod in ea

præsertim ætate, solet plerumq; malitia tempus sup-

4 plere. c. j. de delict. puero. † Nam & prodit historia, So-

Solomonis malitia.

lomonem nondum decem annos natum, suo comple-

xu, nutricem, filio Roboam, grauidam fecisse. Gregor. iij. Dialog. c. xix. Glos. in summa xx. q. j. idemque

testatur Hieronymus, in ij. parte, epistola ad Vitalem

5 præbiterum, † de Achaz, qui in vndecimo anno Eze-

Achaz.

chiam filium suum genuit. Nec tamen desunt, qui eos

pubertati proximos dicant, qui à pubertate distant,

sex plus minus mensibus. Gloss. & Innocen. in dicto

capital. continebatur. argumen. l. non tantum. in prin-

6 cipio. ff. de excusatio. tut. capital. continebatur. ibi, si

autem fuerit ætati proxima, vt in vndecimo, vel circa du-

Propè di-  
Eliconatus  
ta.

decimum annum, & capitu. attestaciones. ibi, vel circa

finem quartidecimi anni. de desponsa. impube. † Et

quoniam dictio, propè, proximè, circa, circiter, & iis

similes ad modicum tempus referuntur. l. secunda. §.

exactis. j. ff. de orig. iur. l. ij. §. fi. ff. de libe. exhiben. §. si  
 verò intra vbi Bar. not. de mona. colla. j. Quin & à lu-  
 stiniano, dictio, *propè*, ad semestre tempus, limitari vi-  
 detur. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic. Vn-  
 de putant illi, cum *propè* pubertatem esse, qui non  
 plus sex mensibus distat, à pubertate. Glos. & Innocen.  
 d. ca. continebatur. Ego verò neutram sequor senten-  
 tiam, sed illis adsentior, qui huius controversiæ deci-  
 sionem, ad generalem consequentiam, aut regulam,  
 trahi posse negant. Salyc. l. impunitas. C. de pœnis. pa-  
 ter Deo. in l. pupillum. ff. de regulis iuris. Anto. Butr.  
 in d. capi. attestationses. † cum & delictorum mille sint  
 formæ, & ingeniorum. Quocirca rem totam, expres-  
 sa lege non diffinitam, iudicis arbitrio meritò relin-  
 quunt. l. j. ff. de iure delibe. † Habet autem iudicans ex-  
 pendere, non tam annorum numerum, quam criminis  
 qualitatem, & ætatis doli capacis malitiam. l. sed & si  
 quencunq;. §. j. ff. ad leg. Aquiliam. l. impuberem. ff. de  
 furt. d. l. impunitas. & d. §. in summa. de obligatio. quæ  
 ex delict. Plerique enim, vt Ioannes Faber ait, maioris  
 industriæ, malitiæq;, in decimo anno visuntur, cæteris  
 in quartodecimo. Nec obstat dinumeratio illa tempo-  
 ris, quæ per Panor. in d. c. continebatur. & cæteros in  
 locis communibus fieri solet, cuiusque supra memini-  
 mus, illa etenim non concludit nisi respectu infantia,  
 à qua plus distat, decem annos cum dimidio habens,  
 quam à pubertate. Salyce. in d. l. impunitas.

*Ioannes Corasius, Tolosæ.*

*Iniuriosum aliquid, in testes proferens, quando  
 iniuriarum conueniri possit, non è declaratum.*

*Testi*

*Opinio au-  
 thoris.*

*7  
 Delictorum  
 mille species*

*8  
 Iudicis arbi-  
 trii in esti-  
 manda æta-  
 te.*

1 Testi  
 2 Defen  
 3 Prote  
 4 Iniur  
 5 Notu  
 6 Fam  
 7 Verit

**I**

hom  
 iuria  
 volu  
 2 tus.

sed p  
 vide

to. l

ri n  
 Bal,

adii  
 caus

3 Ale  
 cont

de a  
 4 neu

retu  
 Bar  
 adiu  
 tio:

- 1 Testi iniuriam dicens, anteneatur.
- 2 Defensionis causa multa licent.
- 3 Protestatio contraria facto.
- 4 Iniuria grauis, tu mentiris.
- 5 Noua declaratio.
- 6 Fama, vitæ comparatur.
- 7 Veritas iniuriæ excusat.

C A P. XXIIII.

1 **D**OCENT † passim Scriptores, quod si testibus contra me productis, ad eorum exclusionem, aliquid iniuriosum opponam, quia, puta, dicam eos latrones, falsarios, homicidas, aut sacrilegos, non tamen ideo actione iniuriarum teneor: quod ignoscendum mihi sit, si me volui vlcisci, prouocatus. l. qui cum maior. §. si libertus. ff. de bo. liberto. † Qui non animo iniuriandi, sed potius ad meam defensionem, ea verba protulisse videar. l. libertus. j. ff. de in ius voc. l. nulla. C. de delato. lib. x. C. vt merito ob iniuriæ admissum, conueniri non possim. l. si non conuicij. C. de iniur. Alber. Bal. & Cæteri in l. si. ff. Quod quisque iur. Qui tamen adiiciunt tutius esse, protestari reum se non iniuriæ causa dicere. Cæterum consilium eiusmodi rident  
 3 Alex. & Ias. in d. l. fin. † Siquidem illa protestatio, velut contraria facto, releuare non possit. c. sollicitudinem. de appella. vt & in simili Bar. scripsit in l. si quis extraneus. ff. de acqu. hære. si dicam. † Tu mentiris, saluo honore tuo: cum iniuriam intulerim, & quidem grauem. Bart. in l. item apud labeonem. §. ait prætor. ff. de iniu. adiunctam protestationem non proficere: protestatio: quippè, naturæ actus cōtraria, inutiliter adiicitur.

Testibus iniuriam obiciens.

Ignoscendū ei qui se defendit.

Protestatio contraria facta.



- cum M. de const. c. diaconi. xxvii. dif. vt & alia quæcunq; dispositio. l. j. §. j. ff. si usufr. peta. † Ego verò, hæc in re aliter me explicare soleo, vt, si accusatus ipse criminis capitalis, quod sanguinis pœnam præsertim ingerat, in testes contra me productos, istiusmodi graues iniurias, proferam: non ideo actione de iniuriis, conueniri possim: quod mihi ignoscendum sit, qui sanguinem meum, qualitercunq; redemptum voluerim. l. j. ff. de bo. cor. qui mort. sibi conf. idemq; putarem, si de existimatione, † seu fama mea, tractaretur: quando
- 5 *Nota consideratio.* causam fame, vitæq; leges cōparauerint. l. isti quidem, §. si. ff. quo met. caus. l. i. iusta. ff. de ma. vindic. Alioqui, æquius esse video, me teneri iniuriarum, si causam duntaxat ciuilem defendam, aut leue aliquod crimen hoc prætextu, in cuiusuis potestate videatur, alterius existimationem, temerè sugillare: nisi tamen verum esset, quod testibus opponerem. Bart. in l. quæ omnia. ff. de procur. † Veritas nanq; conuicij, cū causa
- 6 *Fama vite æquiparatur.* prolata, proferentem, iniuriarum actione eximit. l. iij. C. de offi. recto. prouinc. l. quisquis. C. de postul. pulchre Roma. conf. xcvj. nam & nocentium peccata nota esse oportet, expeditq;. l. eum qui nocentem, in prin. ff. de iniur. *Ioannes Corasius, Telesæ.*
- 7 *Iniuria veritas excusatur.*

*Vnicum esse ius naturale, vnicumq; ius gentium, in ceteros ostensum.*

- 1 *Ius naturale, duplex.*
- 2 *Natura, sui conseruatrix.*
- 3 *Primum.*
- 4 *Ius gentium duplex.*
- 5 *Andradi Daci, & Leonis historia.*

Opinio communis reiecta.  
 Ius gentium, vnicum.  
 Expositus §. singulorum.

## CAP. XXV.



**N**ATURALE Ius, † Doctores ita partiuntur, vt aliud sit primarium, quod omnibus animantibus commune est. l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. veluti Affe-

Ius natura-  
le, duplex.

ctio se, vitam, corpusq; tuendi, ad victum necessaria parandi, sui generis conseruandi, per procreationē, æditaq; prolis educationē. Cic. j. officio. † Principio generi animatum omni, inquit, natura tributum est, vt se vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ ei vocitura videntur, quæque ad viuendum sunt necessaria inquirat, & paret, vt passum, latibula, & alia eiusdem generis. Et in iij. de finib. Omnis natura vult esse conseruatrici sui, vt salua sit, & in suo genere conseruetur. Cui consentiens Bal. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure, naturale esse dicit, vnumquodque studere, conseruationi sui ipsius. † Hoc ius non inconcinne, Primæuum vocare videntur, quod

Natura sui  
conseruatrici.

Primæuum

*Semineces ad terram, immani mole sequuta,  
 Confixi: xiq; suis telis, & pectora duro  
 Transfossi ligno veniunt: vix vnus Helenor,  
 Et Lycus elapsi, quorum Primæuus Helenor,  
 Mæonio regi, quem serua Licinia furtim,  
 Sustulerat, vetitusq; ad Troiam miserat armis.*

Aliud

Aliud est ius naturale, quod secundarium dicitur, so-  
lis hominibus conueniens. §. j. de iur. natur. Quod ius  
quoque gentium, primæuum, seu, vt Vlpianum loqui  
putant, *Antiquum*, dici solet. l. j. §. fi. ff. de acq. rer. do. §.  
singulorum. de rer. diuisio. quod ab initio creationis,  
hominum animis, diuina quadam vi insitum, incul-  
ptumq; fuerit. Cicer. ij. de inuentio. quoque, omnes  
humanæ tantum gentes vtantur. l. j. §. fin. ff. de iusti. &  
iur. vt pacta religiosè seruari, nec fidem quoquomo-  
do fallere. l. j. ff. de pact. l. j. in prin. ff. de consti. pecun.  
gratiamq; accepti referre beneficij. l. sed & fi. §. consu-  
luit. ff. de petiti. hered. Differt itaque, hoc Ius gen-  
tium primarium, seu naturale secundarium, à natura-  
li primæuo, quod illud omnibus animantibus, etiam  
Brutis commune sit. d. §. ius naturale. hoc verò homi-  
nibus tantum. d. l. j. §. fin. cum enim hoc totum ex  
æquitate, naturali que ratione fluat, d. l. j. ff. de pact. &  
sensu Bruta careant. l. j. ff. si quadrup. dici non potest,  
hoc iure naturali secundario, quod ius quoque gen-  
tium primarium, appellari vulgò diximus, Brutâ frui.

- 4 † Nec nos nec tantillum mouerit, quod retulisse gra-  
tiam feras bestias nonnunquam legamus, vt quod ex  
Appione Gell. v. noct. Attica. c. xiiij. refert, de ferocif-  
simo illo Leone, qui Androdo Daco, viri consularis  
seruo, & ad bestias damnato, in spectaculis Romæ,  
mirificam acceptæ quondam medicinæ gratiam retu-  
lit: hoc enim rarum est quoddam, & stupendum mi-  
raculum, quod nec legem constituere debet, nec ad  
humanarum actionum exemplum trahi. l. nam ad ea.  
ff. de legib. c. fin. iij. q. iij. Fuit † & aliud ius gentium,  
quod secundarium dixerunt, malitia hominum in-  
gruente.

Androdi Leo  
nuq; hysto-  
ria.

5  
Ius gentium  
secundarium.

gruen  
iuris  
celsit  
tium  
quar  
rali  
creau  
bert.  
inuen  
6 tium  
ris n  
com  
riter  
vti n  
plica  
tend  
7 nes,  
rius  
cum  
vtru  
& i  
ius t  
anit  
aliqu  
tur  
8 † §.  
Ius  
tium  
adr  
Ius  
ten

6 gruenta, contra naturam plerunque inductum, & in  
 iuris constitutiones redactum: ita enim humanis ne-  
 cessitatibus, vsu exigente, seruiendum fuit. §. ius gen-  
 tium. de iur. natur. inde coorta bella, captiuitates se-  
 quuntur, seruitutes introducuntur, res maximè iuri natu-  
 rali contrariæ: cum natura liberos homines omnes  
 creauerit. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. §. j. de li-  
 bert. ex hocque iure gentium, omnes ferme contractus  
 inuenti sunt. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. l. iuris gen-  
 7 tium. in princip. ff. de pact. † Et hæc sunt, quæ circa iu-  
 ris naturalis, & gentium, distinctionem, scriptores  
 commentati fuerunt. Quorum traditionibus, vbi popula-  
 riter crasse, magistraliterque, vt dicunt, agendum est,  
 vt non valde reformido. At vbi ciuiliū rerum ex-  
 plicatio, limatè, politeque ab ipsa veritate est repe-  
 tenda, eas omnes naturalis, gentiumque iuris diuisio-  
 nes, damno, Plutonisque familia dignas iudico. † Ve-  
 rius nimirum iudicans, vnicum esse ius naturale, vni-  
 cumque ius gentium. Alioqui mancus Vlpianus esset,  
 vtrunque finiens, in l. j. §. ius naturale. & §. fi. ff. de iust.  
 & iur. Ceruicosum illud obiecturum auguror, si  
 ius naturale finitore Vlpiano est, quod natura omnia  
 animalia docuit. §. j. de iur. natur. d. §. ius naturale, &  
 aliquod sit naturale ius, quo duntaxat homines vtan-  
 8 tur, vt rerum acquisitio, & distinctio dominiorum.  
 † §. singulorum. de rer. diuisio. non nisi cum cauillo,  
 ius naturale duplex negabimus. Præterea si ius gen-  
 tium, à naturalis vi, & natura omnino recedit, quem-  
 admodum Vlpianus testatur. d. l. j. §. fin. & aliquod sit  
 ius gentium, tantam habens cum naturali affinita-  
 tem, vt id ipsum ius naturale dicatur: quis negauerit,  
 Ius

Opinio com-  
munis explo-  
sa.

Vnicum ius  
naturale et  
gentium.

Declaratus  
§. singulo-  
rum.

Ius gentium duplex esse? Cui responsum velim, Ius gentium vnicum esse, illudq; proprie, quo solæ gentes, non etiam reliqua animantia vtuntur: Nam cum rationis iudicio nitatur, Brutis (quæ sensu carent. l. j. ff. si quadru. & à quibus ratione distamus potissimum, Cicer. j. off.) nullomodo conuenire potest. Quoniam autem sola naturali lege, rationeq; animis hominum insculpta, inter homines constitutum est. l. omnes populi. §. si. ff. de iust. & iur. §. quod verò naturalis. de iur. natur. iuris, legisq; naturalis nomen, in ciuili nostra disciplina, plerunque meruit. l. j. §. si. de furt. §. j. de obl. quæ ex delict. & d. §. singulorum. Nō ea ratione, quod Ius naturale, gentiumq; duplex, constituere Iuriscoll. velint. † Nec offendat quemquam vox illa *Antiquum*, quæ in Vlpiani constitutione, vulgò legitur. d. l. j. §. si. ff. de acq. rer. do. subdititia enim est, atque ideo eliminanda, vt veteres, castigatiq; Codices demonstrant. Quauis in vulgarem iurantes literam, ex prædictis planum habeant responsum. Sed cum in portum integra naue, peruenisse nobis videamur, receptui candelum est.

9  
Emendata  
litera Vlpiani.

*Ioannes Corasius Tolosæ I. V. D. & in florentissima Tolosanorum academia ordinarius Regens duorum milium plus minus auditorum concursu, hæc docere solebat.*

MISCELLANEORVM IVRIS

CIVILIS LIBRI SEX.

TI, FINIS.

L.  
n, lus  
gen-  
a cum  
nt. l. j.  
num,  
niam  
num  
opu-  
ur.  
stra  
obl.  
uod  
coff.  
um,  
s. fi.  
imi-  
ant.  
ctis  
ite-  
en-  
ma  
nil-  
.

S

IM

I



L.ij.

L.pr

L.no

12

L.ill

L.pr

L.in

L.fi

L.f

# INDEX LEGVM IN HISCe MISCEL- LANEIS, NON VVLGARI-

*ter intellectarum, secundum ordinem  
Pandectarum, & Iustiniani, in  
quo numerus Paginam  
significat.*

\*

## Ex Digesto Veteri.

<i>De iustit. &amp; iur.</i>		<i>In ius vocati.</i>	
<b>E</b> ge prima pa- gina	162	L. j. & tot. Titul. <i>Qui satisf. cog.</i>	357
<i>De orig. iur.</i>		L. ij. §. final.	142
L. ij. §. deinde	157	§. prator ait. eiusdem l.	358
<i>De legibus.</i>		<i>Si quis caution.</i>	
L. princeps	185	L. sed & si quis. §. quæsitū.	
<i>De offic. procons.</i>		56	
L. nec quicquam. §. circa.		<i>De pactis.</i>	
12		L. iurisgentium. §. Quin-	
<i>De offic. presid.</i>		imo	250
L. illicitas. §. veritas	383	L. si vnus. §. pactus ne pete-	
<i>De iurisd. om. iud.</i>		ret	158
L. prima	283	<i>De postuland.</i>	
L. imperium	273	L. prima	385
L. si conuenerit	345	<i>De ijs qui not. infra.</i>	
<i>De in ius voca.</i>		L. athletas	393
L. secunda	28.35.37	L. iētus fustium	46



I N D E X.

<i>De dolo.</i>		<i>De cond.ca.dat.</i>	
L.hæredibus. §. final.	65	L. finalis	120
<i>De minor.</i>		<i>De cond.indeb.</i>	
L. auxilium. §. in delictis.		L. quod pupillus	546
148		<i>De eo quod cert. loco.</i>	
<i>De recep. arb.</i>		L. centum	136.144
Rubrica & multæ leges	431	<i>Commodati.</i>	
<i>De iudic.</i>		L. iiii.	352
L. in priuatis	355	<i>Depositi.</i>	
<i>De inoffic. testa.</i>		L. j. §. si quis seruum	134
L. Papinianus. §. Papinia-		L. licet	204
nus	510	L. quod nerua	316.327
<i>De petitio. hered.</i>		<i>Mandati.</i>	
L. si possessor. §. final.	485	L. qui negocia	525
<i>Dere. vend.</i>		<i>Profocio.</i>	
L. si nauis	427	L. si societatem. §. arbitro-	
L. qui restituere	483.485	rum	376
<i>De vsu fructu.</i>		<i>De contrah. emp.</i>	
L. usufructuarius. §. ædifi-		L. quod sæpe. §. final.	59
cium	16	L. fistulas. §. j.	524
L. vetus	420	<i>De pericul. re. vend.</i>	
<i>De seruit. vrb. pradio.</i>		L. lectos	26
L. si arborem	263	L. final.	259
L. fistulam	508	<i>Locati.</i>	
L. cuius	307	L. quæro	140
L. si domus	368	<i>De præscript. verb.</i>	
<i>De reb. credit.</i>		L. naturalis. §. et si quidc̄ n̄	118
L. singularia	525	§. quod si faciam	121
<i>De in lit. iura.</i>		§. at cum do	134
L. j. & ij.	483	<i>De pignorib.</i>	
L. numis	486	L. in quorum	210
		L. si	



I N D E X.

<i>De publican.</i>		L. si ita fideiussorem	487
L. licitatio. §. ad concedendum	43	<i>De nouatio.</i>	
<i>De liber. caus.</i>		L. prima	546
L. final.	364	<i>De solutio.</i>	
<i>De acquir. re. do.</i>		L. Stichum. §. naturalis	3
L. prima	558	L. qui res. §. final.	312
<i>De acquir. poss.</i>		L. creditor	25
L. interesse	204	<i>Rem pupill. sal. for.</i>	
<i>De usucapio.</i>		L. si postea	141
L. si fur. §. j.	339	<i>De iniur.</i>	
<i>De excep.</i>		L. eum qui. §. si iniuria	359
L. fundum. l. sed si ante	97	<i>De colleg. illicit.</i>	
<i>De excep. re. ind.</i>		L. prima	79
L. si cum testamento. §. si fundum	406	<i>Ad l. Pompe. de parr.</i>	
<i>De actio. &amp; oblig.</i>		L. penul.	13
L. traiecitia. §. de illo	103	<i>Ad Turpilia.</i>	
L. pupillus	546	L. ab accusatione	48
<i>De verb. obligatio.</i>		<i>De pœnis.</i>	
L. in illa	295	L. si diutino	172
L. in stipulationibus. §. operarum	91	L. aut damnum	278
L. continuus. §. cum ita	388	<i>De interdic.</i>	
L. si ita stipulatus. §. Titius	406	L. j. §. final.	68
<i>De fideiuss.</i>		<i>De re milit.</i>	
L. si quis pro eo. §. si numeros	143	L. non omnes. §. à barbaris.	233
L. fideiussores. §. j.	148	<i>De castrens. pecul.</i>	
		L. hereditate	94
		<i>Ad municipal.</i>	
		L. prima	43
		<i>De regul. iur.</i>	
		L. quicquid	22
			Ex

## Ex Iustiniano

Codice.

		<i>De nupt.</i>	
		L. liberi	20
		<i>De iur. dot.</i>	
	<i>De legibus.</i>	L. in rebus	439
312	L. leges sacratissimæ	<i>Arbit. tutel.</i>	
25	<i>De offic. vicar.</i>	L. si defunctus	224
	L. prima	<i>Vnde vir &amp; vxor.</i>	
41	<i>De pactis.</i>	Auth. præterea	194
	L. prima	<i>De milit. test.</i>	
359	L. si certis annis	L. final.	468
	<i>De transactio.</i>	<i>De institutio.</i>	
79	L. transigere	L. generaliter. §. cum au-	
	<i>De dolo.</i>	tem	18
13	L. cum proponas	<i>De iur. delib.</i>	
	<i>De iud.</i>	L. licet	542
48	L. certi iuris	<i>Ad l. Falcid.</i>	
	<i>De cond. inde.</i>	Auth. sed cū testator	267
72	L. prima		
78	<i>De cond. ob turp. ca.</i>	Ex posterioribus li-	
	L. quoties	bris Codicis.	
88	<i>De vsur.</i>	<i>De iur. fisc. Lib. x.</i>	
	L. quanuis	L. ij.	251
	<i>Si quis alt. vel sib.</i>	<i>De Agric. Lib. xj.</i>	
	L. prima	L. litibus	200
	<i>De cont. emp.</i>		
4	L. cum ipse	Ex institutionibus	
	<i>De locat.</i>	Ciilibus.	
3	L. si olei	<i>De Attilia. tutor.</i>	
	L. si quis cōductionis	§. sed hoc iure	475
2	<i>De iur. emphyteut.</i>		
8	L. prima		

<i>De susp. tuto.</i>	
§. suspectus	333
<i>De rer. divis.</i>	
§. singulorum	558
<i>De testament.</i>	
§. primus	432
<i>De leg. ag. success.</i>	
§. final.	103
<i>De verb. oblig.</i>	
§. primus	79
<i>De inutil. stip.</i>	
§. primus	402
<i>De locatio.</i>	
§. adeo	62
<i>De actionib.</i>	
§. æquæ	304
§. appellamus	350
§. actionum	109
§. præterea	362

## Ex Decretalibus.

<i>De sent. &amp; re iud.</i>	
c. cum Bertoldus	206
<i>De sponsal.</i>	
c. tuæ	52.215
<i>De diuor.</i>	
c. porrò	86
c. significasti	86
<i>De simon.</i>	
c. per tuas	463

## Ex Sexto Decretalium Libro.

<i>De Hæretic.</i>	
c. in fidei fauorem	462

FINIS INDICIS.

INDEX EORVM  
 QVAE IN HIS SEX  
 LIBRIS CONTI-  
 NENTVR.

\*

Cuius prior numerus pagellam, posterior  
 verò numerum indicat.

A



Accessoria quan- do prater na- turam veniāt pag. 137	304. 1	Actio directa	497. 2
Achaz 551. nu. 2.		Actio generalis, quomodo cō- currat	124. 4
Accidens 249. 5		Actio in rē, & in personam exposita	492. 1
Accidentalibus contractus eadem 6		Actiones in rē scripta	63. 1
Actionum species 363. 9		Actionis finitio	495. 8
Accipere verbum 116. 2		Actiones cur in rem scripta	64. 2
Actionis in rem extrema 493. 1		Actio qua legatario datur	513. 6
Actiones quo iure inuenta 157. 9		Actio de dolo	123. 2
Actiones directa, & contra- ria 456. 1		Actio in personam	494. 6
Actio personalis 349. 1		Actiones bona fidei.	109. 1
Actio personalis, cur iuramē- tum in litem 489. 2		Actiones contraria	501. 4
Actio non datur possidenti		& 490	
		Actiones cur dicta bona fidei	113. 10
		Actiones stricti iuris	109. 1

INDEX.

<i>Actiones stricti iuris cur sic di</i>		<i>Aedificiorum antiquorū for-</i>	
<i>Etæ.</i>	114.13	<i>ma</i>	306.6
<i>Actio ex testamento, stricti</i>		<i>Aedificiorum altitudo</i>	30.13
<i>iuris</i>	106.6	<i>Aequalitas</i>	220.8
<i>Actio ad exhibendum per-</i>		<i>Aequum</i>	163.4
<i>sonalis.</i>	67.10	<i>Aequitas</i>	ibidem
<i>Actionis, quod metus &amp; de</i>		<i>Aequum bonum</i>	164.6
<i>dolo differentia</i>	66.6	<i>Aerarium</i>	534.3
<i>Actio prescriptis verbis</i>	123.3	<i>Aerosus</i>	26.5
<i>Actus voluntarius, necessa-</i>		<i>Aethiopsis effigies</i>	175.13
<i>rio potentior</i>	202.12	<i>Affinitas contra illicito contra-</i>	
<i>Actus agentium non operatur</i>		<i>hitur</i>	9.2
<i>contra eorum intentionem</i>	266.6	<i>Affectus ratio</i>	481.5
<i>Actuum voluntariorum ex</i>		<i>Agensamentum</i>	191.4
<i>tensio</i>	267.8	<i>Agelastes</i>	397.5
<i>Accursiani iactabundi</i>	303.10	<i>Agitatores</i>	394.17
<i>Addamentum</i>	191.5	<i>Agriculturarum adagium</i>	40.4
<i>Ad factum quando quis co-</i>		<i>Aenea vasa</i>	510.7
<i>gatur.</i>	88.1	<i>Album</i>	347.1
<i>Adversaria</i>	55.4	<i>Album iudicum</i>	347.2
<i>Adulterium crimen ceteris</i>		<i>Album praetoris eadem</i>	3
<i>gravius</i>	81.1	<i>Alciati ratio</i>	538.3
<i>Adultus contrahens obliga-</i>		<i>Alciati sententia explosa</i>	
<i>tur</i>	517.3		477.4
<i>Adulteris quae non ingeratur</i>		<i>Alciati traditio reiecta</i>	3.5
<i>pæna.</i>	84.6	<i>Alciati sententia non pro-</i>	
<i>Adultera semper de marito</i>		<i>bata</i>	87.3
<i>cogitat.</i>	175.2	<i>Alciati animaduersio</i>	539.5
<i>Aedificare quid</i>	478.7	<i>Alciatus restitutus</i>	79.7
<i>Aedificium sine solo, non con-</i>		<i>Alciati lapsus</i>	752.2
<i>stat</i>	17	<i>Alciati ratio improbata</i>	
			84.7

INDEX.

84.7		Arbitraria pœna	ibidem
Alciatus taxatur	377.9	Arbitraria conditio	ibidem
Alexander Mammea		Arbitrorum species	375.1
502.2		Arbiter quis	376.3
Alienatio interdicitur	199.8	Arbitrator nullus	376.6
Alimenta præstanda	254.2	Arbitrium	377.9
Allusio	298.2	Arcere	289.3
Alludere	ibidem	Arcuma	292.20
Alius tollendi facultas ser-		Ardiens	14.3
uitus est	306.2	Areopagita	75.6
Amens	283.14	Arca ventus impediri non	
Andreas Tiraquellus	447.	debet	307.4
10		Arenarius	393.9
Animus gratus	531.8	Argumentari ab illusione	
Annus.x.mensium	173.3	299.3	
Annus Romuli	254.5	Argumentari ex ratione	
Annua, bima, trima	414.6	74.2	
Antonius Finneus Parisien-		Argumentum à solitis	452.2
sis	173.3	Aristides syndicus	228.18
Appellari ab arbitris an pos-		Arriani gladio puniuntur	
sit	202.12	236.5	
Appius Claudius	344.3	Ars quid	162.2
⊙ 385.4. ⊙	386.6	Asylorum abrogator	471.3
⊙ 387.8		Aspersores aque	395.19
Aquila signum populi Ro-		Assessorum peritia	458.4
mani	407.2	Asylum quis instituit	470.3
Arbitraria actio quid	361.1	Athene	45.4
⊙ 362.4.7		Athenarum fabula	43.1
Arbitraria actio, quot modis		Athenarum nominis impossi-	
fiat	ibidem	tio	46.6
Arbitrarium quid	362.4	Athei	238.8



INDEX.

<i>Augures</i>	31.8	<i>Bonorum possessio misti im-</i>
<i>Augustus impatiens</i>	84.8	<i>perij</i>
<i>Augusta an legibus tenea-</i>		279.16
<i>tur</i>	187.6	<i>Bonorum possessio vnde.x.per</i>
<i>Augustus cur sic dictus</i>		<i>sona</i>
300.5. & 301.6		507.3

B

<b>B</b> <i>actriani immaniores</i>	
14.5	
<i>Balneum iuxta communem</i>	
<i>parietem</i>	508.2
<i>Banniti</i>	74.1.3
<i>Bartolus anxie torquetur</i>	
65.5	
<i>Bartoli ratio</i>	342.5
<i>Basilica quid</i>	532. 2
<i>Basilica vbi primum</i>	533.4
<i>Basilica quatuor</i>	<i>ibidem</i>
<i>Battologia</i>	100.3
<i>Battus poeta</i>	<i>eadem.</i> 4
<i>Bellophorus</i>	404.4
<i>Benevolentia signum vile</i>	
400.2	
<i>Bithumi</i>	443.7
<i>Bonafides</i>	339
<i>Bonafides quid</i>	111.6
<i>Bonafidei emptor</i>	112.7
<i>Bonafides, verbum eadem.</i> 9.	
<i>In bonis quid</i>	440.8

<i>Bononia, ab Anglis capta</i>	
331.6	
<i>Bonum &amp; equum</i>	162.1
<i>Bonum ab equo separatum</i>	
163.3	
<i>Brumalia</i>	27.8
<i>Bucephalus</i>	146.4
<i>Bustum</i>	39.7

C

<b>C</b> <i>erimoniarum magi-</i>	
<i>stri</i>	306.22
<i>Caius Licinius</i>	344. 4
<i>Caius, &amp; Caia</i>	439.5
<i>Caia affrania</i>	385.2
<i>Calphurnina</i>	385.2
<i>Camera computorum cleri-</i>	
<i>ci</i>	181.1
<i>Camera apostolica clerici</i>	
<i>eodem</i>	
<i>Canonista audaculi</i>	52.9
<i>Canones sepulchrales</i>	14.6
<i>Canis Xenophontis</i>	403.2
<i>Capitaliter damnatus</i>	278.
13	
<i>Captare</i>	435. 4

I N D E X.

5ti in.	Captatoria quaesit	437.7	Charitativa admonitio	350.
279.16	Captatoria exempla	436.5	5	
le.x.per	Capitolini tholosani	230. 15	Chartophilacium	56.7
507.3	Carax	58.5	Chartopatra	eadem.8
s capta	Carcerum custos	331.6	Chartha epistographa	54.3
162.1	Carnem suam nemo odit		Chirographum	55.6
aratum	357.2		Chirurgus bononiensis	165.10
27.8	Carpentum	291.18	Chironomus	394.13
46.4	Carruca	289.6	Chironoma eod.	14
39.7	367.1		Christo qui honor à Cesare	
magi-	Carruca dormitoria	290.7	habitus	391.6
06.22	Carruca argentea	eadem.8	Cicero pientissimus	240.12
4. 4	Carrus	289.6	Ciceronis locus explanatus	
439.5	Castellum quid	509.3	263.10	
385.2	Caspj immanes	14.5	Ciceronis locus enucleatus	
385.2	Cato Uticensis	379.1	281.4	
cleri-	Catonestres	397.2	Cisum	291.17
181.1	Cato primus	398.7	Clathri	262.8
clerici	Catonis filij virtus eadem.8		Clathrare	263.9
52.9	Catonis mors	359.	Clericus prohibetur alloqui	
4.6	Causa iniusta	112.8	mulierem	75.4
03.2	Causa limitata, effectum limitatum habet	267.	Cælum liberum	307.3
278.	11		Cohors prima pracellebat	
5.4	Celeres	31.6	407.3	
ca	Centaurj	404.6	Cumulationis regula	95.1
	Cesio proximiori fieri potest	213.8	Comites funeris	39.8
	Cestj de imaginibus opinio	473	Comilitum quid	95.6
			Commodatarius	324.12
			Compromissum	376.4
			Comparatiuus pro positio	
			327.14	
			Con	

I N D E X.

<i>Concessio generalis</i>	529	60. 1
<i>Concubitus masculorū</i>	82. 2	<i>Contractus nominati</i> 60. 3
<i>Concubinatus quomodo per-</i>		<i>Contractus sine stipulatione</i>
<i>missus</i>	10. 5	<i>corrunt</i> 78. 4
<i>Consignator</i>	11. 1	<i>Contrarium penè implacabi-</i>
& 12		<i>le</i> 115. 1
<i>Conditiones propria imple-</i>		<i>Contractus arguens simula-</i>
<i>da</i>	18. 1	<i>tionem</i> 242. 2
<i>Conditio non disponit</i>	167. 2	<i>Contractus ex quibus illicitus</i>
<i>Conditio quandoque dispa-</i>		244. 7
<i>nit</i>	169. 11	<i>Contritionis signa</i> 237. 7
<i>Condictio</i>	349. 1	<i>Coniunia</i> 27. 7
& 496		<i>Conuentio iusta</i> 4. 7
<i>Condicere</i>	<i>ibidem</i>	<i>Copula carnalis effectus</i>
<i>Inter coniuges omnia com-</i>		221. 8
<i>munia</i>	188. 10	<i>Correctio fraterna</i> 351. 7
<i>Confiscationis inuentio</i>	535. 3	<i>Cornelia</i> 191. 3
<i>Conscientia nuda</i>	3. 4	<i>Crimina</i> 472. 5
<i>Consanguinitas illicito coitu</i>		<i>Crustare</i> 371. 7
<i>contrahitur</i>	9. 1	<i>Culpa verbo, quæ veniant</i>
<i>Consules vitio creati</i>	32. 8	336.
<i>Cōsensus pprie quādo</i>	527. 6	<i>Culpa contrahitur quadru-</i>
<i>Cōsensus filiorum prioris ma-</i>		<i>pliciter</i> 322. 10
<i>trimony</i>	196. 14	<i>Culpa dupliciter considera-</i>
<i>Consensus de substantia</i>		<i>ta</i> 321. 9
146. 2		<i>Culpa</i> 318. 5
<i>Conseruatio facilior</i>	345. 2	& 322. 9
<i>Constantinus</i>	390. 1	<i>Culpa species</i> 316. 1
<i>Conscientia quid</i>	382. 6	<i>Culpa versutia</i> 321. 1
<i>Continentiæ laudes</i>	189. 1	<i>Culpa ignauia</i> 320. 7
<i>Contractus de iuregentium</i>		<i>Curatores reipublica</i> 230. 13
		Cu



I N D E X.

<i>Dolus qualiter facti aestimatur</i>	244. 8	E.	
<i>Dolus verus, &amp; praesumptus</i>	316. 2	<b>E</b>	<i>Cclesiarum immunitas</i>
<i>Dominium iustum</i>	4. 7		471. 4
<i>Domitij severitas</i>	76. 8	<i>Edicta annua</i>	348. 4
<i>Dominium quid</i>	536. 1	<i>Edicta perpetua</i>	348. 6
<i>Dominium duplex</i>	439. 3	<i>Edicta iulia</i>	85. 9
& 111. & 357. 2		<i>Elidere</i>	153. 2
<i>Dominium sine traditione nõ transfertur</i>	529	<i>Emancipatio fiduciaria</i>	504. 1
<i>Donatio coniugum cur prohibita</i>	399. 1 & 439. 4	<i>Emancipare fiducia</i>	507. 7
<i>Donationis conjugalis confirmatio</i>	400. 4	<i>Emphyteuta an det in solutum</i>	211. 3
<i>Donatio omnium bonorum an valeat</i>	528. 1	<i>Emphyteusis</i>	62. 4
<i>Donatio causa mortis legatis equiparatur</i>	449. 5	<i>Emphyteuticum enuntiatum</i>	61. 2
<i>Donatio contractus nominatus</i>	728	<i>Enny versus</i>	387. 8
<i>Donatio actionem parit</i>	268. 14	<i>Epicurus</i>	238. 8
<i>Donatio an retrahatur</i>	211. 4	<i>Epjccicare</i>	113. 9
<i>Dos in bonis</i>	410. 7	<i>Ephypiorũ inuentor</i>	404. 5
<i>Dos sequestratur</i>	200. 10	<i>Epitaphium</i>	394. 6
<i>Dotalitium</i>	191. 5	<i>Epirhedium</i>	289. 5
<i>Dotalis res</i>	412. 3	<i>Epistola</i>	216. 5
<i>Dotis exactio</i>	411. 1	<i>Epistolam recipiens consentit</i>	526. 5
<i>Duumviri</i>	228. 8. 475. 5	<i>Equitum probatio</i>	35. 2
		<i>Equorum Usus quis inuenit</i>	45. 5
		<i>Equus vbi primum enatus eodem</i>	
		<i>Eranos</i>	25. 2. 27. 7
		<i>Eremita non citantur</i>	29. 2
			<i>Erro</i>

I N D E X.

<i>Error iuris an malam fidem inducat</i>	338. 14	<i>Factum, an magis notet</i>	334. 9
<i>Error iuris in Usucapionibus non prodest</i>	339. 15	<i>Factum leue &amp; graue</i>	91. 9
<i>Error quando consensui obstat</i>	359. 1	<i>Factum pro infecto non habetur</i>	126
<i>Error impedit consensum</i>	455	<i>Facultatis quae sunt, praescribuntur</i>	543. 3
<i>Essedum</i>	290. 13	<i>Fama vitae equiparatur</i>	554. 6
<i>Ethrucci veridici</i>	328	<i>Fama, &amp; vitae causa equiparantur</i>	334. 10
<i>Etymologia</i>	298. 1	<i>Falcidia prohiberi potest</i>	530. 5
<i>Euctio</i>	248. 4	<i>Familiae emptor</i>	433. 6
<i>Excommunicati quomodo testimonio arceatur</i>	462. 3	<i>Fasti dies</i>	282. 11
<i>Excitari fluctus in simpulo</i>	183. 7	<i>Feciales</i>	33. 12
<i>Exceptio quid</i>	157. 11	<i>Fenestra clathrata</i>	262. 7
<i>Executio</i>	341. 4	<i>Fermeri</i>	12. 4
<i>Exequutio</i>	46. 1	<i>Fictio in quibus operetur</i>	515. 5
<i>Exequia</i>	39. 7	<i>Fides vitam continet</i>	378. 2
<i>Expensa iure actionis petita</i>	518. 5	<i>Fideiussio stipulationem requirit</i>	78. 4.
<i>Expensa an refundenda</i>	212. 6	<i>In fideicommissis quid spectetur</i>	168. 7
<i>Ex nihilo nihil fit</i>	296. 9	<i>Fideiussor quando in duriorem causam adhibetur</i>	137. 4
<i>Expressum quod</i>	18. 3	<i>Fideiussoris nulla mora</i>	138. 5
<b>F.</b>			
<b>F</b> <i>abianus pontifex</i>	390. 3		
<i>Fabius Sabinus</i>	398. 6		
		<i>Fidu</i>	

I N D E X.

<i>Fiducia</i>	505. 2	<i>Fructuarius, an perficiat ad-</i>	
<i>Fiduciarius pater</i>	506	<i>ficium</i>	15. 1
<i>Filia nō priuatur dote</i>	50. 4	<i>Fructus, an sint restituendi</i>	
<i>Filius nō exheredatur eadē.</i>	5	<i>veditione resoluta</i>	2. 42. 4
<i>Filius familiās, pro patrefa-</i>		<i>Fructus triennio durant</i>	
<i>miliās</i>	94. 3		256. 8
<i>Filius familiās non habet ha-</i>		<i>Frugum fauor</i>	307. 5
<i>redem</i>	512. 4	<i>Fulgosij opinio tutata</i>	335. 11
<i>Filius in secundis nuptijs</i>		<i>Fulgosij opinio defensa</i>	333. 8
	174. 1	<i>Funus</i>	38. 5
<i>Fiscus</i>	534. 1	<i>Funus ducere</i>	eadē. 6
<i>Fistula iuxta parietē</i>	508. 1		G.
<i>Flamines</i>	30. 4. 5	<i>Gallorum mores</i>	517. 1
<i>Flamen leuem ob causam fla-</i>		<i>Gallorum</i>	27. 7
<i>minio deiectus</i>	34. 8	<i>Gamon</i>	eadem. 7
<i>Fœminæ cur postulatione ar-</i>		<i>Gladius</i>	277. 12
<i>ceantur</i>	384. 1	<i>Gladiatores</i>	393. 2
<i>Fœminarum tria supplicia</i>		<i>Grauamen iniunctū</i>	168. 4
	44. 2	<i>Grauatius, an naturales ha-</i>	
<i>Fœminæ publicis cōsilijs ade-</i>		<i>bere possit.</i>	19. 5
<i>rant.</i>	44. 1		H.
<i>Fœnerari cur concessum</i>	11. 7	<i>Hæreditas pacto datur</i>	
<i>Feuda in instar patrimonij</i>			530. 6
<i>redacta</i>	516. 7	<i>Hæresis quid</i>	234. 1
<i>Fornicator &amp; concubina vna</i>		<i>Hæresis in negotio, qui te-</i>	
<i>caro</i>	9. 2	<i>stes</i>	459. 1
<i>Fornicatio in secundis nu-</i>		<i>Hæresis infamiæ nomē</i>	235. 2
<i>nuptijs</i>	191. 4	<i>Hæreditas iacens in suis</i>	
<i>Franciscus Curtius</i>	15. 2		545. 5
<i>Frater in fratrem testis</i>		<i>Hæreticorum pœna eadem</i>	3
	459. 1	<i>Hæreticus pœnitens, an ab-</i>	
		<i>solui</i>	

INDEX.

<i>Solui debeat</i>	236.5	<i>catione</i>	273.2
<i>Hares non est testis</i>	449.4	<i>Imperium merū cur</i>	275.4
<i>Haloander vir</i>	23.4	<i>Imperium mistum</i>	276.6
<i>Haloander lapsus</i>	450.7	<i>Imperium merum eadem.</i>	7
<i>Harpyiæ monstra</i>	297.11	<i>Imperium missū quid</i>	278.15
<i>Hecates patris occisor</i>	14.3	<i>Imperitia, malum</i>	456.2
<i>Heliocaminus</i>	261.1	<i>Imperiti, an sint iudices</i>	
<i>Hippocentaurus</i>	403.1		454.1
<i>Histrion</i>	394.12	<i>Incorporalia non possidentur</i>	
<i>Holographum</i>	55.6		410.2
<i>Homo à brutis differt</i>	270.2	<i>Incrustare</i>	371.6
<i>Homines genitali die trahuntur</i>	176.	<i>Indefinita equipollent uniuersali</i>	140.10
<i>Homini natura</i>	270.2	<i>Inducia</i>	198.3
<i>Homicidarum pœna</i>	472.7	<i>Infames</i>	378.1
<i>Honestas spectanda</i>	10.5	<i>Infamia causa</i>	332.8
<i>Hostia</i>	30.1	<i>Infans nō habet velle</i>	547.2
<i>Hyperbole</i>	360.5	<i>Informare</i>	249.7
<i>Hypicos</i>	46.5	<i>In innominatis contractibus locus pœnitentia</i>	70.4
<i>Id est, dictio</i>	160.5	<i>In ius Vocare, qui prohibeantur</i>	28.1
<i>Ignis vigil</i>	32.8	<i>Iniuria Veritas excusat</i>	554.7
<i>Ignorantia Iuris an lata culpa adscribatur</i>	373.1	<i>Inimicis via non debet paterē</i>	232.3
<i>Imagines</i>	473.10	<i>Innouatio legis autoritate fit</i>	87.6
<i>Immissum</i>	312.5	<i>In litem iuramentum.</i>	485.1
<i>Immittere in alieno</i>	312.7	<i>Insania initium</i>	22.1
<i>Imperator, amator castitatis</i>	82.3	<i>Institutiones in tyronum gradu</i>	
<i>Imperare, verbum superbum</i>	274.3		
<i>Imperium in multa signifi-</i>			



I N D E X.

tiam edita	110.1	conscientiam	381.1
Institutio captatoria	434.1	Iudex bonus	388.2
& 435.3		Iudicis officium in arbitra-	
Institutio in alterius arbi-		rijs	362.3
trium	435.2	Iudicandum in dubio pro ma-	
Interesse, an sit insolens dictio		trimonio	221.9
58.1		Iudicia duplicia	304.2
Interfusurium	59.4	Iudicium in sapientia Iudi-	
Interdicta omnia fere in rem		cis	383.9
scripta	641.3 & 68.11	Iulius Philippus	390.2
Interdictum vii possidetis		Iulia Nouerca	185.1
305.6		Iulia lex	85.9
Interpretum deliramenta	65.4	Iurare in infinitum	484.3
Interpellatio geminata, an		Iurare in litem	479.1
more purgationem im-		Iuramentum in litem ea-	
pediat	102.10	dem	2.335.11
Interpellatio difformis	103.11	Iurisdictio quid	272.1
Intestati virtus	367.2	Iurisdictio pro pratoris edi-	
Inuentarium	199.7	cto	273.1
Ira	22.1. & 23.2	Iurisdictio ordinaria	
Iracundie calore quid facere		28.1.1	
22.1		Iurisdictio perpetua	348.6
Iracundus	23.3	Iuri ad eundi an prescribatur	
Itali vxorij	82.4	541.1	
Iudei vsurarij	448.11	Ius natura, et gentium vnum	
Iudei iure Romano vtuntur.		557.7	
446.8		Ius summum	114.12
Iudei	463.6	Ius subtile	ibidem
Iudex scire iura debet		Ius quid	162.1.166
374.4		Ius gentium secundarium	
Iudex an iudicet secundum		556.5	

I N D E X.

<i>Ius strictum</i>	164.7	<i>Lavinij etymologia</i>	199.5
<i>Ius primæum</i>	555.3	<i>Leonis historia</i>	550.4
<i>Iusta</i>	37.2	<i>Leontipietas</i>	437.6
<i>Ius natura duplex</i>	555.1	<i>Legatus cur det tutores</i>	475.5
<i>Iusta libertas</i>	4.7	<i>Legata bonæ fidei</i>	107.6
<i>Iusta defensio</i>	eadem	<i>Lege sua danari turpe</i>	343.2
<i>Iusta conventio</i>	ibidem	<i>Leges à quibus sciri</i>	374.5
<i>Ius dicere</i>	275.4	<i>Leuissima culpa</i>	218.4
<i>Ius potentius</i>	284.2		326.11
<i>Iustinianus author eorum quæ</i>		<i>Leuis culpa</i>	317.4.32
<i>in pandectis leguntur</i>		<i>Lex Atinia</i>	538.3
449.1		<i>Lex de nomenclatoribus</i>	366
<i>Insurandū affectionis</i>	400.3	<i>Lex genitilis</i>	176
<i>Insurandum in causa matris</i>		<i>Lex papia</i>	178.1
<i>monij defertur</i>	227.6	<i>Lex omnium princeps.</i>	188.3
<i>Insurandum in litem</i>	488.1	<i>Lex Scribonia</i>	410.4
		<i>Lex Regia</i>	501.2
		<i>Libertas iusta</i>	4.7
		<i>Liberorum verbo, qui</i>	184.1.
			21.8
		<i>Libertas naturalis</i>	306
		<i>Libertorum successio</i>	449.3
		<i>Libripens</i>	433.5
		<i>Licurgi probitas</i>	343.2
		<i>Liti quomodo renunciandum</i>	
			346.6
		<i>Locus publicus</i>	198.2
		<i>Locus pars obligationis.</i>	139.7
		<i>Loqui prohibitus</i>	75.4
		<i>Lucianus</i>	238.8
		<i>Lucius Crassus</i>	232.3

INDEX.

Lucretij furor	330.4	Matrimonium, species semi-	
Lucri ratio	259.8	tutis	217.1
Lucullus furore correctus		Matrimonium per epistola-	
330.4		lam	215.6
Luclatores	393.3	Matrimonij negotium gra-	
Lugdunensia tecta	314.12	ue	214.1
Luminibus officiendi serui-		Matrimonium inter seruos	
tus	308.8. & 310.12	21.8	
Lupanaria permissa	10.6	Matricida primus	13.3
M		Medicorum imperitia	331.6
Machina	466.6	Menses decem	173.1
Magistratus minores		Memana	313.10
226.1		Menius prodigus eadem.	11
Magistratus maiores	225.1	Mercatorum nequitia	309.9
Malitjs hominum obuian-		Mercatoris anima pericu-	
dum	208.5	losa	309.10
Mamurius	33.11	Merces	135.7
Mandatum	232.2	Mercede conducere, eadem.	6
Manlius	76.7	Merces in locato an in pecu-	
Mappa primum	395.18	nia numerata esse debeat	
Marcus Cemilius	232.2	133.1	
Marianus Socynus	269.1	Meri principes	275.4
Maria Soci	78.6	Meri bellatores	ibidem
Maritus & Vxor Vna ca-		Miles Veteranus	511.2
ro	374.1	Milites extraordinaryj	
Maritus an dominus rei do-		469.4	
talis	438.1	Militum privilegia	468.1
Mariti inopia	222.3	Militis privilegium	510.1
Maritus aegerrimè fert Vxo-		Misenniorum diuerbium	
rem adulterari	81.2	297.10	
Masculorum mentio	168.3	Mobilium restitutio	413.4
		Ma	

I N D E X.

<i>Mænia augusta</i>	301.7	<i>Mutuum</i>	4.8. 4
<i>Monachi non citantur</i>	29. 2	<i>Mutuum re contrahitur</i>	
<i>Monetaryj</i>	257. 1		105.3
<i>Moneta Dea</i>	eadem. 3		N.
<i>Mora impunita esse non debet</i>	90. 5	<b>N</b>	<i>Natura debere</i> 548. 5
<i>Mora quid</i>	99. 1		<i>Natura in ciuilibus ratio</i> 4.7
<i>Mora aliter in vsuris quàm in interitu</i>	107. 7		<i>Natura obligari</i> 548. 5
<i>Mora rei, quando obligationẽ fideiussoris augeat</i>	136. 1		<i>Naturales</i> 11. 8
<i>Mora est delictum</i>	144. 3		<i>Natura sui conseruatix</i> 555. 2
<i>Morosus an ad interesse teneatur</i>	259. 6		<i>Natura spectanda</i> 20. 6
<i>Mortu captada vocũ</i>	436. 3		<i>Necessitudo</i> 358. 6
<i>Moses Asylum constituit</i>	472. 6		<i>Nefasti dies</i> 282. 11
<i>Mosis vita</i>	453. 5		<i>Negotia priuata</i> 356. 5
<i>Monstra</i>	35. 2		<i>Neptunus</i> 443. 4.5
<i>Monstra Harpyie</i>	297. 11		<i>Neptuni &amp; Minerue certamen</i> 44. 1
<i>Mulier cur ix. pariat</i>	173. 1		<i>Nominati contractus</i> 73. 9
<i>Mulieres simpulatrices</i>	183. 6		<i>Nominatio an probet matrimonium</i> 218. 7
<i>Mulieris officium</i>	187. 7		<i>Notorium quid</i> 48. 6
<i>Mulier secundo nubens, an cõpensare teneatur legatum</i>	192. 7		<i>Notoria quibus non egeant</i> 47. 3
<i>Mulier non negotiatur</i>	222. 1		<i>Notorius agenti an obstat</i> 85. 1
<i>Mulis ad vehicula vsi venteres</i>	290. 11		<i>Notorium non eget probatione</i> 381. 3
<i>Municipia</i>	226. 2		<i>Novatio non fit sine stipulatione</i> 78. 4
<i>Municipes</i>	eadem 3		<i>Nubendi iterũ licẽtia</i> 191. 11
			bb 3



I N D E X.

Perfidia, causa iuramenti in licem	70.8. & 125.7 489.3	Permutatio Diomedis, & Clauis	149.1
Paries integerrimus	370.1	Per, diælio	ibidem
Paries	371.2	Persona necessaria	358.5
Parricidarum supplicium		Petitio	496
13.2		Petoritum	291.15
Patauinitas	271.8	Pherecydes Syrus	238.9
Pater Iniuriam filij remic- tit	195.13	Pythagoras	eadem.10
Pater & filius vna perso- na	354.2	Pilentum	291.16
Patria potestas	356.7	Placentini sensus	141.10
Patroclus puer	550.2	Plato	389.9
Pax sequestra	198.3	Plaustrum	289.2
Peccatum in corpus	81.1	Plinij locus restitutus	
Pecunia belli neruus	180.9	263.3	
Pecunia funebris	105.3	Pluto Deus inferorum	
Pecunia fragilis	40.1	352.4	
Pecunia verbum	134.3	Poculum amatorium	75.6
Pecunia, cur dicta	257.4	& 33.3.	
Pecunia æstimatio, ad quod tempus referri	158.5	Pœna secundo nubentis	192.6
Peculium	41.6	Pœnitentiæ in quibus delictis locus sit	237.5
Pedamentum	57.5	Pœna, verbum latissimum	
Pentathli	393.7	293.1	
Peregrinitas	272.9	Politianus	269.1
Peregrini Vrbe exterminati		Pons publicus	34.13. & 302.8
180.8		Pontifex cur papa	442
Periurij an sint testes		Pontifex maximus	302.8
463.6		& 34.13	
Permutatio, quis contractus		Pontificis vita	442.4
		Pontifex	300.6. 302.7
			b b 4

INDEX.

Pontifices	34.12	545. 4
Pontificij iuris dispositio	50.3	Prator quos Iudices det 355.4
Porcia egregia sententia		Pratoris munus 280.1
190.3		Precarium 247.3
Possessio fiduciaria	505.5	Pretij mentio emptionem ar-
Possessio, an in sequestru tran-		guit 118.5
seat	201.11	Pretij modicitas 245.9
Possidere que desisse	493. 4	Princeps lex animata 287.9
Possessionis verbo qua ve-		Princeps iudicat secundum
niant	203.13	conscientiam 381.2
Possessio, quando in heredem		Princeps obligatur ex contra-
continetur	513. 1	ctu 186.5
Possessionem lex transfert		Principi cur potestas data
517.2.3		503.6
Possessio in filium continuata		Principis potestas 455
515. 4		Principium negotij 118.5
Possessio facta	518. 4	Primpilum quid 407.1
Præco non citatur	351.1	Privilegia Augusta concessa
Præcepta veteris legis qua li-		187.8
gent	445.4	Proiectum 312.5
Præcepta mystica	446.6	Proicere 312.8
Prædo restituitur	87.2	Promissio deserta 56.2
Præfectus legionis	408.7	Propè, dictionis natura 551.6
Præiudiciorum vsus	97.3	Proprietatis verbum 541
Prælationis vis	245.9	Proscripti 74.1
Præsentia effectus	526.4	Protegi seruitus 314.13
Præsens habet imperium me-		Protagoras expulsus 240.13
rum	474.2	Pubertati proximi qui
Præsidium	41.5	551.3
Præsumptio	241.7	Publicani 12.4
Præscriptio in ignorantem		Pugiles 393.6
		Pupil

INDEX.

Pupillorum obligatio	546.1	Relapsus	238.7
Pupillos tueri sanctissimum	379.5	Reliquia	39.7
Pupillus ex delicto obligatur	556.1	Reliquare	42.1.3
Pyrrhus	385.4	Reliquatores	43.8
<i>Q</i>		Remus à Romulo occisus	165.8
Vasi dominium	493.2	Renuntiatio quando extendat	367.1
Quaestio voluntatis	164.8	Repudij verba	24.5
Quaestio scripti	ibidem	Res data in solutum, an retrahatur	209.2
Quadruplicatores	18.4	Restitutio, dictio	241.1
Quod Deus coniunxit, &c. declaratum	51.10	Restitutio rei	490.5
Quod semel placuit.	346.4	Restitutio in integrum misti imperij	279.17
<i>R</i>		Res mali exempli	330.2
IN Reatu, qui sint	172.8	Restitutio in integrum	337.12
Reatus	171.15	Restitutio hereditatis duplex	522.2
Rector	285.5	Retractus quo iure approbatur	208.2
Recuperatorium iudicium	182.8	Retractus an in transactione locum habeat	212.5
Recuperatores	282.6	Retractus an cedi possit	212.7
Redemptor quis	12.2	Rhedæ	290.10
Referre in numeros	469.4	Rhedæ meritoria eadem.	12
Reformare	249.6	Ridica	57.5
Regina Ioanna	187.8	Romanorum mos	220.8
Rei illicita opera	332.7	Romulus optimus augur	bb 5
Rei vendicationis speciale	485.4		



I N D E X.

32. 8		<i>Sepulchrum</i>	39. 7
<i>Romulus Asylum aperuit</i>		<i>Sequestratio quid</i>	197. 1
471. 2		<i>Sequestrationis species ibi-</i>	
	s.	<i>dem</i>	
<b>S</b> acerdos quando in ius		<i>Sequester</i>	198. 3
<i>  vocetur</i>	28. 1	<i>Sequestra pax</i>	<i>ibidem</i>
<i>Sacerdos dispensatus contra-</i>		<i>Sequestratio prohibita</i>	
<i>  hit nuptias</i>	20. 6	195. 6	
<i>Sagmem</i>	14. 4	<i>Sequester an praesentet</i>	
<i>Salonis error</i>	503. 5	206. 16	
<i>Saltus</i>	466. 4	<i>Sequestrum quare fiat</i>	
<i>Salyj</i>	33. 10	206. 16	
<i>Salyceti opinio refutata</i>		<i>Servi saltuarij</i>	466. 4
543		<i>Servorum species eadem 3</i>	
<i>Sanfon</i>	52. 8	<i>Servitute una sublata, alte-</i>	
<i>Sarracum</i>	289. 4	<i>  ra manet</i>	367
<i>Satisfactio an impediatur se-</i>		<i>Servitus ad emptorem tran-</i>	
<i>  questrationem</i>	207. 19	<i>  sit</i>	369. 2
<i>Saturni Romae templum</i>		<i>Servitutum verba ibidem 3</i>	
252. 6		<i>Servitutum formula</i>	370. 4
<i>Scipio reus</i>	172. 7	<i>Servitus commoditatem no-</i>	
<i>Scribentes ex causa, an conti-</i>		<i>  tat</i>	406. 3
<i>  neantur</i>	75. 5	<i>Servitutes an usucapiantur</i>	
<i>Scripti quaestri</i>	164. 8	409. 1	
<i>Secundo nubentium poena</i>		<i>Servitutes iura praediorum</i>	
192. 6		477. 3	
<i>Senatores municipales</i>		<i>Sessire</i>	517. 1
227. 6		<i>Simpularia</i>	183
<i>Seneca impietas</i>	239. 2	<i>si sine liberis, clausula</i>	167. 1
<i>Sententia iniusta exequen-</i>		<i>Societas</i>	247. 3
<i>  da</i>	382. 4	<i>Socj communes, quomodo tes-</i>	
		<i>  tes</i>	

I N D E X.

stes esse possunt	462. 4	natus	73. 9
Socius in communi nihil potest	371	Stipulationis natura	ibidem
Socium fallere turpissimum	379. 4	Stipulatio quare inuenta	77. 1
Solennitates de substantia qua	247. 3	Stipulatio contractus firmissimus	ibidem
Solonomis malitia	551. 4	Stipulatio vnde dicta	78. 3
Soloni dictum	13. 1	strictum ius	114. 12. 164. 1
Soloni lex	400. 3	stupa exusta	442. 4
Solicitatores aliarum nuptiarum	85. 9	Substantia	246. 1
Solutio quando facienda	414. 6	Substitutiones quare inuenta	6. 3
Solutio praerudicat	264. 2	Subrogatum	285. 4
Solutio non infert obligationem	267. 10	Successio ex lege diuina	444. 1
Soluens agnoscit debitum	268. 13	In Successione ex lege Moysi qua seruanda	445. 3
Species qualiter constituantur	38. 5	Successio de iure natura	270. 5
Spoliatio legis autoritate	87. 6	Suggrundia	313. 12
S. P. Q. R.	442. 4	Suitas	271. 6
Statua principis	473. 9	Suitas an tollatur per vulgarem	5. 1
Statutum excludens feminas	445. 2	Suitas non impedit transmissionem	6. 1
Stipulatio duple	182. 1	Suitas semper in filij gratia operatur	7. 4
Stipulationis virtus	155. 6	Suitatis effectus	ibidem 5
Stipulationis solennia ibidem		et 514. 3	
Stipulatio contractus nominatus		Sui	358. 7
		Sui cur dicti	271. 6
			Suisse

I N D E X.

Susceptores	251. 1	Testamenti factio	531. 9
Susceptio persona	199. 9	Testamenti factio tollitur	
Syndicus	299. 3	530. 4	
Syndici	228. 10	Testimonium vnius non au-	
Syngraphum	55. 6	ditur	231. 1
		Testimonium in propria cau-	
		sa	232. 4
		Thares pater Abraha	
		257. 2	
<b>T</b> abularij	251. 1	Thesaurary	251. 1
Tabularius	251. 2	Tensa cur sic dicta	292. 25
Tabularium	ibidē. 5	Thymelici	294. 15
Taxationis Verbo qua ve-		Tignum	311. 1
niant	486. 7	Tigni appellatione quid ve-	
Tectoria vulgaria	373. 12	niat	312. 2
Tectoria	372. 10	Topiary	463. 2
Templa Augusta	301. 7	Topiarium opus	ibidem
Templa vesta	ibidē	Tractatoria facultas	37.
Tempus non est modus indu-		Tradere verbum	117. 2
cenda obligationis	265. 5	Transactio custodia causa	
Tempus actus spectandum		204. 13	
260. 9		Traiani aurea sententia	535
Tempus datum iudicatis		Transuectio	35. 2
414. 4		Transactio an contractus no-	
Tempus contractus spectan-		minatus	69. 1
dum	487. 4	Transactionis nomen gene-	
Testamentum quando à sub-		rale	ibidem
stitutione vires sumat		Transactionis verbum dupli-	
179. 3		citer consideratur	71. 6
Testari per as, & libram		Tribuni plebis potestas	
433. 5		474. 4	
Testamentum	299. 4		

I N D E X.

<i>Triclinium</i>	509. 4	<i>Veredari</i>	36. 5
<i>Turca cœnat iacendo</i>	509. 5	<i>Veritatis magna vis</i>	582. 7
<i>Tutor</i>	299. 4	<i>Veritati indicia seruiūt</i>	382. 8
<i>Tutor quando à pupillo emat</i>		<i>Vestales, quando nubebant</i>	
520. 3		33. 10	
<i>Tutor an sibi soluere possit</i>		<i>Vetus, an nouo reddi possit.</i>	
522. 1		255. 6	
<i>Tutoris datio an imperij</i>		<i>Vicarius habet ordinariam</i>	
474. 1		287. 12	
<i>Tutor quando cum pupillo cõ-</i>		<i>Vicinus malus</i>	223. 4
<i>trahit</i>	513. 1	<i>Vicereclor</i>	285. 5
<i>Tyberius</i>	471. 3	<i>Viduitatis laudes</i>	189. 1
v.		<i>Videtur, verbum</i>	68. 12
<b>V</b> <i>adimonium desertum</i>		<i>Vidua</i>	223. 4
57. 3		<i>Violator fidei, &amp; amicitie</i>	
<i>Valeria responsum</i>	190. 2	378. 3	
<i>Valerius lauius</i>	386. 7	<i>Vindicta manumittere</i>	13. 1
<i>Vasa crustrata</i>	372. 9	<i>Vinum vetus, melius nouo</i>	
<i>Vebicula duplicia</i>	288. 1	253. 1	
<i>Venatio non prohibita</i>	332. 7	<i>Vinum nouum quod</i>	254. 3
<i>Venditor de seruitute nihil</i>		<i>Vir bonus quis</i>	388. 1
<i>censetur egisse</i>	369. 1	& 389. 7	
<i>Venditio</i>	247. 3	<i>Vita finis longæuis</i>	452. 3
<i>Venditionis verbum</i>	211. 4	<i>Vita longissima exemplum</i>	
<i>Vēditiones simpulariæ</i>	183. 8	453. 4	
<i>Venditio imaginaria</i>	566	<i>Viuere centum annis</i>	451. 1
<i>Venditio equo, vendita cel-</i>		<i>Vltima voluntas non est in</i>	
<i>la</i>	113. 11	<i>suspensio</i>	179. 4
<i>Venditor quando tradere co-</i>		<i>Volenti non fit iniuria</i>	195. 11
<i>gatur</i>	90. 7	<i>Volo, verbum</i>	351. 6
<i>Veredus</i>	39. 4	<i>Volucer nuntius</i>	37
		vº	

<i>Voluntas morte finitur</i>	16. 3	<i>Vsus loquendi, proprio signi-</i>	
<i>Voluntatis testatoris inter-</i>		<i>ficatu praesertur</i>	303. 11
<i>pretatio</i>	21. 6	<i>Vsusfructus species</i>	404. 1
<i>Voluntas in fideicommissis</i>		<i>Vsusfructus unicus</i>	405
<i>attenditur</i>	168. 7	<i>Utilitatis verbum</i>	484. 2
<i>Voluntas, facto declaratur</i>		<i>Vxor honore mariti fulget</i>	
	265. 4		188. 9
<i>Votum mortis captanda</i>		<i>Vxor ex bonis mariti qua-</i>	
	531. 7	<i>sisse praesumitur</i>	222. 2
<i>Vox quid</i>	24. 6	<i>Vxor domina dotis</i>	440. 6
<i>Vsucapio quando implea-</i>			X.
<i>tur</i>	513. 1	<b>X</b> <i>Enophotis canis</i>	403. 2
<i>Vsura sine mora debentur</i>			Z.
	294. 3	<b>Z</b> <i>Alenci factum</i>	185. 2
<i>Vsura quantitati adjicitur</i>		<i>Zasij opinio</i>	320. 7
	293. 2	<i>Zasij sententia</i>	321. 7
<i>Vsura à quo tempore ve-</i>		<i>Zenonis lex</i>	61. 3
<i>niant</i>	104. 1	<i>Zeteta</i>	43. 5
<i>Vsura an in legatis ex mora</i>		<i>Zeta</i>	261. 2
<i>debeantur</i>	106. 4		
<i>Vsura cur prohibita</i>	296. 7		

F I N I S.

Q  
GP  
delen  
adhib  
tè 60.  
cent 9  
15. fac  
nodu  
temm  
tores  
236.2  
de de  
matur  
ran 3  
collig  
inter  
dicis  
tegen  
Iurif  
395.  
tio.  
Alci

QVÆ CASTI-  
GATVRVS OBSER-  
VET, DVORVM NVME-

*rorum, priore Paginam, posteriore  
Lineam ipsius denotari.*

\* \*

PAGINA 4. versu 18. dissolui 14. pen. vocant 4.  
ranta 21. 20. concubina loquantur, 28. 21. dictio &  
delenda, 36. 6. acciperet, 36. 15. prio 49. 3. iudicio 52. 6.  
adhibuit, 57. 20. præmonentē 59. 13. narrat 59. 13. diser-  
tē 60. 6. pestem 67. 15. delenda dictio verò 77. 18. do-  
cent 90. 28. bono & 94. 21. requisisti 103. 11. duplici 105.  
15. facile 120. 3. vnde 123. 22. æquū 127. 18. refero 130. 23.  
nodum 138. 22. quæ; 139. 10. intelligantur 142. 2. con-  
temnendum 164. 25. ex 168. 20. ergo non 186. 1. assenta-  
tores qui aucupandæ 191. pontifices 198. sequi dictiones  
236. 22. Tractemus nunc 260. 22. vtebantur. ego 265. 5.  
de deliberata 282. 5. iniuriis cognoscere 285. 3. existi-  
matur 299. 22. & 316. 16. iudiciis 318. penul. si 320. 13. refe-  
ran 328. 17. vtique 331. 19. cōcesserat Regi 338. 29. Nerua  
colligit 345. 20. cōseruatur 349. 23. necessariū 352. 10.  
intercedant 349. 18. nominare 358. 12. vocati 361. 26.  
dicis 362. 21. duxi 362. 25. significantissimi 370. 14. in-  
tegerimus 371. 7. quiduis 371. 22. Proculus 377. 16.  
Iuriconsultis 382. vlti. nocentis 391. 17. 15. 394. 23. alij  
395. 29. arbitrari 397. 24. pollebat 400. 18. delenda di-  
ctio qui 402. 11. emunctæ 405. 3. ius 405. 7. fit 408. 23.  
Alciat. 409. 20. non habent 412. 9. pondere 412. in-  
teli

telligeretam ob- 415. 26. vuis 424. II. cedant 424. 15.  
hi 425. 10. delenda dictio cum 426. 21. mouerit 437.  
29. fit 440. vlt. bigit 442. 11. Papæ 452. 13. ducta enim  
à 454. 10. Antiq. c. 455. 13. iudicio 457. 4. quemuis  
457. 20. metas 458. 24. capite 463. 27. reuelare 469. 5.  
Atque 469. 5. Tyrones 470. 24. delenda dictio, eum  
471. I. ape- 472. 7. raptus 478. 3. concedere 482. 8.  
funguntur 495. 20. quæ 499. 4. contrariarum 502. 5.  
eum 556. 21. delenda dictio nec.

*Si qua alia præter hæc occurrerint errata, leuis  
momenti, & notatu indigna fuisse, putato.*



4. 15.

437.

enim

emuis

69. 5.

cum

32. 8.

02. 5.

*leuis*

to.

01. 4.

01. 6.

01. 7.

01. 8.

01. 9.

01. 10.

01. 11.

01. 12.

01. 13.

01. 14.

01. 15.

01. 16.

01. 17.

01. 18.

01. 19.

01. 20.

01. 21.

01. 22.

01. 23.

01. 24.

01. 25.

01. 26.


01. 27.


01. 28.

01. 29.


01. 30.











CO

